

Biblioteca Hospitalaria
GRANADA
Sala: ~~A~~
Estante: ~~32~~
Número: ~~204~~

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 31
Número: 176

2 400 40
SARITA
MADE IN SPAIN

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31

9a-6-9

Dupl.

~~3~~
~~28-63~~



R. 1119

Tomus Primus.

D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI
COMPLECTENS.

Vitam ipsius beati Thomæ ex diuersis authoribus collectam.
Expositionem in Primum & Secundum Perihermenias, et
In Primum & Secundum Posteriorum Analyticorum.

ARISTOTELIS:

*Qui vero sunt integre expositi, qui uero mortis uitio imperfecti relictis,
propriis manifestum est locis.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 5.º C. 105 - N. 1.º



R O M A E

M D L X X.

V I T A
SANCTI THOMAE AQUINATIS,
 ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM,
 EX PLVRIMIS AVCTORIBVS
 RECENTER COLLECTA.



VM inter ea quæ causam præbere consueuerunt, cur hominum nomina celebrentur, vna præsertim præcipuaque sit sapientia, & rerum omnium multiplex cognitio, ea tamen, si quieta fuerit, vacaueritq; solis contemplationibus, nec sit in negociis versata, hanc molestiam scriptoribus afferre necesse est, quod non variam nec suauem admodum lectionem efficiat. Siquidem ita natura nobis insertum est, rerum varietate delectari, vt quod perpetua similitudine; semper specie sese nobis offert, vilescat vt plurimum, & gratiam amittat, Si qui tamen sunt, qui humanum hunc nostrum errorem superare ratione possint, & ea voluptate quam ipsa rerum varietas nostris animis instillare consuevit, spreta, in sapientissimorum virorum constantissima, ac vbique sibi simillima vita legenda se oblectet, nulla est hac utilior, commodior, vel præstantior lectio Quippe proprium animum & sensus comprimere, certos terminos & leges præscribere suæ libertati, non vanis exitiosis que in rebus vagari, & circa vnam solam sapientiam studium omne suum infumere condiscet: quo quid tranquillius vel felicius sit non video. Certe sanctissimi Thomæ vitam, facile vniciuique est breui sententia definire, quod in absolutissima sapientia tum adipiscenda, tum disseminanda fuerit vbique versatus. Si vero modum etiam quo ad hoc tam felix negocium se contulit, & quàm constanti animo in eo perdurare visus est, audire placuerit, incipiet ille fortassis reliquarum rerum curâ vanam esse suspicari, quam a tam sapienti viro ita contemni viderit. Itaque neminem crediderim esse futurum, qui, quod sanctissimi Thomæ vitam ab aliis etiam descriptâ, me videat complecti velle, moleste sit id laturus. sed sit etiam verum, reliquis hoc meum studium vanum forte videri debere, ego tamen illius sanctissimos viuendi modos, firmam prudentiam, stabilissimam constantiam, præclaram humanis in rebus contemnendis generositatem, in diuinis vero flagrantissimam curam, tamquam meæ picturæ mihimet exemplar proponam.

De Aquino Thomæ patria. An Aquinum in Campania, vel Samnio sit, non satis mihi perspicuum esse videtur, quàmuis qui nunc Italiam exponunt, in Samnio ipsum fere remittant. Vtrisque certe finitimum fuisse facile quilibet ex antiquis coniectare poterit, & parû a Fregellis distasse, ac a Liri flumine (porro Lirim nunc Gariglianum vocant.) Arpinum etiam, vel Arpini potius insulam clarissimam Ciceronis patriam, non admodum a se distantem habet. Olim autem amplam urbem Aquinum fuisse ferunt, & illius quoque primæ magnitudinis vestigia nunc extare, nec solum hunc sapientissimum virum protulisse, verum & Pesceninum Nigrum Imperatorem, & Iuuenalem, & aliquot alios egregios viros, quos tamen si cum hoc contuleris, mirum nisi dixeris fabulas esse. Quid autem vastatum Aquinum in præsentis ambitus angustias coegerit, nondum mihi compertum est, nisi forte cum reliquis Italiæ calamitatibus, in barbarorum irruptiones istud etiam reiecerimus. Hanc patriam habuit Sanctus Thomas, felicissimam profecto, quæ quocumque terrarum vagata, per omnium ora semper versabitur.

De eius parentibus. Qui nam eius parentes fuerint, & vnde duxerint originem, mihi quidem hucusque difficile visum est enarrare, ita ab illis qui eius vitam primum scribere, relicta res hæc obscura est. Tradunt qui cum eo diu vixere, quibusque compertissima eius vita & origo fuit, quod ab Apuliæ comitibus Sciciliæque regibus traxerit sanguinem, Itaque quantum ego ex his coniectare ingenio possum, in illos Apuliæ comites, qui vere legitimeque sunt eam dignitatem primum fortiti, suam originem refert, ij vero Nortmanni fuere, in quorum principe parenteque Tancredo, cum illud Imperium initium suscepisset, in Drogonem inde Vmfredum, Gotfredum, Rupertum, reliquosque nepotes ac pronepotes emanauit, quod & Rom. plures Pont. Leo præsertim nonus, Nicolausque secundus ratum habuere. Hos ego crediderim veteres primosque parentes Thomam habuisse, ex quibus non nulli post debellatam subiectamque Sciciliam, in regium nomen concessere, mansere alij comites, prout rerum fortunarumque conditio postulabat, sic sane quod ex Apuliæ comitibus Sciciliæque Regibus progressus fuerit, rectissime dicemus. & Landulfus nomen, optime in illam gentem quadrat, quam a postremis Germaniæ litoribus prodiisse fama est, temporum etiam ordo suum locum habebit, nec oportebit hic violenter aliquid agere vel fingere. Huius meæ coniecturæ illud quoque debile saltem argumentum fuerit, quod Gregorius. vi. i. Apuliæ Calabriæque Ducatum, Aquini Ruperto contulisse, traditum a Blondo est, potuitq; tum vrbs ipsa in illius familiæ ius celsisse, si non prius fuerat. Verum postremo maximeque me mouet, non aliam familiam, tum reperiri potuisse, quam ita germanitus vereque Apuliæ comitem appellare debeas, Comes vero nomen circa vltima Imperij Rom. tempora in vsum venit. Quoniam enim Imperij Rom. fines tam ampli, fusique erant, vt vnus Imperatoris ingenium tam amplæ rerum moli sufficere nequaquam posset, primus Nerua socium sibi Traianum asciuit, indeque transit hæc res ad posteros. Erant quidem & prius Consules, ac Proconsules, sed hi quod suffragiis eligerentur, parum Imperatoribus tuti videbantur esse: factius enim sibi consultum iri credebant, si probatum aliquem amicum, in quem curarum partem reicerent, elegissent. Creuit postmodum ambitio, illucq; tandem peruenit, ut qui ad prouinciarum præfecturas destinabantur, imperij consortes, & comites dici affectarent. percrebuit hic usus primum sub Valentinia

no seniore, sub alijsq; principibus qui sequi ipsum sunt, uehementissima ambitione cultus ac propagatus est. Verum ubi res ad Germanos Imperatores rediit, nescio quæ animorum impotentia, per magnam Europæ partem uagata est, ut qui uel in una saltem uilissima arce ius exercent, nune pari comites uelint, Et hæc quidē humane sunt uitiositatis partus & mōstra. sed Thomas noster fortissima ea qua diximus, facillissimaq; stirpe, quantum ego cernere potuerim genitus est, matrem tamen Neapolitanam nobilem ciuem extitisse dicunt, quamuis generis seriem reticeant.

Rursus de eius parentibus.

Opportune uero postquam hæc scripseram, data mihi facultas est, quid Cassinensia Chronica, de tota Sancti Thomæ progenie contineant uidere: quæ certe res, ut mihi pergratissima fuit, ita reliquis iocundissimam futuram existimo: nec grauabor, qua breuitate potero, singula referre. Qui igitur ea Chronica complexus est, a Longobardis progeniem habere sanctum Thomam censet. Comitum enim Aquinatū, anno a Christo 800. circaque Caroli magni tempora memoriā haberi, & primumquam Nortmanorum arma ea loca inuaderent, nominari uero quoq; Sommaculos, amplumq; principatum ac multis Oppidis refertum possedisse, præsertim tamē anno Christi D.N. uno cū uigesimo supra millesimum ducetisimū, Thomam Aquini Comitem, Friderici secundi amicitia, magistratibusque ac legationibus perfunctis, & egregiū tandem suis factis percelebrem extitisse, in quem & Fridericus Acerrarum Imperiū suarū uirtutum testimoniū contulit, Quamuis uix satis hic mirari possum, quomodo res ista ad Conradum, & ad quinquagesimum tertium annum alibi referatur. nec enim tum poterat hic Thomas superstes esse, & Conradus qui superiori anno ex sancti Thomæ Fratribus alterum quidem necari, in exilium uero agi alterū iusserat, uastaueratque incendio eorum patriam, nō ita cito Thomam hunc qui Sancti Thomæ auus recēserat, sic in gratiam recepisset, ut ad propriæ sororis lectum uellet ipsum assumere: itaq; perquam necessum est, aut Imperatoris & anni factam ibi mutationem fuisse, euenisseque rem eam sub Friderico, cuius & sororem habuerit, gesseritque protegem, ac legationem, uel alium Thomam istum esse superioris filium, Acerrarumque relictum hæredem, qui Landulphi fratris contrarium iter ingressus, relictis Pontificis partibus, pro Imperio steterit, indeque sibi Conradi sororem promeruerit: certe superior Thomas, Landulphi filio, Sancti Thomæ patre, Aquini Domino relicto, alterum filium, cuius nomen haud reperio, Acerrarum Comitem testamento scripsit: Hunc autem Friderici Conradique factionibus adhæsisse, inde perspicuum argumentum est, quod cum Conradus Vrbes omnes quæ ad Pontificem Rom. trāsierat diripuerit, Acerras tamen intactas reliquit, deinde quod inter agri Neapolitani depopulationes Acerrarum Comes institutus, seu restitutus potius est ac firmatus, ipseque Conradus eum patri ac sibi fidelissimam operā nauasse refert. Verum Landulfus & longe antea defierat esse & quo tempore uixit, in Pontificis causam penso semper animo fuit ac habitus est: quamobrem & quamprimū Gregorii noni decreto ab ea fide quæ in Fridericum iurauerat se liberū esse cognouit simul & correptis armis, erectisque Pontificis insigniis, ad ecclesiastica iura tutanda, suo exemplo hortatus reliquos est. Et hæc quidem ita dixerim, quo maiorem lucē superiori causæ afferrem, nunc ad illa Chronica reuertar, quæ ex insigni eo Thoma Friderici ut diximus prorege, omniumque copiarū Imperatore, Landulfum ac alium fratrem genitos esse tradunt, ex Landulfo & Theodora Theatis Comitissæ filia ortus Thomas noster est. Verum suppressis deinde qui intercedunt, Ioannem quendam reperio, censuum omnium quæ ex Neapolitano regno habentur magnum curatorem, & ut nunc inquit, Camerarium, quo munere Gaspar quoque filius, neposque Franciscus Gasparis filius, functi pariter sunt, Gaspar tamen ab Alphōso primo Rege dignitate auctus, Pischeriæ Marchio renunciatus est, Franciscus uero inter huius Alphonfi Regis carissimos fuit, ex huius filio Gaspari, natus Franciscus Antonius, cum iuuenis decederet, sororē Antonellam bonorum omnium hæredem instituit, quibus ipsa Aualam Hispanam nobilissimam familiam honestauit, Inico Aualo matrimonio coniuncta, sequutus hic Inicus erat Alphonsum ipsum regem, cum Italiam peteret, eius nepos superior Pischeriæ Marchio, Pronepos uero Vasti Marchio fuere: quorum præclara uirtute, Carolus Quintus, & partum, et firmatum in Italia Imperiū habuit: uiuunt ex posteriore Inico Aragonius Cardinalis amplissimus inferiorque Pischeriæ Marchio Ferdinandus, Philippi Hispaniarum regis, in Sicilia prorex, proq; Imperator, tresque alii fratres, Cesar scilicet, Ioānes, & Carolus, diuersas æquitum in Hispania religiones professi, in celeberrimam hanc fortunatissimamque familiam Sancti Thomæ progenies exiit: ego uero non mediocriter hic ambigere compellor, feliciorē ne superiorem Sancti Thomæ progeniem appellem, quæ clarifsimam hanc prolem diuino munere sortita, non Italiam solum, uerū & christianas omnes partes suo splendore uirtuteque nobilitauit & nobilitat, an hanc ipsam prolem felicissimam dicam, in quam Sancti Thomæ diuine sempiternæque uirtutes, sapiētia, probitas, sanctitas, immortalitas, nouos semper nobilitatis radios & faces refundunt: hac una certe præsertim re mihi uidetur hæc proles se Sancti Thomæ genere dignissimam præstare, quod cum quæ nam ornamenta ex eius luce percipiāt, intelligat, nihil antiquius, nihil grauius, nihil sua magis interesse arbitrat, quam eius honores religiosissime semper tueri, & cumulare. In huius rei gratiā uidere eos est, sublimes & amplissimas ædes Neapolis moliri nunc & extruere, ubi Dei quidem primum, Dominique nostri Iesu Christi, deinde Sancti Thomæ quoque laudes perpetuo celebrentur. Vt igitur tandem rem concludam, siue ex Nortmanis, ut ego coniectura argumentis que consequbar, seu ex Longobardis, ueluti dicebat is qui Chronica collegit, Sanctus Thomas ortus sit, antiq; profecto nobilissimique parētibus editus est, Theodora sane mater ex Nortmanis oriri necessarium ferre uidetur. Traditum enim a Blondo ac reliquis est, quod Nortmani, Theatis amenitatē conspicati, ibi Samnitē sedem elegerint: itaq; si Theodora ex Theatis comite nata traditur, uerisimile plurimum mihi sit, Nortmanam originem eam habuisse.

De ortu. Præclarum illud præfagium fuit, quod a probatissimis, fidelissimisque testibus proditum memoriæ est, primumquam æderetur, de eo extitisse. Tradunt enim sanctissimum Monachum quendam, ex arce vicina

nleina quam Roccam sicca appellant, delapsum, obuiamque matri Theodore factum, eam primum fuisse re iussisse, inde quem filium cuiusue nominis & professionis æditura esset exposuisse, iam enim tum uerore gestabatur, nec res sanctissimi uiri mentem sefellit.

De eius adolescentia.

Adolescentiæ magnam partem, in eo monasterio quod Cassini celeberrimum habetur, exegit, Erat tū receptissimum filios adolescentes nobilesque præsertim, monasteriis includere, ubi cum doctrinarum rudimenta, tum morum sanctitatem uitæque elegantiam imbiberent: quæ res felicissima quoque Thomæ successit, Primum enim ita sanctam illam monachorum uitam imitari cepit, ut non ad eam perdiscedendam transisse, uerum sic per naturam ornatum & compositum matrem eum in mundum effudisse uideretur, & uirtutes secum tanquam annonam compendiumque quo uiuere illuc tulisse. Erat animo paulo remissus, quod modestiam, uerecundiam, obediendi facilitatem, grauitatemque dicēdi natura ferre coniuncta habet: augebat hæc ipse de industria, dataque opera, quomodo modestior fieret, & temperatior. quibus modis turpes omnes notas euitare posset, quo maiori honore summaque reuerētia sanctos illos omnes uiros prosequeret, & quam caute, apte, sancte, proque loci quo uersabatur dignitate, uerba proferret, diligentissime quærebat. Primo uero die quo diuinas illas ædes ingressus est, in animum induxerat nihil sibi cogitandum agendum, uel tractandum esse, quod iniuriam loco afferre posset, ita temporis omnia momenta infundenda, ut si de singulis ab eo ratio exigeretur, non esset unde rubore perfunderetur: quæ certe meditatio, non adolescentis cuiusdā, sed diuinissimi uiri animum requirit: modum autē quo istud assequeretur talem ipse reperit. plures ibi non ab eo genere uel ætate dissimiles nutriebantur, ab his se subtrahit, locoque peruestigato, quem tam insigni instituto commodum haberet, illic agebat, non uersare studiosissime libros, non de suis rebus intente meditari prætermittens. iuuabat hoc opus, frequēs, & pro ætatis ratione ardens satis orandi Deum consuetudo. tale sane uitæ genus, quasi cum cultissimis perfectissimisque monachis de sanctitate certaret, sequutus ibi semper est.

Quod ad grauiora literarum studia se trāstulerit.

Hinc autem id tradunt euenisse, quod euenturum quoque uerisimile uidebatur. is quippe qui tum eum locum regebat, Abbatē ipsum uocant, cū hunc mirabilem iuuenem tam egregium, tam optimorum studiorum cupidum, & ad præclarissimam omnem uirtutem accensum, & institutissimum cerneret, timens forsitan ne quod in reliquis filiis, illius parentes commiserant, in hoc etiam molirētur efficere, militem scilicet illum conscribi iuberēt, eos adit, deq; si homē ingenio, uirtute, moribus instructos, ne clarā hanc animi præstatiā, militie, aut aliorum negotiorum turbinibus, interrumpat hortatur, habere se magnū aliquid quod diuinari de eo debeat: bonarum enim omnium rerum summum specimen, in ipso perspicue relucere, pergant ipsi modo diuinum illud semen excōlere, & humanis fadisque curis obrui non cogāt, quid nō (inquit) tā probato ingenio indulgere illū finitis? quicquid parētes inde sperauerint certe Neapolim missum, in quidnam tandem erumpere uelit expectare statuunt, interim ipse liberalibus disciplinis incumberet, deliberationem postmodum ab ipsis rerum successibus afferendam. Fuit olim etiā Neapolis, (si Straboni credimus) literarum Gymnasis Græcisque maxime, percelebris, & qui ex Romanis literarum otio delectabantur, illuc ut plurimum diuertebant. Durauit hic mos in ea fere perpetuo, nec in Italia, quod ego uiderim, antiquiores alicubi literæ fuere; sed Thomæ tempestate, eam urbem quamuis bellis sæpe tu multaretur, studiosorum hominum frequentissimam fuisse tradunt: quā autem ipse superiorum rem uiuendi regulam, de qua locuti sumus, sibi præscriptam tenebat, facile nobis est æstimare, qua felicitate, quam breui tēpore, & quam egregie disciplinas omnes bonas sit assequutus, rationalemq; præcipue facultatem, quam logicam dicūt & naturalem philosophiā, fertur ita de utrisque disputare solitus esse, ut mirari se contemplarique cunctos cogeret, quod certe quæ sequuta postea sunt, fide dignissimū reddūt.

Quomodo religioni se tradiderit.

Flōrebat tum non Italia solum, uerum & Europa: tota religiosissimis uiris, sane Dominicus christianæ pietatis ac religionis studiosissimus, cum ad hanc propagandam animo uehementer incitaretur: noua quadam uitæ ratione, quæ non a contemplationibus quidem prorsus abhorreret, nec ita tamen illis uacaret, ut non admonendo, docendo, inuadendo, christianasque demum res tractando, in publicū prodiret: quod a primis monachorum authoribus prætermittum uidebatur, excogitata, per magnam Europæ partem fuerat euagatus, reppererat plurimos quibus institutum illud probabatur, magnoque cum Dei præsertim, tum hominum fauore recipiebatur ubiq; & qui christianam uel humanam philosophiā professi essent, multi quo tam insigni rei suam operam nauarent, reliquorum omnium obliuati, agitateque profecto sanctissimo spiritu, ad hanc probatissimorum hominum frequentiam concurrabant. Feruebat tum maxime christianum opus, & tanquam incendium quoddam late omnia corripiebat. Thomas igitur ubi satis literarum, religionis, & pietatis amore animum firmatum esse sensit, quid ægeret circūspiciens, ne procellis ac fluctibus humanis præclarissima eā sua phylosophia sibi de manibus excuteretur timere cepit, eam namque prouinciam turbulentissimum tempus tum habebat, illius simultatis inimicitarumque ratione, quæ inter Sueuos Imperatores Rom. que Pontifices, magna mortalium perniciē, a multis iam annis exercebantur, fouerat autem illas præsertim Fridericus, & horum Pontificum odio illuc usque bacchatus erat, ut Saracenis christiani nominis infensissimis hostibus, in illius regni umbilico pene, munitam & opulentam urbem inhabitandam delegerit: hæc temporum monstra prudentissimè Thomas animaduertens, nullo modo patriam sibi fore tutam existimabat, familia siquidem splendore, uel ab Imperatoris factionem sequendā cogebatur, quod christianus uir sine sui exitio nec moliri quidem poterat, aut ad Pontificis saniorēque partem transeundum erat, subeundumque uoluntarium exilium, & fortunę omnes amittendā, & postremo cuiuscumque fauisset, deplorare philosophiam, perditamque lugere conueniebat, unicum hic sibi superesse remedium cernebat, si monasterii alicuius otium sectatus, de periculorum faucibus dilaberetur: quæ enim suauitatem, serenis animis afferre soleat, expectatus

rus iam erat, & monachorum candidi mores, pium illum animum pupugerant. Cur autē uel indumentorum indignam nouamque formam, aut uiuendi duram rationē uereretur, nil enim grauius euenire sibi posse, quā a philosophia in prauos corruptosque mores deturbari, Christianas porro virtutes vix assequi aliquem valere, nisi parentes, familia, honoris etiam, gloriæque lux, & id genus omnia contemnantur: quæ uero certa indissolubiliq̄ sponsione spondenda ibi erant, Christiano philosopho decentissima sibi uideri, & quantum quidem ipse deliberare iam animo poterat, ea se sequi penitus uelle statuisse, faceret Deus ut quod eo Duce præparabat aggredi, in felicissime fortis occasione sibi euaderet, restabat de religione decernere, quæ suæ sententiæ, & animo magis aptæ uideretur.

Quod religionis indumenta suscepit. Nuper uero Dominicus sanctissima uita functus fuerat, reliqueratque suum eum quem excogitauerat ordinem, eruditissimis præclarissimisque uiris celeberrimum, & quocumque te uertisses, ex eius familia plures, qui Christianas res commodissime tractare disputareque peracute de rebus tum diuinis tum humanis possent, occurrebant. Erat istud Thomæ ingenio gratum admodum, & iam ad illam uitam diligendam inclinabat. Interim huius ordinis insignis quidam nobilisque uir, publicas ac frequentes disputationes habebat, concurrebantque plurimi ad eū omnibus de disciplinis egregie differenter, audiendum. Tradunt eum Ioannem appellatum fuisse, ab oppido, quod Sancti Iuliani dicunt profectū, hunc Thomas non audiebat tantum, uerum & obseruabat, nec a prudentissimis eius colloquijs facile diuellebatur: Ioannes uero diligentem hanc sui obseruantiam in eo contemplatus, commotus item fama hominisque splendore, qui nam eius mores essent, & quæ ingenij uis attentius aduertebat, acutissimum quidem illum & grauissimum simul esse disputando cognouerat, morum uero suauitas, & ea modestia quam præfererebat, quo tenderet spectabat. tum Dei profecto sanctissimique spiritus opera, cogitatio illum subijt, num ad religionem propensus animo esset: quantum enim aspectu consequi poterat, uiuendi genere cum ea plurimum consentiebat, idque cum spem magnam præberet, tum & illum ea de re percunctandi aperiebat uiam, se uero felicissimum arbitrabatur, si tam præiosę diuinæque suppellectilis lucro suam religionem, uel orbem potius Christianum, honestaret. Breui igitur illum de sapientiæ gloria felicitateque admonet, quam si per hominum uulgares anfractus & vertigines, confectaretur, nimium ab ea ingenij præclara indole quam ostendebat diuariare, si naturum se speraret: proinde non tale tempus esse, nec in tam serenam tranquillamque rerum conditionem nos incidisse, ut alicubi tute se philosophari posse, expectare deberet. Quin tu, inquit, si sapientiæ studio flagrare te dicis, uanissima uulgi sententia sprete, illuc euoles, ubi certissimum est, eam omnino reperiri? Religionis ocia sunt, quæ sapientes homines pariunt, ad nostrę Christianitatis prima lumina te conuertas: cerne si cum hoc uulgo desipuerint, & num inter humana fordida ambitioneque plenissima, negotia sint philosophati, an potius ab illis tamquam ab incendio se subtraxerint, & quid de se populi sentirent, longe minorem curam quam de canum latratu gesserint. Tu igitur etiam ab his te tandem extrices, te meum hoc religionis indumentum expectat: ego uero, si me sequaris, ingentis cuiusdam molis opus, per te Deum effecturum esse, mihi uideo certissime diuinari. Vix dici potest quam hæc oratio illius iam antea commotum animum totum inflexerit, Quamobrem & ipse breuibus, Ne tu inquit me sapientiæ tam frigidum amatorem existimes, ut insani populi nugæ uel quicquam aliud pertimescam, quin potius anxium primum hominem, & hanc causam tractantem ac deliberantem aggressus es, uero quodam diuino uero opus erat, qui cogitationum iactatione soluta, locum ostenderet, quo me transferrem, te uero uideo a Christo benignissimo nostro Deo: in hanc ipsam causam huc destinatum, excepique tuam orationem perinde ac si de Spiritu sancto proficisceretur. Age ne moras hic teramus, cum illis rem hanc tractare nunc uelis, qui de me suscipiendo deliberationem habere debeant, nec enim a te sum discessurus quam omnia peracta cognoscam. Cito, inquit ille, uoti tui compos eris, accurrensque ad superiorem patrem quem priorem appellant, quid egerit exponit, astare nobilissimum, doctissimum, optimumque iuuenem, qui religionis indumenta petat: non hic longiori consilio opus esse, cur enim ea quæ de reliquis diligenter peruestigari solent, natale scilicet, eruditionem, conditionem, mores, curiosus hic scrutari conueniret? talia siquidem ista hoc in uero iuuenem esse, quæ laudem omnem & famam superarent: uerum non differendum prorsus hoc negotium, tum quod ipse sic fieri petat, tum ne callido bonorum omnium hosti difficultates, morasque ferendi, occasio daretur. Gerebat ibi tum hoc munus, præclarus, ille Thomas Lentinus, cui doctrinarum omnium summa peritia, & in administrandis rebus spectata probitas ac prudentia, postmodum ut Archiepiscopus Consentinus esset, indeque in hierosolymarum Patriarcham transiret præstitit. Iste probato Ioannis consilio, accersitum Thomam collaudat, nil felicius excogitari potuisse, hunc esse pietatis ac sapientiæ uerum amorem, qui eius oculos ad reliqua quidem omnia clausos, ad ipsius sapientiæ diuinum lumen solum aperuisset, ibi tamen parumper moraretur, quousque patres omnes colligi possent, ita namque sibi lege præscriptum, quam corrumpere fas non esset, interim Deum oraret, & pro more quoque peccata confiteretur, nec enim aliter diuinas has res rite tractari posse, se uero iam iam operam daturum, ut quotquot adessent conuenirent, itaque post omnium habitum conuentum, remque summis laudibus a singulis commendatam, Thomam ad hoc paratissimum, & ut religiosi uelibus indueretur humillime petentem, inducunt: his autem peractis, quæ legitima requirebantur, & eo tandem in eorum numero cooptato, gratiæ Deo summæ persoluntur, & Thomæ quidem locus inde decernitur, ubi Christianæ Philosophiæ ac religioni, perpetuam operam nauaret, ceteri uero omnes miraculo ferme perterriti, menteque clara præfagia reuoluentes, in sua dilapsi sunt: hoc ordine ingressum eum religionem accepi, egisseque tum septimum supra decimum annum, quam ætatem sua prudentia longe superasse, docent quæ nunc referabamus.

Vbi

Quid post
suscepta reli
gionem age
re cepit.

Vbi se monasterio clausum, contraque domesticos, forenses, ac ciuiles tumultus munitum septimumque senfit, alius quid fecisset repetito, de uita instituenda deliberandum esse uisum sibi est, turpe siquidem nimium, & indignissimum sibi ducebat, tam claram humanarum rem spem reliquisse, nihilque tamen ægregium, & quod humanum usum excederet, in eo quo peruenerat silentio ædidisse momentum. Cæterum bonas omnes res, non alibi quā in dei perfecto cultu suam fontem habere contemplatus, hinc ordiendum esse decreuit. Stimulabatur etiam grauissimorum patrum exemplis, & frequentissimis adhortationibus, & ipse per uigil plurimum, & attentus, siquid docebatur, legebatur, admonebatur, aderat auribus, & quod illi sanctissimæ suæ sententiæ commodum intellexisset, pectori condebat. Ad unum tamen consequendum, totis uiribus duabus de causis decertandum sibi censebat. Idque humilitas erat. Primum quod hanc reliquis christianis uirtutibus aditum semper aperire, sternereque uiam intellexerat, & pro illa adipiscenda magna quoque sibi necessitas incumberebat, ne præclaris illis insignis ac notis, quibus ornatus uulgo prædicabatur, inflatum eum aliquis suspicaretur, & hinc inuidiam, diabolicum profecto uirus, contraheret. Cæterum ad hanc causam breuissimum compendium animaduertit esse aliorum, maiorumque præsertim dictis ita stare, ut nihil quidem ipse uelle, totum autem in eorum arbitrium referre uideretur: sic enim animi ingenique uires prorsus æneruari, & proinde iactantiæ totius excindi radices. Erat autem, & illud eorum unum ac præcipuum quod seruare promiserat, paratissimum igitur ad obedientiam animum principio sibi componens, consequens esse uidit, nihil agendum, loquendum, uel meditandum, quod non ex patrum uel legum præscripto cognosceret esse, itaque quid illi qui primum eam uiuendi rationem exornarunt, legibus complexi essent, diligentissime perdiscens, & obseruans, ad illud sese tanquam ad normam inflectebat & aptabat, comperto quoque sobrietatem mirabilem uirtutum & bonorum omnium nutriceam esse, & ieiunij quidē longaue inædia, uitiosas in nobis affectiones ac facultates, retundi ferē solitas, & ad iustam metam reuocari: si uero uino repletionibusq̄ foueantur, procaces quidē, & effrenes in cunctis fieri, in iuuenibus uero tam aperta licentia feruoreque surgere, ut nec cohiberi penē ualeant, abstinentissimā semper uitam ducere statuit. Hinc, n. & aliud optatissimū sibi cōmodum oriri spectabat, enim uero nec uini, nec escarū quibus se nō ingurgitasset, molesti uapores, haudquaquam ingenij sepelire, uel optimarum disciplinarum studium perturbare, dissoluere uel poterant, immo uero serena sobria que mens, diuinis in rebus libere uersari tractare eas pro arbitrio, meditarique potens erat, istuc præsertim sua ieiunia spectabant, hæc causæ fuere, cur ita parce semper uixerit, ut cibo nequaquam uixisse dici ferē posse uideatur: ista tamen haud assequitur se sperabat nisi perpetuo duobus aliis diligentissimam operā dedisset. Primum erat ad Deum oratio, secundum de disciplinis euoluendis cura, hæc enim duo si de manibus numquam excidissent, sed uicissim semper alterum alteri sibi succederet, non habiturum humani generis hostem, unde ipsum impeteret, locum, nec rerum imagines antea sensibus inuitas, otium quo animum ludificari deberent, reperturas intelligebat, itaq; continua fere uigilia, uel orando trahebat tempus, uel de disciplinis commentabatur. Quod si indulgendum erat somno, ita fessio, tamque debilitato iste occurrebatur, ut hosti nulla daretur insidiarum occasio. talibus sane principijs suum cursum ordiri satagebat. Profuit admodum tali disciplina sua primordia dedicasse. Nec enim postmodum quæ sequuta tempestatas est instructum sic animum, de gradu suo deicere potuit. Sed hæc quomodo euenirent, nunc exponam.

Quid illi cū
matre fratri
bus contige
rit.

Cognita ipsius uirtus & familiæ celebre nomen, ut per urbem res ex templo uacaretur effecerunt, nec defuit uel Thomæ familiaris aliquis, seu quilibet alius, qui Aquinum delatus, quid actum esset Matri renunciaret: erat hæc religiosæ sanctæque uitæ non obscura cultrix: itaque prudenti eo animo quo prædita erat, rem expendens, simulque quid per sanctissimum illum monachum, primum quam Thomas exderet, sibi prænuntiatum esset, recolens, in gratiarum quidem actiones erupit, sed illius tamen amplectendi magno desiderio successa, itineri sese committit. Tradunt primam eius cogitationem fuisse, propriis uerbis ac precibus illius animum quoad poterat ad religionem confirmare: at enim qui Thomam seruabant ne iuuenilis eius animus matris lacrimis expugnatus, a cæpto proposito desciret extimentes, a matris oculis ipsum suffurati, Romam pertrahunt, ad Parisiorum inde Lutetiam transmissuri. tulit istud ipsa grauissime fæmineaque indignatione, ad dimicandum irritata penē, Romam & ipsa non minus aduolat, & illuc ipsum non assequuta, reliquis filiis qui sub Friderico bellum in Hetruria gerente, stipendia merebant, causam exponit, ut uias obseruent, monet inter cæptumque Thomam ad se mittant: illi uero cum quod Matri gratam rem effecturi essent, tum maxime rei nouitate quam temerariissimam censebant permoti, de Friderico quoque iussu, per uias ad quarendum dilapsi, non ab Aquila ualde remotum (si Aquila tamen est, quam nunc Pendentem aquam uocant) assidere cuidam clarissimæ fonti, itinerisque labores ac æstus, frigidissimis aquis temperare, deprehendunt: itaque correptum illū, frustra conati prius, reluctantē & manibus dimicantē religiosi uestibus exuere, ad matrem reducunt, quæ ipsa fletibus excipiens, tutissima in arce, (Roccam eā siccam appellant,) reponi curat, ferius postmodū uerbis eum aggressura, tentaturaque, quid animo moliretur. Plures hinc a fratribus apud summum Pontificem intentatæ quærelæ correptoribus sunt in pessimum siquidem exemplum res ista transire debere uidebatur, & perniciosiorum hominū, ad simile quicquam audendum, iniiciendaque religiosi uiris temerarias manus, erigi per eam animi posse, & ita fortassis progressura, ut nec monasteriorum sacra fores tutē sibi permanfuræ sperarentur: proinde seuerius agendū hic esse, ne tam flagitiosa audacia nutrirī uideretur, & ut Thomam restituerent quem renitentē, reclamantem, Christum Deum obrestātem, & sanctas sibi uelites obstinatissime defensantē abstraxissent, cogi debere. Aegre ualde Pontifex rem tulit, cæperatq; iam

† 4 apud

apud Fridericum de sacrilegii crimine contra eos agere, uerum religiosi patris ne grauius aliquid Thomæ fratres paterentur ueriti, accusationibus suppressis causam extinguere fecere.

Quam san-
cte quamq;
pudice tem-
pus illud ex-
egerit, quo
in arce tene-
batur.

An ira uel quicquam aliud fuerit, quod Thomæ de religione sectanda sententiam matris animo reddiderit inuisam, non habeo quid dicam, certe postquam eum in suam potestatem reduxit, apertissimis, & quam potuit fortissimis oppugnationibus, num ipsum ab illa remouere posset, experiri non destitit, & primum quidem talem ferme orationem commenta est. Putaueram (inquit) illius monasterii in quo ego paterque tuus, ut optimis disciplinis adolescentiam institueres, curauimus, mores, qui certe sanctissimi feruntur, & philosophiam quoque cui te semper libenter indulgere, & audiuius & permisimus, ac tandem cum religiosissimis uiris diuinisque rebus frequentem tuam consuetudinem, in te, si non maternam pietatem, communem saltem omnibus humanitatem nutrire debuisse, nunc autem ista tua noua feraque condicione illuc me pepulisti, ut an hoc tuum uitium sit, an potius recentes isti religionum authores, ablegare pietatem ac humanitatem, induere uero crudelitatem doceant, ignorem. uerum tamen cum illos christianis de rebus differentes audio, illud præsertim pietatis genus quod curandis parentibus, ac domesticis adhibetur, tum ab ipsis, tum a sanctissimis scripturis summo pere commendari, mihi uideor intelligere, nisi forte publice quidem quas dicebam humanitatem, & pietatem colere, uelint apparere, sed eos quos conformare secreto curent, rigidissimos inhumanissimos, & barbarissimos esse persuadeant. At enim quæ sanctitas hæc est, publice mentiri, publice fallere, & suos sermones, pietatis dulcedine tanquam esca, qua imprudentes iuuenes pertrahantur, interim perfundere, ubi uero illos caperint, tum Belluas reddere, & in Matres quæ magisquam ipsi pietatis christianitatisque sunt obseruantes armare? Porro si uerum est, ut ego uerissimum esse semper intellexi, mandatam maxime filii Matris curam, & ipsam uniuersi naturam, huic rei certissimis indiciis fidem facere, an tu nondum ad maximas meas calamitates & erumnas, oculos intendere noluisse. Num illas ruinas quæ uel nos iam oppressere, uel postremo nunc imminuent, adhuc charissime fili, te per gratiam uel non aduertisse, uel non aduertere, dissimulare potes? ubi pater tuus est, qui me uideam grauem iam annis, his in turbulentissimis temporibus reliquit? ubi tui fratres, qui quod ad Pontificis partes inclinare in simulemur, apud minacissimum. Imperatorem, tanquam obsides pene residere militareque coguntur? poterant tamen hæc utcumque a me tolerari, si serenam aliquam diem, & grauisimorum horum fluctuum quietem tandem euenturam, spes aliqua certa refulgeret. uerum hæc Pontificis Imperatorisque simultates, illæ suspitiones quibus apud Fridericum laboramus, ne in summam demum nostram nostrorumque ciuium, & patriæ stragem erumpant, dicere non possum quam perhorrescam, te unum eruditione pietateque tam insignem euasurum speraueram, ut tua prudentia, nominique dignitate componere res nostras, & a nobis omnibus hoc apertissimum exitium auertere ualeres. Miseros nos qui te philosophiæ, monachisque primum imbuendum tradidimus, scilicet quo contra pium omnem, & humanum usum, Matris, fratrum, necessariorum, ciuium, totiusque postremo patriæ flammam, incendiaque spectares, tu teque tamen ad sordidas has quas nunc intueor uestes, conuerteres, aufereresque ad Galliarum latibula, ibi nostra funera derisurus. Associauerat hæc uerba, cum lacrimis, tum & indignatione, distuleratque tamen minas iniicere, credens illum precibus superare: uerum Thomas, cui certissimum erat quid agere deberet, paucis illam solari ad melioremque spem erigere conatus, quid de se deliberasset sic explicuit. An illæ nostrarum rerum ruina, quas tu Mater modo deslebas, sequuturæ certo sint, nec ego talis sum qui diuinari istud debeam, nec te crediderim ita perspicue coniectare didicisse, ut diuinationibus tuis, ego tuque fidem adhibere cogamur. Finge tamen clementissimum Deum, siue scelera nostra punire purgareque uelit, seu quicquam aliud providentia sua ferat, patriam nostram his quæ dicebas malis excipere uelle, itane debiles spes uestræ sunt, sic adiumenta reliqua deplorastis, ut ego quem expectetis, in quem intueamini, solus superesse uobis uidear? mihi certe nec ætatem meam, nec mores uos aduertisse, facile persuaderetis. Quid enim tu mater, si uobiscum his in difficultatibus perseuerauero, me credis effecturum, nisi quod lacrimas, funera, damna, malaque tandem omnia maiora tibi reddam? sed non ita tamen credendum est, non sic de diuina bonitate sentiendum, & si statutum sibi fuerit, ista permittere, non intelligo, quo meliori tutiori- que remedio quam ad Deum diuinamque uitam confugisse, possimus huic occurrere. Nec me credas inhumanum esse, nec ab optimis piissimisque uiris, didicisse impie agere, fabulæ sunt hæc: lacrimas tuas haud sperno, non contemno patriæ flammam uel incendia. ego profecto si uita aut sanguine, uestram ciuiumue meorum conflagrationem extinguere debeo, non renuo conditionem, nec me memet subtrahere uidebitis. Verum quid hic opus ego sum, ubi flammæ illæ ardent? unde nam emicant? ne tu pergas ea recensere quæ uel non futura sunt, uel si sunt futura, non meum, sed diuini numinis est auertere. Denique alios filios habes, ut ætatem taceam quæ longe maior in ipsis est, me quoque humanis in rebus peritiores ac prudentiores, uersantur ii semper circa Friderici latera, quippe quod tamquam sibi familiares illos asciuerit: sit autem uerum quod obsidum loco ipse eos habeat, an non tamen obsequiis quibus Belluæ quoque manuescunt, ut illam suspicionem quam referebas, ex animo deleat poterunt obtinere, istis multo facilius erit te molestiis omnibus liberare, erunt etiam tibi solatio, nec quid tanta, tua spe superstitie, uereri debeas intelligo: me Deus Optimus alio uocat, diuinis uero suffragiis te opponere, ut non dicam perniciosissimum, periculosissimum certe tibi est. Porro quoniam crudelitatem meam accusabas, quem tandem tuum in me amorem esse dicam, num pium, num maternum, num humanum, qui de summæ meæ felicitatis medio summotum, in huius mundi procellas tēpestare, & deturbare querit? Falleris mater, falleris oio, si eum animum quæ semel diuina bonitas in se conuertere digna-

ta est, per fuderitque suæ sapientiæ, non minimo desiderio, & suauissimis oblectamentis irritauerit, iterum ad sordes, & ad cœnum reuocare te posse credis. Liberum sane tibi nunc est, ut his in munitissimæ loci angustiis consenscam uelle, quod autem sacras has uestes reiciam, me sospite numquam euincas, tantum adest, ut animum a religione ualeam abalienare. Intellexit ex his mater, nihil hanc persuadendi uiam sibi profuisse, itaque minis ipsum aggressa uexare, ubi constantiorem quoque semper fieri deprehendit, desperata pene re, & anxia ualde, inde se ad propria recepit loca, futurum esse ut suæ pertinaciæ pœniteret, primū testata. Verum animo deinde secum reuoluens, num aliqua alia ratio sese offerret, qua posset eum emollire, sorores intuita, iubet etiam eas ipsius animum explorare, tractareque quamcumque nossent artem, & lapidem omnem mouere, siquo modo fortassis, ipsis hoc negotium felicius succederet, & hæc quidem quo magis iuuenis sensus captarent, nitidissimo cultu seruantes illum adeunt, factoque dicendi initio, quomodo nouum hoc insanie genus in illius mentem irrepserit, & quis fuerit huius author mirari se dicunt, debuisset tamen illum de propriæ familiæ splendore, & quibus auis, & patribus quam egregiis, & præclaris prodierit, rationem aliquam habere: dedecere plurimum tam inclitam regiamque progeniem, sordidissimis illis uestibus dehonestari. Proinde monasteriorum cellis se condere eorum esse, quibus infelix, & obscura origo, humile quoque uitæ genus præfinierit, quem autem per se clarum Deus effecerit, ædideritque ut subiectis populis imperet, ac in altiore dignitate sedem reposerit, eum in parentes, in sanguinem, in seipsum, in auctoremque tandem Deum, iniuriosum uideri, si spera sua condicione, inter uilissimorum hominum populos se spellerit. Itaque de uxore illi tractandum esse, & ut quam nobilissimam pulcherrimamque reperiat cogitandum, de dignitate quoque amplificanda, & quo modo sibi suisque celeberrimam gloriam comparare ualeat, sumenda cura. Hæc enim præsertim illustri iuuenis esse negocia. Ad hæc uerba, Thomas ducto prius suspirio, Desinerent (inquit) tam uanas res, & ineptas commemorare, nec enim cum leuibus puellis, sed cum religioso negotium haberi. Hanc autem nobilitatem quam iactarent, si uirtutibus diuinis, gratia destituta fuerit, non aliud quam summam insaniam esse, & ubi uirtutes diuinae gratia reperiantur, humana nobilitate quid opus esset? Quod si de uestibus corporisque cultu differere uellent, unde tam comptas illas, tam nitidas, tam expolitas cerneret, multo maiorem causam habere se, cur non tantum ipsas miraretur, uerum & deploraret etiam: ex uitiosissima si quidem arte quadam hæc oriri, magnæque uesaniæ commentum esse, nec ad aliud quam ad animi corporisque pudorem uenditandum spectare, longe facius esse simplicibus illis sacrisque uestibus, quas ipse temerarie nimium ausu fuisset sordidissimas appellare, purum & religiosum animum celare, quam eo summo nitore prodere se, leuem mentem parumque christianam & pudicam intus habere. Itane sorores, inquit, uos hominum, & non Christi oculos in uos conuertere delectat, & parum fortassis esset, ad hominum oculos aspirare, nisi diabolicas etiam artes hic aperte permisceri uiderem. An non intelligitis saltem quibus sordibus, qualibus maculis, & quam sordidis, uanissimis his rebus incumbentes, animam uestram conspurcare contendatis, nisi forte gemmarum, auri, sericorumque indumentorum fulgore, Dei Christi, & angelorum omnium oculos fallere speretis. Quid autem ex hominum amore uos consequutur arbitramini? molestiarum profecto, dolorum, calamitatum, & malorum omnium longissimam ac perpetuam seriem, quam certissima morte, atque utinam corporis tantum, & non etiam animæ, concludi necesse est. Cernite matrem quam se discruciet, quam erumnosam uitam se ducere fateatur. Pergat ipsa modo suaues mundi fructus colligere, pergite uos etiam illius lacrimarum lamentationumque testes. Hæc sunt quæ humana uestra uanaque studia, uobis cumulant. In hos postremo miserimos fines, curasse corpus, de familiæ gloria splendoreque cogitasse, & id genus alia exeunt, utinam uos talibus oculis præditas uiderem, qui cælis, & eorum sideribus omnibus superatis, in beatorum hominum regionem penetrare ualerent, ibi de uobis uestri que similibus, infelicissimam tragediam haberi, & deplorari insaniam uestram intelligeretis. Quod si patrum uel auorum nostrorum, quos uos superius tam præclaros fuisse dicebatis, animæ aliquæ ibi uersantur, utrum nostrum existimatis carius ab eis dulciusque spectari, me re, quem omni conatu quomodo me socium illis adhibeam, contendere conspiciunt, & ea de causa pœnitentiam humanam existimationem spreuisse, conclusisseque sub his indumentis, quo faciliorem, ad eorum uestigia sequenda, uiam mihi pararem, an uos, quas in uanissimis fabulis desipere occupari circa corporis elegantiam, animi cultum contemnere, & non aliud quam in excitando uestro incendio, grauisissimisque flammis uobis accedendis, intentas fere semper non dixerim quidem intuentur, sed fastidio potius habent, & detestantur? Talibus similibusque Thomæ uerbis, ambæ fere sorores commotæ sunt, una tamen altius ea recepit, quæ postea diligentius etiam apud se rem expendens, frequentare carcerem, fratrem inuisere, cum eoque diuinis de rebus reperere colloquia sapissime cepit, & eousque tandem progressa res est, ut simili cum fratre diuinæ uitæ amore correpta, ad uouendum Deo uirginitatem in monasterium se receperit, nec medio crēm splendorem illi monasterio sui sanctissimi mores quoad uixit attulere. Interea Thomas tamquam operatissimum portum, & ocium nactus, spernens carceris impedimenta, inter orationes litterarumque studia semper erat, & uagandi quidem licentiam per multas uariasque malorum occasiones, iuuenibus maxime præbore cogitabat. Hinc enim quod libidine excusaret occurrere, inde nutriri ambitionem, offerri etiam frequentissime quod ad iram, inuidiam, auaritiā, aliaque uitia prouocet, nec fortassis in alia sententiam distulit. Diuine esse, Omne quod est in mudo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uisus, quod si uel coactus saltē per ablatā libertatē, ab his periculis uitā uitā traduceret, diuinū hoc munus, magua si uel prouidentia collatū sumari debere: memoria enim etiā tenebat, multos probatissimosque monachos, ut diuinis contemplationibus uacaret, arduissimis cellis olim se condidisse, & Simonē quendam, propterea

filite a Græcis nuncupari, quem Latini columnarē dicere possunt, quoniam columnæ cuiusdā summitatē semper incoluerit, & ita finibus illis angustissimis se circumscripterit, ut inde numquam discescerit uiuus. His exemplis aliisque multis propriis admonitionibus incensus, durissimis uigiliis ac ieiuniis, perpetuaque mentis exercitatione, summam aliquam christianam perfectionem, in tam insigni opportunitate acquirere sibi certabat.

Quibus injuriis lacessitus a fratribus sit.

Dixi, matrē & sorores, eius animū uoluntatēq; tētasē, si quo modo ad illū habitū reiciendū induci posset, uerū hac in re iniores fratres habuit: hi nāq; Fridericū qui relicto Hætrulcis ad Apulos se cōtulerat sequuti. postq; Thomā adire, grauib; eū uerbis reprehēdūt: & qm̄ maiori semper cōstātia illis repugnabat, uestes aggressi lacerare, nudum fere reddunt, contendūtque minis & terroribus efficere, ut alterius generis uestes induat. quod cum extorquere non ualerent, eo sic feminudo relicto, inde discedunt, uincē di uero peruicacia, quod humanum frequens est uitium, ducti, rem excogitant honestis certe fratribus indignam. nec a primo diaboli commento dissimilē, impudentem quādam & inuerecundam, sed pulchrā tamen puellam instrunt, illi ut iuueni negotium faceat, quæratque ad se allicere iubent, & quo facilius istud eueniat, quā lasciuissime ornari. pingique facie, & componi hortantur: illa uero sic intrōmissa, simulat primum leuandi ipsius animi causa ad eum accessisse, existimasse enim ea lōgissima molestissimaque mora, quā ita solus in carcere fecisset, confectū animum ipsum habere debere, itaq; per parū erigetur animum, & dulci colloquio se recrearet. Et quoniam meretriciam omnem artē optime callebat, uultum, oculos, corporis que motus, uerbis accomodās, cupiditatis flammam accendere quærebat, atq; cum uestes quas a fratribus dilaceratas fuisse diximus, nō ita Thomas resarcire potuisset, ut non aliqua corporis partes nudæ remansissent, hanc occasione ipsa arripiens, propius accessit, fingēsq; se quærere cur ita detritas uestes haberet, lacertos uel aliam quamcumq; partem impudentius attrētare cepit. Sensit iuuenis se hominem esse, turbarique mens iam uidebatur, & uitiosus calor per uenas illapsus, totum ipsius pectus cōmouebat. Quod ubi animaduertit, ea mēte quam pietas, religio, philosophiaq; nutrierant, libidinis nubem discindens, quo spectaret hæc ars, quid moliretur, & unde profecta esset perparum intra se collectus cogitauit, per spectroq; totius rei sine, in indignationem calor ille primus uersus est. Itaq; Deum primum precatus, ut se custodiret a laqueo quē statuerunt sibi, & a scandalis operantium iniquitatē, semiustum titonem quem locus offerebat comprehendens, in meretriculam inuehebatur, ignem scilicet igni depulsurus: at illa fuga sibi consulens, ad eius fratres, qui huius negotii finem alium audituros se crediderant, rediit. Vbi uero suas spes sic elusas esse cernunt, adolescentis quidem inuictum animum mirantur, sed carcere tamen eum macerare frangereque statuunt, nec in libertatem restituere nisi mutatum uideant. At enim Thomas post meretricem fugatam, quā graui pudicitie periculo perfunctus esset, secum animo reputans, lachrimabundus ante crucis signum, quod cum illo semiusto ligno in parietem impræsserat, se protegit, exorsusq; suam imbecillitatem & inconstantiam animi deplorare, Deum fufissimis precibus sollicitabat, ut si quid tum quidem segniter fecisset, humanæ id naturæ condonaret. Quod uero ad reliquum tempus, futuramq; uitę rationē faceret, dignaretur impudicas omnes & fædas impressiones ab eius animo sua gratia semper propulsare, & turpem in eo cupiditatem ita cohibere, ut tum corpus tum animus, mundum, sanctum, impollutumq; sacrificium esse sibi perpetuo mererentur. Tu quidē (inquit) optime Iesu Sanctissimus es, ego quoque ut sanctus sim deprecor, & impium certe nimium est, quem sancto tuo sanguine, sancto spiritu, sancto proposito, sanctisq; demum indumentis tibi paraueris, illum turpissimū voluptatis genus contaminet, canibus tradat, proindeque lorā suam iterū in uolutabro luti coniciat. Talibus orabat, & mens fastidio rei ægra ac attonita fere, leuem somnum contraxit, tum uero uisus sibi est duobus angelis coram altare, ligarique sibi ab illis renes cingulo quodam, cum præfati tamen primum essent, habitas Deo fuisse illius preces dignas quæ exaudirentur, & in hæc causam illuc ipsos accessisse, ut ea fascia religata libidine, ppetua castitate frueretur, magno certe conatū restrictum eum fuisse, & ingens clamor quem uehementia doloris expressit, & lioris uestigia quę deinde perdurarunt, & eiusmet postremo confessio testata sunt: ad dolorem enim per magnam uocē emittente coactus, cum quamplures accurrissent requirentq; causam, ipse quidem tum somnium causatus est, circa uero uitæ finem, ne sua laude Deum fraudare uelle uideretur, rem ut fuerat enarrauit, docuitque suo exemplo non ita perditæ spei esse, si quis uelit uirginitatis lucem a Deo requirere, Angelus sane Tobiam etiam admonuit, quod opera dei reuelare & confiteri honorificum est. Itaq; nihil hic quærere conuenit quę causam ad huius rei narrationem sanctum Thomam compulerit. Nec enim sine magni criminis noxa præterire poterat, quin tam præstantē & amplissimam Dei largitatem uoce testaretur, prosequereturque laudibus, & alios ad illam ambiendā inuitaret: hæc quidem dixerimus, ut si cuiusque forte animum quaestio pulsaret, unde tam sacra reconditaque res in publicum prodierit, intelligat is diuinam eam fuisse, proq; diuinæ uoluntatis ratione abscondi, uulgari, tractarique debuisset.

De lectione scripturę eius in carcere.

Toto biennio in eo carceris loco permāsit, cuius tēporis magnam quidem partem, orationibus contemplationibusq; diuinis dedit, quod reliquum uero fuit, tū legendo, tum scribendo consumpsit, tradunt præsertim Sacra Biblia, & eos quos uocāt Sententiarū libros, plestos ab eo diligentissime tunc fuisse. Quod autem ex eius scriptis extat, unum est Fallaciarum opus, in quo Aristotelis doctrinam breuiter dilucidatq; complexus, sophisticas omnes & falsas ratiocinationes agnoscendi ac dissoluendi modos aperuit, cōmmodum profecto ea maxime tempore negotium, in qua disputandi ars summiis conatibus colebatur. Mihi uero istud opus maximam fidem facit, nedum quā diuinum eius ingenium & excellens eruditio fuerint, uerum & quā prudenti certaque meditatione ad ueritatem assequendam cōtenderet: ut enim qui agrorum cultum ritē tractat, primum quidē gramina, spinas, & id genus impedimenta euellit, inde terram aratro ter & quater detritam seminibus recipiendis parat, non dissimili ratione qui doctrinam latissimum

latissimum campum excolere uoluerit, ut errorum radices omnes & occasiones primum auferat necesse est, quod prudentissime Sanctum Thomam fecisse dicebamus.

Suis itinera

Sequitur post hæc est eius ad monasterium restitutio: cū enim mater nullo modo fecti ipsum posse cerneret, repeteret etiam memoria, quid bonus ille uir primū quā aderet sibi prædixisset, cæpit timere ne uano peruitiosoque fortassis studio cum diuino spiritu pugnam suscepisset, itaque monasterii patres accersitos, ut sequenti nocte sub ea fenestra, quæ in Thomæ carcerem lumē immittit, inrenti sint clanculum monet. Inde enim statuisse illum ad eos demittere, siue quod aliorum filiorū indignationi consulere uellet, seu magis ad familiæ dignitatem spectare crediderit, si non traditus, sed fuga dilapsus crederetur: ea sane fenestra perspecta religiosi uiris erat, quoniā ubi laneas uestes quibus carnem indueret, frequenter Thomæ purgatas reddere uellent, ea semper uia, sciente etiam dissimulateque matre, uis fuerant. tum igitur inde demissum ac receptum, Neapolim primo, postea Romam perducunt, quem Germanus Ioānes, qui tum illius ordinis generalem curam gerebat, curādum libentissime suscepit, traxitque secum ad Lutetiam usque Parisiorum. Erat autem ab eo die quo ipse talē habitum suscepit, annus tertius, a suo ortu uigessimus, a Sancti uero Domini exitu, uigessimus secundus, & a Christi tādē Natali die, quadragesimus quartus supra millesimum ducentiesimum, Iulio scilicet Augustoque mēsis. Verum Lutetię parum moratus, Colonia Agrippinam trans Renum adiit, Albertum illum uere magnū auditurum, repetiit postmodum hæc eadem itinera nonnumquam, theologiam aliasque disciplinas pro religionis suæ more, uariis in locis expositurus.

Quos magistros habuerit.

Duos tantum Philosophiæ Theologiæque magistros eum habuisse reperio, primum quem diximus ante religiosa suscepta indumēta, Ioannem (inquā) ex Sācti Iuliani, uel Geminiani potius ut alii scribūt, Opido, posteriorem autem Albertum hunc magnum, addunt aliqui tertium, Petrum Henricum, quē tradunt Neapolis post relicto carcerem auditum ab eo fuisse, quod ego facile crederem, nisi authores illi quos sequimur, qui simul cum Sancto Thoma uixere, aperte docerent, nullam ibi moram ipsum traxisse, sed magnis itineribus ad urbem contendisse sub eo tam insigni magistro S. Thomas operam literis nauauit.

De eius ingenio studioque ratione.

Ostendunt ea quæ latissime disputauit & scripsit, quod acri quidem acutoque ingenio fuerit, sed graui tamen & prudentissimo, talē etiam eum describunt, qui cum eo uersati sunt: tradunt autem quod pietate præsertim, ieiuniis, uigiliis, & orationibus magnam suæ doctrinæ partem a Deo sibi promeruerit, sed & lectionibus ac auditionibus intentissimus erat, examinabatque singula diligentissime, ad quā rē faciendam natura paratissimus erat: ita namque communes sermones externarūque rerum omnium curā semper neglexit, ut uitio fere sibi daretur. principio cum Albertum audiebat, bouem eum mutum uocabant, ad ofisium eam structuram quam fere plusquam mediocrem habebat, alludentes, carpentesque taciturnitatem, quam perpetuo seruabat. Erant qui existimarēt, ingenio esse obtuso & spisso, quod ego nō ad illud suum silentium, uerum ad detrectatas publicas contentiones & pugnas referrem, eius siquidem ornatissima modestia ab hoc ostentationum genere, plurimum abhorrebat. At enim ipse cum omnia prudentissime circumspiceret, nihil hoc suum studium remittere uoluit finxitque se semper præceptoribus indigere, quousque oblata necessitas, quid esset palam aperuit.

Quid primum apud Albertū nomen ei pepererit.

Vsuuenire ubique fere solet, ut qui inæruditione sunt, maiori temeritate ad disputandum ferantur. Erāt inter Alberti auditores, qui cum doctore indigerent, Thomæ tamē doctores se profiteri ausi sunt, quos ipse libentissime quidem ad se docendum admisit: ut autem illos inter dicendum comperit modo herere, modo frustra repetere, falli etiam nonnumquam & falsa ueris miscere, coactus uices permutare, luculentissime fufissimeque res eas explicuit. Hinc primā eruditionis opinionem nactus est, narrata quippe res, præcipuos multos & egregios ad eum clam audiēdum traxit, inde Alberto quoque relata causam ei præstitit, cur eius ingenii publice periculū facere decreuerit. Quod ita referunt euenisse. Viderat etiam Albertus quid in difficili causa quadam commentus esset mandassetque literis, & ut ingeniorum prudens æstimator, uocatum Thomam ad talem sententiam, (difficilissimamque quādam nominat) postridie defendendam, se parēt iubet. Renuit ille quoad potuit, deniq; parere compulsus, in omnium conuentu rā ample ac tam ægregie, nodos omnes perplexitatesque dissoluit, ut in reliquis quidem stupor silentium inuenerit, ab Alberto uero uulgata eam excusserit uocem, uocari scilicet ab ipsis bouem mutum, se uero diuinari p maximum mugitum ædendum aliquando ab eo esse, quo mundus etiam ipse totus personaret, idque sæpius Albertus cum eū audiebat, repetere solebat, nec enim suæ modestiæ sinebat amplius eum indulgere, exagitabat uero potius, & ad publice differendum prouocabat, ac compellebat, illucque tandem rem perduxerat, ut ea lucerna non iam sub modio, sed de candelabro emicaret.

Vbi & quo modo disciplinas esset.

Non est ab eius uitæ primis scriptoribus satis ostēsum, quibus in locis & quo ordine sit disciplinas publice interpretatus, quatuor tamen recensentur loca, ubi maxime summiſque laudibus istud fecit, Primū Parisiorum Lutetiæ, deinde Bononiæ ac Romæ, ubi præclaro literarum instauratione erectoq; ludo, illustrissimum & aliorum uirorum maxima frequentia auditus traditur, postremo que Neapolis eius patria. Laudabatur uero summopere, cum rerum copia, tum & docendi facilitate. Porro Lutetiæ hoc præsertim modo coactus est primas scholas aperire, Bachalauream eū appellant, qui summa Theologiæ elementa, libris eis quos Sententiarum dicunt comprehensa, exponere consuegit: arduū profecto opus, & non nisi ab eruditissimis tractandum: id autem munus si scite laudabiliterque administratum fuerit, ad sublimiorem dignitatis rationem, quam magistratum uocant, migrandum est. Ad illud igitur munus Lutetiæ profectū, cum ex Alberto celeberrimo ludo aliquem destinare cōueniret, ipse Alberti, Hugonisque Cardinalis doctissimi & optimi suffragii ac iudicis, Thomas inuitus, propriæque ingenii imbecillitatem causans, mittitur: ipse uero nō ante publice audiri uoluit, quā se iocundis asperimis, uigiliis, ac intentissimis orationibus

libus, in ita uerit, an autem Deus suo seruo defuerit, docent quæ in illos libros scripta reliquit, ubi sane si rerum inuentarum uarietatem, si quam acute, si grauior, quam copiose, quam dilucide, quam erudite disputauerit respicias, nihil est cur mireris quod summo omnium fauore & plausu auditus tradatur, post eos omnes libros interpretatos, renitentem illum & refugientem, magistrum creauerunt, quam certe rem uix et admisisset, nisi diuinus quidam senex, de repente sibi, miroque modo inter orandum occurreret, de subeunda ea dignitate, & unde suam orationem exordiri deberet, illum admonuisset. Locus autem quæ ex scripturis monstrauit, is est, Rigans montes de superioribus suis. Ad hoc igitur diuinum præceptum seipsum inclinans, sanctissimum illud munus aggressus est exercere, quod postmodum integra uite suæ dimidia parte grauissime sustinuit: erat enim hic annus ab ortu suo uigessimus quintus, ab incæpta ea sua uiuendi philosophia octauus, ab exitu Sancti Domini uigessimus septimus, a Christo unus de millesimo ducentesimo quinquagesimo.

De sua contemplandi facilitate ac frequentia.

Commodum hic fuerit breuibus recensere, quam assiduo studio contemplationibus semper indulserit, ita enim perspicuum fiet, unde tam cito ea tempestate qua dignitates illæ maxima grauitate colebatur, istuc peruenerit, Verum superius quidem etiam diximus, parum cibo, minimum somno, ac aliis rebus operam eum dedidisse: consueuisse uero semper inter libros, disputationes, ac meditationes uersari, quod si eo tempore quo remittendus animus esse uidebatur, ipse tamen absorbebatur contemplationibus, facilis hinc est coniectura, quid sibi inter studia uigiliaeque commoranti, consuetum esset euenire. Certe compertissimum est, quod cum semel apud Ludouicum Gallorum Regem cenaret, & ceteri quidem aliis de rebus sermonem haberent, ipse suam contemplationem pro more sequutus, ita sensum omnium usum reliquit, ut sui ipsius oblitus, immobilis prorsus, & attonito similis hereret, ductusque contemplationis uehementia, excussa pugno mensa, in eam notissimam uocem erumpere compulsus est, esse scilicet contra Manichæos iam conclusum. Illud quippe tum ægregium uolumen animo uoluebat, quo cunctos fere hominum, cum hæreticorum, tum aliorum errores præclare conuulsit. Id autem aliis etiam non secundo uel tertio, sed frequentissime passus est. Accersitus a Cardinali qui Neapolis legatum agebat, uisus quidem est suas commentationes deserere, cum in illis tamen animo defixus coram prodierit parumperque uersatus in illis, serena demum facie quod quærebat se reperisse clamauit. Verum ab eius auditore Archiepiscopo Campano, cui ista Thomæ uirtus familiaris erat, magno motu excitatus, & seipsum & reliquos agnouit, offerebat sanctissimum Christi sacrificium, & dum miram illam supraque miraculum omne, rem contemplatur, ita per animi uim in altum sublatus est, ut corpus etiam in aere penderet. Et superiora quidem quæ narrauimus præclara fuere, istud uero celeberrimum habitum est: confuere namque plures ad miraculum, & in hanc causam dedicatum ibi postea facellum fuit. Per plura hoc in genere referre possem, si non satis hæc nobis essent, ad id quod dicebamus demonstrandum. Nullum porro tam temerarium esse crediderim, qui sanctissimi, sapientissimi que uiri diuinas contemplationes, cum quorundam qui se nonnullam a sensibus abalienationem subire ualere profitentur, insaniam conferre uelit. quæ namque mentis defectus, cum acerrima diuinarum rerum meditatione, communis esse ratio potest?

Quas hæreses confutauerit.

Non est nostrum institutum, eas omnes hæreses referre, quas argumentis confodit, ostenditque falsissimas, alioquin singulas quæ hæcenus fuere, uel futuræ sunt enumerare, conueniret, tam exacte siquidem christianam omnem doctrinam digessit & enodauit, ut nihil in ea turbulentum accidere posse crediderim, quod non inde magna luce reperiatur illustratum. Illas itaque tantum hic comprehendam, quæ cum suo tempore uigerent, ipse uel per sese, aut aliorum admonitione profectus confutationibus est, & falsas esse conuicit. Serpsit per infinitorum animos Auerois Africani præstantis philosophi uanissima eadem sententia, qua unam omnibus adesse contemplatricem mentem, & ipsam disiunctam decernit. Mirum dictum est, quam grauior, quam copiose, Sanctus Thomas in illam semper inueheretur, captabat ubique tempora, quærebat occasiones unde ipsam traheret in disputationem, pertractam uero torquebat, exagitabat, monstrabatque non a christiana solum, sed ab omni quoque alia, peripateticaque præcipue philosophia dissentire. Nec destitit ita agere, quousque tum Grolandiam, ubi summopere defendebatur, tum aliis in locis sopitam, & extinctam pene redderet. Exierat in uulgus Gulielmi cuiusdam libellus, quod de religiosa uita magna contentione disputabatur, adducebantur omnes qui per monasteria ipsam profiterentur, in populi summam inuidiam, ueluti quod inertes uiuerent, & damnatum a scripturis uiuendi genus sequerentur. Obtulerat autem etiam eum ipse author, Clementi quarto Pontifici maximo: inuitatus Thomas scribere quid de eo sentiret, non labefactauit solum, sed obruit, & extinxit. Eisdem diuinarum rationum procellis, in eos delatus, qui duas quasdam ecclesias commentabantur, quarum superiorem spiritualem Romano Pontifici haud subiectam, secundam carnalem uocabant, longum dictu est, quantum eorum uesaniem repræsserit. Scripsit etiam in Græcorum errores, & doctissime quidem ac acutissime, & si concilio quod Lugduni postea celebratum est, per mortem interesse licuisset, maximum erat ad ecclesiasticam pacem faciendam, momentum iaturus. Enim uero Iudæos quosdam obstinatissimam profecto peruicacissimamque gentem, ita primum scripturarum testimonio, & rationibus inuoluerat, ut se apud Ricardum quendam Cardinalem, quo suorum negotiorum causa diuerterant, uictos falsi, christianam fidem, & sacramenta complexi sine. Quod idcirco dixerim, ut quibus uiribus eius audita disputationes constarent, intelligeretur: Mibi certe non admodum ab origine, hæc in re dissimilis esse uidetur, & si temporum æquam rationem nactus fuisset, longe maiora profecto narranda haberemus, quam quæ de origine ferantur, doctrina quidem copiosissima, & pro contextendis argumentis artificiosissima, & mirabilem eum uidemus ad dissoluendas autem ambages, & nodos, qui eo straptior, quæ magis industrius, reperit hunc modum est. Hæc porro tria sunt, quibus pertinatissime

cilissimæ quoque mentes, retundi & frangi necesse est.

Quæ mira de illius doctrina narratur.

Iuuat uero scire, quæ testimonia de illius doctrina ferantur: ita enim maiori reuerentia sanctiusque, & attentius ad eam accedemus. Nunc igitur ea exponam quæ ipsius auditor, cum literis tum probitate maxime grauis, proindeque dignus tanto præceptore, pro certissimis sibi que compertissimis retulit. Redierat is Neapolim, post sacrum uirum uita functum, ludum eum literarum rectorum, quem ille reliquerat. Primum uero quam sermonem exordiretur, quis & cuius locum teneret animo reputas, in lachrimas resolutus, post breuem habitam de sacerrimo suo magistro mentionem, tale quicquam narrauit. Profunda noctis hora, Sancti uiri cubiculo uicinum se semel uigilasse, audiuisseque duorum cum eo colloquentium uoces, se uero miratum unde nam illuc uiri penetrassent, arrectis auribus expertum esse, num uel qui essent, uel qua de re loquerentur percipere posset. Verum eos quidem agnoscere nequaquam ualuisse, intellexisse tamen quod descripturæ sacra quadam sententia disputarent, interim uisum sibi fuisse, quiescisse quidem uoces, discessisse uero nullum, cum Sanctus Thomas uocatum eum adesse sibi cum his commentariis quos in Esaiam tunc edebat, excipereque quæ in relictam superius sententiam diciturus esset, iubet. Quod ubi peregit, ipse beati uiri pedibus prouolutus, adiurat, obtestatur, nec ab eius pedibus se discessurum affirmat, nisi prius qui fuerint, quibus cum nunc loquebatur, exponat. Obstitit ille repulit que non parum, uictusque tandem precibus, secretissimam quidem rem teneri primum mandat, inde superioribus diebus magnis in angustiis uersatum se fuisse, refert, quod in ea Esaiæ sententia interpretanda, commodum nullum exitum reperiret. Itaque precibus maximis, & lachrimis Deum rogasse, ut sua luce rem apertam redderet, qui per sanctissimos Apostolos Petrum ac Paulum, me nunc instruere (inquit) dignatus est. Sed nedum hos Apostolos, uerum, & ipsam dei genitricem, eum inuississe collaudasseque scientiam, ille met eius auditor Reginaldus, grauissimus testis est. Quid quod & Christus tandem per suam cuiusdam imaginis ora, & bene de se scribendo meritum eum esse, & quale nam pretium exigere uellet percunctatus est, & ne putes hæc confingi, religiosissimus optimusque uir Dominicus Casertanus, cum se de industria ibi abdidisset, interfuit rei gesta, iuratusque ipsam retulit, quodque tum Sanctus Thomas libratus in aere maneret responderitque, non aliud precium præter ipsum loquentem se querere. Durat adhuc nobilis illa effigies, certissimum rei monumentum. simile fere Lutetia sibi contigerat, nisi quod ibi ad suam doctrinam celebrem reddendam doctissimorum etiam omnium uirorum iunctissimus consensus accesserat: cum enim de quam sanctissimo christiano sacrificio, magna questio inter nonnullos primum orta, inde per omnium ora uoligaret, torqueretque doctissimos illos uiros, qui diuinas ibi literas profitebantur, nec aliquis ita perplexitate expedire uideretur, ut non tam ipse quam reliqui censerent eam adhuc inuolutam, resque iam inter uulgus etiam ebulliret, essetque periculo fere proximum, ne in grauem aliquam hæresim erumperet, post contentiosissimas habitas disputationes, in unam tandem sententiam, miro animorum omnium consensu concurrere: unum debere Thomam esse, qui de tota questione pronunciaret, ad diuinum illius ingenium spectare tam obscuram causam aperire, afferreque lucem nobilissimis his inuolucris, se uero paratos legem ab eo recipere, & in illud inclinare quod de creuerit. Thomas, ubi tam præclarum de se testimonium, ab egregio illo, & omnium quot unquam fuerint amplissimo conuentu, reddi cernit, in Deum quidem totum refert, se uero ieiuniis orationibus, consuetisque diuinis aliis armis ad eam rem, ita pro communi concordia, tollendisque dissidiis periculis, necessariam, explicandam parat: & quoniam quam ingens ea multitudo, & quam eruditæ esset, perspectum habebat, quam regere eius dictis, moderari que in causa etiam difficillima, plenissimaque controuersis & periculis, sibi conueniret, noluit incognito Domino nostro Iesu Christo, quod scripsit publice proferre. Itaque monasterii superiores patrem, & alios quotquot potuit adire, ut secum ad ecclesiam conueniant, orat, summi momenti rem istam esse, & idcirco orandum clementissimum Deum, ut pro suæ uoluntatis arbitrio, quod sibi uisum tum erat, uel approbet, uel improbet. Procumbunt omnes in preces, iacebant uero scripta super altare, cum præclara uox personare percipitur, quæ Thoma compellato, bene ipsum ea de re scripsisse confirmat: suspensus autem in aera cum reliquis orabat. Et profecto diuina quadam uel eum commentarium fretum fuisse, perquam necesse est, quo eruditissima contentiosa que ingena sedata, extinctaque lites penitus fuere, & ipse tanquam diuinum quoddam oraculum receptus. Verum hucusque de eius doctrina disseruerimus, inferius postmodum non nihil etiam dicuri.

Quod humanas cum facultates, & honores & laudes spreuerit.

Facile fortassis aliquibus uideri poterit, quod adolescens adhuc & humanas uoluptates non expertus, ab amplo patrimonio, per magna que diuitiarum & honorum spe, se subtraxerit, detruseritque in pauperrimæ conditionis loco. Quod autem ab his inuitatus qui præcipere poterant ad similia uel forte maiora primis resumenda, primum suum paupertatis propositum constantissime retinuerit, quis dixerit eorum non esse, qui laudum terminos omnes superare potuerint, & de quibus mirari potius conuenit, quam aliud dicere? proinde a Clemente Quarto Pontifice, ad Neapolitanum Archiepiscopatum ascitus, nec necessariorum quidem suorum qui ammissis forrunis omnibus, de medijs; flammis elapsi, profugi & exules uagabantur, precibus ac calamitate adduci potuit, ut non eum prorsus, & alia plura reueneret, & quidem tam minimi res istas pendebat, ut discipulis Lutetia quam adibant, Galliarumque regnum sibi per ludum imprecantibus, ego uero inquit, Chrysostomi in Marheum commentarios malle. A propria quoque religionis dignitatibus, penitus abstinuit. Illudque tandem admiratione summa, (quantum ego cernere ualeam) dignissimum de sprete sui existimatione referatur, Bononia scilicet ubi celeberrimus habebatur, deambulantem illum, deque philosophia meditantem

rem a negotioso quodam peregrinoque fratre, ut se sequeretur iussum pertractumque per urbis uicos & fora, non ante desisse fessis, & ægris passibus, cum cruris uestione iam pridem grauaretur, illum subsequi, quam ab honestis ciuibus importunus is negociator reprehensus, & admonitus quem ita sordi de traheret, ad monasterium magno cum sui pudore ipsum reduxerit, mirantibus uero ciuibus dixisse ferunt, Non alia re religionem perfici quam obedientia.

De occultis
rebus inter
contempla-
dum ab eo
cognitis.

Nondum ab Alberti Colonienſi ludo disceſſerat, cum contemplanti ſibi res diuinas, proprii fratris Ranaldi cædes, paternæque domus incendium monſtrata fuere. Vt enim iam ſuperius indicaui-
mus, Conradus in illuſtrem Thomæ familiam, quod Pontificis parti faueret, & in Aquinates omnes iratus, obſeſſum oppidum, & captum, incendit, cum magnum mortalium numerum ferro prius cõsum-
piſſet, inter quos & hic Sancti Thomæ frater abiit. Eum igitur cæsum, ipſe quamprimum, & conſpe-
xit, & publice dixit, ſororem etiam & alterum fratrem, uita non minus iam functos hoc eodem mo-
do intuitus eſt, & ubi per purgatorium ignem pãnas eos expendere didicit, propriis & aliorum ſacri-
ficis & orationibus, eos redimere conatus eſt, quod & ſibi ſeliciter ceſſiſſe poſtmodum intellexit. Ro-
manum quoque ſuorum ſtudiorum conſortem & ſocium, quem Lutetiæ Theologiam interpretantẽ
reliquerat, dum Neapolis oraret, uisus ſibi eſt præſentẽ habere, eum uero uerbis exceptum, cum com-
plecti pararet, intelligit iam extinctum eſſe. At Thomas ſciendi percupidus, diuinis quibusdam de re-
bus, aggreſſus eſt eum percunctari, quas queſtiones ita ille diſſoluit, ut dixerit, meminiffe debere quod
ſcriptum ſit. Sicut audiuiſus ſic uidiuiſus in ciuitate domini uirtutũ. Fratrem quendam neſcio quid
indignum, occultiffime facere molientem, ipſe & agnouit, & admonuit, ac ad temperantius conſi-
lium retraxit.

Quid oran-
do maxime
peteret, &
quo oratio-
num genere
uteretur.

Tria tradidit ipſe a Domino ſemper, præfertimque poſtulaffe, Primum, ne mortalium aliquarum
rerum amore perturbato ſuum animum confici labefactariue ſineret. Secundum, ne illum ab ea hu-
mili conditione quam profeſſus erat, in dignitatis alicuius ſplendore trãſferri pateretur. Tertium,
quid cum fratre Ranaldo poſt crudelem illam, & acerbam mortem, quam eccleſiaſtici iuris cauſa
ſubierat, peractum eſſet dignaretur inſinuare: uerum hoc in poſtremo non diu hæſiſſe ſe dixit, fra-
trem enim ipſum, ampliſſimum nãcis ſuæ, & calamitatis fructum ferentem æterna in gloria uidiſſe.
Sed nec ſuperiorum quidem deſiderio fruſtratus eſt. Orandi porro Deum ipſius genera fuere, Sanctiſ-
ſimum Chriſti Domini noſtri ſacrificium, tum ipſe per miſſas offerre, quod perpetuo faciebat, tũ aliis
offerentibus aſtare, ab his autem precibus quæ uerbis recitantur, quãmuſ non abſtinuerit, mente tam-
en præfertim inter cœleſtia diuinaque uagari, & ad Deum ipſum ac Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum penetrare, meditando curabat, Idque dicebat ueriſſimum, & optimum precandi ge-
nus eſſe.

De eius me-
moria.

Maxima memoria eum uigiſſe compertiſſimum eſt, quod certe uel ex aſſidua perpetuaque fere
lectione dicendum eſt ſibi contigiffe, uel quod mirabili diuinaque potius ſenſuum, & eorum inſtru-
mentorum, quæ rationali ui deſeruiunt, conſtitutione prodierit. Cæterum Sancti Thomæ memoria in
eo maxime opere comperta eſt, quo Vrbanus Papæ iuſſu, quod diuerſi Sanctiſſimi uiri, diuerſiſſimis
in locis ſcripſerant collecto, enarrationes in euangelia complexus eſt. Tradunt ſiquidem memoria
rantum uſum, ea literis mandaffe, quæ pluribus in monaſteriis dum bibliothecas inuiſerit, olim lege-
rat. Quod facilius credi poterit, ſi quot ſcriptoribus in libris edendis iunctim uteretur, agnoſcatur.
ſane quatuor illos fuiſſe conſtat, nec ita manibus illos preualere potuiſſe, ut nõ ipſe ſemper, ad torrẽtis
inſtar, in eos perpetuo refunderet quod exciperent. Quo quid excellentius dici poſſit, non uideo.
addunt tamen quod adhuc ſtuporem augeat. Si nonnumquam commentationibus feſſus quieti ſe da-
ret, inter dormiendum conſueiſſe res eas quas nuper tractauerat diſputando proſequi. Idque per
eum ſcriptorem, qui rem ipſam euulgauit, ſcriptis mandatum, conuenientiſſimum ſuperioribus
ſemper fuiſſe.

Quem do-
cendi modũ
ſe ſequutus.

Vnum ſemper ſibi propoſitum habuit, ita docere, ut auditores quidem quo ad fieri poterat, facili-
us res intelligerent, ad ſciantque quã plurimũ, ipſe uero factum omnem, & iactantiam deuiteret.
Itaque per facilem ubique ſtilum, apertum, planum, euolutum, & diſtinctum ſectatus eſt, & cum om-
nia quæ ad ornatum orationem faciendam ſpectant, agnouiffe, non minimumque tempus in Cicerone
ac aliis ſimilibus detruiffe, cernatur. Quoniam tamen etas illa certum quendam diſputandi mo-
rem ab iſtis diſſimilem ferebat, haud ſibi conuenire exiſtimauit, receptiſſimum eum uſum perturba-
re, ſeque nouarum rerum repertorem, & correctorem omnium quotquot tunc deliteris diſputabant,
proſiteri. Quæ poſtremo res, ſummæ modeſtiæ indicium fuit. Modeſtiæ ſane tam ſtudioſus fuit, ut in-
doctior nonnumquam quã immodestus haberi uoluerit. Euenerat ei cum erudito quodam diſputa-
tio, dicendique ſtudio accenſus aduerſarius, contentioſus quã par eſſet agebat: tum ipſe ſenſim
diſputandi ſeruorem remittens, finxit ſe cauſa tunc ei cedere, uerum ſequenti luce ſedatum magis
eius animum reperiens, tam copioſo rationum flumine illum corripuit, tantaque uerborum luce ſu-
as partes tutatus eſt, & explicuit, ut conſeſſa uictoria uolentem ab eo conſeſſionem extorſerit. Simi-
lem rationem popularibus in concionibus ſequutus eſt, hoc enim etiam munere, ſi neceſſitas id requi-
rebat, egregie perſungebatur, in eo ſe Thomam eſſe oblitus, quæ communia ſalubriaque cunctis eſ-
ſent humilime tractabat.

De eius au-
dioribus.

Inſinitos fere, & egregios ſemper auditores habuit, nec alicubi ludum unquam aperuit, quin fre-
quentiſſimi ad eum concurrerint. Nullus erat eruditione uel dignitate tam illuſtris, qui non ſe Tho-
mæ diſcipulum libenter præferret, Doctõribus, Episcopis, Archiepiscopis, Cardinalibus, omniumque
tandem

tandem generum hominibus, ipſius ſchola florebat, Romæ præfertim & Lutetiæ Pariſiorum. Plures
referre poſſem, qui cum eius ſcholas frequentauerint, in præſtantiſſimos viros euafere. Verum vnus
Egidius Cardinalis rem hanc nobis reſtatam faciat; cuius & libuit de magiſtro ſuo teſtimonium re-
ſcribere, tantæ uidelicet conſtantiæ eum fuiſſe, ut ab ea ſententiã quam iuuenis ueram didiciſſet, nun-
quam in aliam tranſſerit, cum nos, inquit, debilis ingenij homines, læuia quælibet argumenta trepi-
dare vacillareque faciant.

Quib⁹ mo-
ribus ſit cũ
aliis uerſa-
tus.

Mitiſſimo animo tradunt eum fuiſſe, ſuſcepiffeque reliquos benigniſſime ſemper. Siquem errare vi-
deret ita inſurgebat, ut uitium quidem deteſtari, amare uero hominem cognosceretur. Erant eius
ſermones, perpetuæ quaſi ad literarum ſtudia adhortationes, inter ocia læuioribus de diſciplinis, ſeu
ſanctorum uirorum moribus diſſerebat: callebat enim admodum hoc hiftoriæ genus, quod ex Ioan-
nis Caſſiani Collationibus aliisq; libris hauſerat: ſuas nunquam laudes audire uoluit, in aliis repre-
hendendis abſtinentiſſimus: a dica citate prorfus alienus.

Quæ ſigna
illius mortẽ
pcederint.

Vox ea quæ ex Chriſti Domini noſtri effigie prodiſſe, quæſiſſeque quale nam ſuorũ ſcriptorum pre-
ciã poſtularet, ſuperius narrauiſus, clarum poſtremo proxime mortis argumentum fuit, Pontificis. n.
deinde literæ aſſuere, quibus ut ad Lugdunenſem collectam Synodum ſe conferret præcipiebatur,
commentarium eum palam exhibiturus, ac diſputaturus, quem in Gregoriorum errores, ſuperiori Pon-
tificæ iubente ediderat. Verum apertius hanc ipſam inſtantem ſibi mortem, in propriæ ſororis oppi-
do, quo ſuum iter ingreſſus peruenerat, agnouit. Poſtquam enim a uehementiſſima, ſibi que ueluti ſu-
perius oſtendimus, conſueta contemplatione, qua cum omnium qui aderant admiratione, ſenſus om-
nes diu reliquerat, ad ſe rediit, Reginaldo, quẽ itineris uiteque ſocium ſecum ducebat, ſeorſum voca-
to, ſcribendi finem ſibi proximum iam eſſe docet: inde ſane languere cœpit, Monafterii ubi deceſſit
eccleſia primũ ingreſſurus, ad eundem Reginaldum conuerſus, Hæc (inquit) requies mea in ſeculum
ſeculi. Triduo priuſquam uita deſungeretur, ardere ſupra tecta monafterii aſtrum cœpit, nec ante ſan-
cti uiri mortem, deſiit vnquam uideri, extinctum uero ſimul cum eo eſt.

De ei⁹ mor-
te.

In eo quod ſororis fuiſſe diximus, oppido, ſancti inquam Seuerini, primum languorem contraxit,
A quo nonnihil conualuiſſe ſibi uiſus, ad uſque Foſſæ nouæ monafterium, quod apud Priuernates eſt,
mulo uehere ſe fecit, Vbi monachorum ſumma lætitia, honoreque ſuſceptus, lecto pluribus diebus
decubuit, nec ocioſos quidem illos habuit. Rogatus ſiquidem a Monachis illis, in Cantica Salomo-
nis, commentarios ſcripſit. Imminere iã mortem intelligens, ſacro ſanctiſſimam Euchariſtiam & vo-
luit, & ſumma reuerentia ac religione, grauiſſimeque humi proſtratus ſuſcepit: obuam etiam ei quo
ad per exhaustas vires licuit progreſſus, talem & ad extremam uñtionem ſimiliterque ſe præſtitit,
poſtquam, parum moratus, recens adhuc ſpiritu, ſerenaque facie, in eternam felicitatem euolauit,
cum prius ſorori per interpretem interroganti, ſi quid optaret, omnia paulo poſt ſibi aſſutura reſpon-
diſſet. Exorſus tum erat uite ſuæ quinquageſimum annum, ſuſceptæ uero religionis ſecundus ſupra tri-
geſimum exibat. Ab obitu ſancti Dominici quinquageſimus ſecundus uolebatur. A Chriſto tan-
dem cum milleſimo, quartus & ſeptuageſimus.

De ei⁹ agri-
tudinis ge-
nere.

Stomachi maxime laſitudine laborauit, ſiue diſputationum, ieiuniorum, ac uigiliarum perpetuus
uſus, hanc ei cõflauerit, ſeu quicquam aliud fuerit in cauſa. Nec enim deſuere qui crediderint & ſcrip-
ſerint, ueneni potione hoc ei contigiffe, quo præfertim crimine Carolus Sciciliæ Neapolitanusque
rex, inſimulatus eſt. Cum enim Sancti Thomæ, quem regni ſui rerum inſtructiſſimum eſſe ſciebat, gra-
uem auctoritatem, ne in eo Lugdunenſi Concilio, durum aliquod negotium ſibi faceret, uereretur,
neſandiſſimum hunc ſuis rebus conſulendi modum aggreſſum, ipſum exiſtimant. Nos quidem non
auſimus iſtud affirmare, tantoque flagitio polluere tam incliti regis famam, cum nec illi quos hæc
nus ſequuti ſumus, iſtud agnouerint. Proinde ſaſtidiffe cibum omnem & repuliſſe conſtat. unde &
illud miraculo poſtremo aſcribi digniſſimum, narratur, quod cũ hæc eius difficillima nauſea, anxium
medicum haberet, ipſeque pergeret quærendo, ſi quid eſſet quo irritari guſtum ſentiret, alectia ſan-
ctus Thomas dixit, ſi reperirentur, periucunda ſibi futura, quo genere piſcium plura quidem maria,
uerum non illud quod proximum habebant, abundant. Digreſſus inde medicus, obuam piſcatorem
quos piſces ferat, interrogat: ſardas inquit ille, non diſſimiles ualde ab alectibus ſpecie, iſta ſunt.
verſare medicus eas cœpit, reperitque magnum alectum numerũ, quæ nec piſcator quidem agnoue-
rat, ea tamen ad ſe delata, Sanctus Thomas comedere noluit, nec enim ad inueteratam ſuam continen-
tiam pertinere credidit, ea in re uoluptati parere. Sed religioſus animus, diuinæ bonitati, cuius tam
perſpicuum argumentum circa ſe cernebat, uoluit oblata eſſe, ut inde intelligerent omnes benefi-
cium oriri.

Quæ fuerit
eius corpo-
ris forma.

Corpore erat pene vaſto, procera oſium magnitudine, quam nec exilis quidem caro replebat,
oculis modeſtiſſimis, facie oblonga, colore ſubſtauo, fronte depreſſiori, quã menti longitudo po-
ſtularet, capite magno, rotundo, & non nihil caluo, rectus ſemper ingreſſus eſt.

Acuta non-
nulla ipſius
diſta.

Interrogatus cur tandiu ſub Alberto ſiluiſſet, quoniam inquit, nondum, quid Alberto dignum di-
cere ſciebam. Interrogatus etiam quid iucundiſſimum euenire ſibi poſſet, Si quæ legerim, inquit,
omnia intelligam. Dicenti cuidam per iniuriã, quod non tam doctus eſſet quã haberetur, At ideo
inquit ſtudeo, ne decipiantur. Quod obeſo magis corpore eſſet quã ſibi conueniret admonitus, Cu-
cubita uero inquit ſine cibo quoque eſcit. Cum eum ſcenerator quidam incognitus omnino ſalu-
taſſet, odorem fere diuinitus ſentiens, tũ inquit pecuniæ ſteriles erunt. Oleas comedebat, quas ſal-
ſas nimium ſodalis dicebat eſſe, ille uero, obeſum corpus, bene (ne putreſcat) ſaliendum dixit.

A matrona

A matrona quadam reprehensus, quod cum ex femina natus esset, ita tamen feminas deultaret, Hæc inquit ipsa causa est, quoniam ex femina natus sum, Quærenti sorori, quid vel ubi Paradisus esset, vtrumque inquit intelligis, si ipsam merueris. Consulentiibus qui fieri posset ut non errarent. Ita inquit singula agit, ut rationem reddere possitis cur ita faciat. Sanctum Bonauenturam, amicitia studio inuisurus, cum in sancti Francisci vita describenda, occupari illum rescisset, Sinamus inquit Sanctum laborare pro sancto, & discessit.

Quos ami-
cos habue-
rit.

Per magnos & insignes viros habuit, a quibus potius ipse cultus est, quam coluerit, Eorum maxime Principes fuere, Clemens quartus Pontifex. Urbanus quoque quartus, & Gregorius decimus, sub quo vita functus est, Et primus quidem, veluti iam diximus, ad ecclesiasticas dignitates conatus est eum transferre. Verum summis ipsius præcibus & obtestationibus uictus, trāslatum iam, restituit, quod in nostri gratiam per diuinā providentiam gestum omnino fuisse crediderim: vniuersam siquidem æstimationem damnū nostrū excederet, si illius doctrina careremus. Urbanus autem & familiarum ipsam voluit habere, & ut in sanctissimum domini. N. sacrificium laudes, ac in Græcorum errores, confutationes, in euangeliisque dæmum, patrum interpretationes ederet, causa extitit, Neque minus in se benignum Gregorium erat experturus, si ipsum Lugdunensi in concilio conuenienti data fuisset facultas. Ludouicus quoque sanctissimus Francorum Rex, tum ipsum, tum eius consilia & doctrinam maximi faciebat, & quoad per externa Saracenorum bella licuit, eius semper grauissimis consilijs usus est, Libri vero quos de Regimine principum ad Cipri Regem conscripsit, ostendunt quod illucisue suarum virtutum fama, nominisque reuerentia penetrauerit. Quid autem libris illis huic Regi conscribendis, occasionem præstiterit, nondum mihi compertum est, nisi quod crediderim suarum virtutum famam (ut dicebam) gratum eum & amicum, tum illi Regi, tum alijs multis ipsam reddidisse: ut enim infinitos mittam, qui per Europam difficillimis in rebus ipsum confulabant, Antiocheus certe cantor etiam quidam plura ab eo sciscitatus est, ita sui nominis dignitas, longe lateque fusa erat, Ex cardinalibus alios quidem plures, sed sanctum Bonauenturam amicissimum habuit. Amatus etiam vnice est ab Alberto Magno, & contra ipse ita illum obseruauit, ut quamuis opinione non numquam scribendo dissenferit, pepercerit tamen semper ipsius nomini. Inter eius familiares Prolomæus Lucensis fuit, qui postmodum plura de eo a nobis huc translata, scripta reliquit. Præcipuo vero fidelissimo ac familiarissimo socio & sodali, Reginaldo Priuernate usus est: interfuit hic cum morti tum cunctis fere rebus suis gestis, rexitque post eius mortē Neapolitanum suum ludum.

Vbi & quā
primū mon-
strata fuerit
eius mors.

Quo die extinctus est. Paulus quidam Aquilanus, qui de hæreticis inquirendis insignem curam Neapolis gerebat, cum profundam animi cogitationem sequutus, sensuū vsum amisisset, sedere se in sancti Thomæ ludo, audireque illum legentem sibi videbatur, interim autem augustissimū quendam virum ingredi, quem & pro Diuo Paulo agnoscebat, huic sanctus Thomas assurgere quidē velle apparebat: verum cogi ab ipso suam disputationem absolueret. Qua re periecta, interrogari Diuū Paulum a sancto Thoma, recte ne suas Epistolas interpretatus esset, eum autem respondere cernebat, recte quidem & quantum homini mortali par esset, sed se nunc sequeretur, illuc enim abiturus vbi maiori luce præclara hæc omnia fieri visurus erat, apprehendique simul sanctum Thomam & veste foras trahi, quod cum ipse qui rem spectabat, indigne ferre sibi videretur, sublata magna voce, ut succurrerent omnes clamauit, tolli quippe Thomam & aliud transferri. Repleuerunt hi clamores locum illum, & istuc plures traxerunt, quibus exposita causa, postquam sanctum Thomam eadem hora vita functum fuisse, narratum est, quid portenderet intellexerunt. Magnus quoque Albertus Coloniam prandebat, obortisque lacrimis lugere vehementer cepit: quærent quæ noua res ea sit, narrat ipse Aquinatam Thomam, ecclesiæ lumen sibi que carissimum, diem obiisse, notata dies est, repertusque Albertus certissimus relator.

De eius mi-
raculis.

Scribam ea primum, quæ ex eo etiamnum viuo narrantur euenisse. Romæ in sancti Petri celebri templo, de domini resurrectione, cuius dies festus colebatur, concionem habuerat, repetebatque sanctæ Sabinæ monasterium, cum mulier quæ sanguine plures iam annos defluebat, constanti fide illius vestem ausa contingere, purgatissimam se sensit, nec distulit quidem beneficium Reginaldo socio, & alijs pluribus quàm primum referre. Laborabat ipse Reginaldus socius continua grauique febre, accessit ad eum sanctus Thomas, impositisque sibi Diuæ Agnetis reliquijs, quæ de suo collo pendebant, ac suis quibusdam præcibus, conualescere subito fecit. Recenter exortum sibi dentem, qui muneribus publicis obeundis impedimento sibi futurus erat, vnus noctis oratione perfregit.

De illis quæ
post mortē
sequuta sūt.

Plurima quidem & infinita pene narrantur, ea vero nos tantum secernemus, quæ cum præclariora fuerint, tum nec fastidio lectori poterunt esse. Sint igitur illa prima quæ Fossæ nouæ Monachi in eius, cui ista conquirendi mandata a summo Pontificæ cura erat manibus, iuramento firmarunt, Ioannē Priuernatē monachum subito vehementissimusque lateris dolor, ita per summam noctem inuaserat, ut nec ipse, nec qui ad eius eiulatus concurrerant, quod facerent, quoue se verterent, intelligerent, venit in mentem hortari eum, sancto Thomæ votum nuncuparet, quid ubi fecit simul & apostema saniem emisit, & dolor prorsus omnis extinctus est. Simile omnino quicquam alteri Ioanni etiam euenit, nisi quod hunc medicorum quoque ars iam deplorauerat, euasitque tamen derepente sanissimus. Pactinensis vero Iacobus, dum Romam ire pergit, importuna febre correptus, sancti Thomæ sepulchrū adit, breui orat, ne sibi necessarium illud iter præripiatur, excussaque pene febre, expeditissimus ad iter surrexit. Alter Iacobus priuernas, mediā via quæ Cannas tendit, tetra periculossimamque

culossimamque nubium tempestate & graudine se circumseptum ex improviso, nec quo diuerteret cernens, sanctum Thomam supplex inuocat, summamque serenitatem celo reuectam continuo conspexit. Emanuel ididem Priuernas, longissimis iam diebus dextro brachio debilitatus, ad eius sepulchrū orare, seque deuouere suæ vigiliæ seruandæ contendit, extemploque solum ac valentem lacertum sentit se recepisse. Clarissimum id fuit quod subiungimus, Leonardo cuidam monacho nihil minus ac priuernati, quique ferrarium fabrum agebat, visum semel erat, sancti Thomæ miraculis haudquaquā fidem adhibendam, sequenti uero mane dextri lacerti, quem inopinato paralyticum inertissimumque penitus sibi repererat effectum, magno dolore cruciabat, arbitratusque vel noctis humiditate, aut simili quodam casu istud accidisse, igne ipsum fouere, recreareque curabat: quod cum frustra fieret, doloreque tamen perpetuo & molestissimo quidem præmeretur, insanam suam circa sanctum Thomam temeritatem mente repetens, ea ne diuina vindicta esset, timere cepit: hæc religione tactus, ad eius sepulchrū se transfert, orat, nititur brachiū lapidi admouere, succedit prospere res, reparasseque se lacertum credens, ad pristina opera redire pergit. Verum primo suo robore in eo brachio non reperto, ad sepulchrū iterum reuersus, longiori oratione quod deerat impetrauit. Et hæc quidem in religiosissimis Monachis euenere, retulereque singuli sub grauisimo iuramento. Petrus uero Carellus qui post sepultam uxorem ei monasterio se deuouerat, cum filiam lecto semper decumbentem, factamque longa iam ægritudine corporis inutilem, haberet, post nuncupatū beato Thomæ uotum, sanam eam inseruire domui uidit. Nicolaus quoque Maximi promissis, cum hostibus pace, tum sancto Thomæ cereo brachio, lacerti usum, quem ex uulnere longo iam tempore perdiderat, recepit. Nicolaus alius, & ut filia quam nubilem iam habebat gutturis deformissimā strumam expueret, ac ut ipse lateris perniciosissimo dolore careret, obtinuit. Matthæi cuiusdam capsa-rij filium, venenati piscis exitiosus cibus eodē deduxerat, ut insanus ferme videretur, eum Pater ad sancti Thomæ sepulchrū prius tractum, sopitem in patriam reuexit. cum Petrus quidam Priuernas, oculorum morbo, quo cum quadriennio conflictatus grauisime fuerat, cæcus tandem effectus esset, ductus ad hoc sepulchrū rursus luce donatus est. Priuernati Gregorio, ita crure debilitato, ut adgressum ligno indigeret contigerat filius non in somnis solum, uerum & continuis eiulatibus totam domum perturbans, duxit eum ad hoc sepulchrū, statimque sopitis eiulatibus, dormire simul uisus est: miratus pater tam præsentem sanitatem, pro suo quoque crure precatur, amboque sospites ac leti domum remearunt. in eo flumine quod monasterium lambit, lapsus iuuenis, cum sui manifestū interitum in ea molente rota, quam iam iam ui fluminis subire cogebatur, cerneret, alta uoce sanctū Thomam in clamans, ut sibi morienti ferret opem petebat, extemploque capillis se corripit, constituitque in solido nescio qua manu perspexit. In Nicolao Ioannis Soninensi, saniosum vlcerosumque crus, quo iam pridem ac multis annis laborauerat, inuocatus hic sanctus, nitidum robustumque statim reddidit. Bartholomæus quoque Capuritus Soninensis, vxoris monita secutus, sanctum Thomam præcabatur, ut pedem qui anno integro fistula semper sibi defluerat, sanare dignaretur, nudauerat autem illum medicamentis, nec frustratus spe, quæ sequuta dies est, liberum illum ostendit. Stephanæ cuidam Soninensis, ita ad adorandum sanctum corpus se contulisse profuit, ut cum hydro-pis tota tumesceret, in naturalem elegantiam, valetudinemque sit restituta, Quod autem in Maria Carpenetensi euenit, infinita habuit testimonia: erat siquidem paupertate parilisque insignis, & in media tum agrorum tum dici luce, ubi post messorum spicas colligebat, sanata est, Monachis enim qui messorum operibus instabant, differebantque de sancti Thomæ miraculis, auditis ad eius opem impetrandam magna fide se conuerterat. Coccus etiam Terracinensis ad eius sepulchrū sese sternens, naturalis stomachi imbecillitati, perpetuoque dolori, optime consuluisse uisus est, Quod & in Rinaldo Terracinensi, Petroque Crasso Neapolitano, ac Iacobo Neapolitano militibus, pulchre successit. Primus sane quartana quam multis annis passus fuerat, alter lacerti dextri stupore quo iam extinctus ipse lacertus erat, & postremus oculorum dolore defluxuque, sanati sunt. Quam præclarum autem illud fuit? Viterbiensi quidem Episcopo, ut cum Archiepiscopo Neapolitano simul esset, inquirentique de sancti Thomæ vita mandatum erat, verum eum Pontificem, quod cruris deformi tumore & vlcere lecto degere cogeretur, vehementer anxium cura habebat; ne huic operi deesse sibi necessum esset, itaque sanctum Thomam præcatus, solutus eo impedimento, molestiaque quàm primum est, sed nec in Archiepiscopo ipso Neapolitano minor sancti virtus emicuit: cum enim in tam acutam febrem incidisset, ut vix iam superesset salutis spes, exoratus ab eo sanctus Thomas, depulso morbo, ut negotium absolueret præstitit, uisus sane hic sanctus est, huic ipsi de se inquisitioni maxime fauisse: cum enim Matthæus, etiam Neapolitanus canonicus, eam ad summum Pontificem Auinionem deferret, duplicem tertianam grauisissimam febrem contraxerat, iamque morbi vis loquendi facultatem ademerat, orant amici sanctum Thomam, spondentque ad eius sepulchrū se ituros: annuit & ipse, instat febris consuetum tempus, & tantum abest, ut graue quid patiatur, quod & restitutas sibi primas vires pene sentit, ad medici tamen persuasionem leui quadam potione sibi magis quoque cauere compulsus, in atrocioresque quàm primum stomachi dolores ob id delapsus, & ingratis se fecisse cognouit, & falsus peccatum, integram mox valetudinem per sanctum impetrauit: nec id quidem solum, verum & dū illud iter persequitur, onerarium iumentum quod ex eminentissima rupe, in subiectos scopulos lapsus que cuiusdam ripam casu deciderat, ipsi sancto viro commendans, illisum penitus leteque per ripas pascescentem, maximo omnium stupore recepit. Qui vero tabellionatus munus gerebat, cum ex angina guttur ac lingua sibi intumuisent, respirareque vix valeret, ne dicam loqui, ad sanctum virum mente conuersus,

te conuersus, soluto tumore, morbus etiam omnis statim discessit, Possẽm id genus miracula plurima alia referre, vt de dæmonibus expulsis fileam, qui infiniti fuere. verum hæc satis esse crediderim, ad prudentes lectores, quo animo in hunc sanctum virum affici debeant, edocendos.

De eius funere.

Magno cultu summoque populorum & omnium ordinum hominum concursu, deductum illius funus est, conuenerantque præsertim suæ religionis plures patres: præerat vero negotio Episcopus Terracinenis ex S. Francisci familia, quod ego dicere prætermissem, nisi celeberrimo miraculo hæc eius sepultura illustrata fuisset. Ferentinatẽ enim Ioannem illius loci monachum cecumque iam pridem, oculorum lucem recuperasse intuiti omnes sunt, constantissima namque fide ducere se ad hoc funus fecerat, iumentumne tacere debeo quo vectus illuc erat, quod fracto capistro in medio funeris sponte desiliit, collapsumque statim ad eius intuitum mortuum est. Nec in his quidem miracula finẽ habuere, sed sequuta tot sunt, vt Vrbe etiam ipsam totam concitasse, narrent, qui in ea tum erant.

Qua ambitione trans portatũ eius corp⁹ variis in locis fuerit.

Præclarissima ea ornamenta quibus præditus Sanctus Thomas fuerat, effecere, vt maximo in pretio habitum eius cadauer sit. Accesserunt miracula quæ desiderium hoc longe quoque magis cumularunt. Primum itaque illius loci Abbas, veritus ne Sancti Thomæ familiæ patres corpus istud repperent (quid enim vel Sanctus mandasset, vel fieri curasset eius socius, memor erat) clam sublatum in alium locum reposuit. Verum per noctem admonitus ab ipso sancto, quamuis in primum sepulchrum posse illud occulte restituere crediderit, suauissimum tamen ac diuinus quidam odor, qui de corpore profectus, circumquaque diffundebatur, penetrabatque per singula loca, omnes quotquot aderant exciuit, traxitque ad nouum funus, & vt magna pompa condiretur, effecit: datum autem miraculo tum est, quod inopinato præterque cunctorum expectationem canere quispiam exorsus sit, Iste sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transijt angelorum. Varias post modum aliàs etiam mutationes habuit, primo vt honestiori in sepulchro iaceret, deinde euulsa manus, & caput etiam, illa quidem sorori Theodoræ dono data, Salernumque tandem transmissa, istud autem in eorum suæ religionis patrum qui priuerna degunt, ius celsit, Fundanus postea comes nephandissimam Priuernatis cuiusdam potentis & factiosi viri, qui surripere reliquũ magnoque pretio vendere stauerat, audaciam præueniens, in sua vrbe reponi curauit, verum cum sanctus, semel & bis eius matrem admonisset cõsultius visum est, Helix generali prædicatorũ ordinis Magistro, dono ipsum dare. itaque in eo Monasterio quod huius familiæ Fudis extat, illud retulit, Accepit istud indignissime, qui Fossæ noxæ tunc Abbatem agebat, & cũ apud Vrbanum V. Pontificem Max. plures hac de re quærelas exposuisset, causam ei Pontifici præstitit, cur ipsum sancti corpus Tolosam ad suæ religionis ædes transferri curauerit: sic enim litem omnem dirimere, & eum literarum ludum, quem ibi recenter ipse constituerat, faustissimo patrono, lectissimoque exemplari, honestare sibi visus est: & certe motum numquam ipsum fuit, quin is diuinus odor, de quo diximus, latissime semper sese dissipauerit, & non repertum cum integerrimum, tum nihil ex his vestibus indutum, fuerit, Sed hæc tamen eius translatio longe celeberrima extitit, innumerabilium prodigiorum nouitate maxime peractam, exceperunt illud honorificentissime maior Gallix Pontificum pars, & Ludouicus Andegauix Dux Regis frater, infinitaque populi multitudo, quæ vndequaque concurrerat, ardere tota Gallia videbatur, ita plena omnia luminibus erant.

Quomodo sit inter sanctos ascript⁹

Exposuimus iam quemadmodum Neapolitanus, Viterbiensisque Pontifices, inquirendi ea quæ ad ipsius vitam miraculaque spectabant, negocium habuerint, administrarunt autẽ illud diligentissime, Et postquã id quod per iuratos probatissimosque testes, & ipsam rerum experientiam haberi potuit fideliter, vt par erat complexi sunt, ad Ioannem XXI. summum Pontificem, qui rem ipsam mandauerat, Auinionem transmiserunt, traditur autẽ hic Pontifex, non eis tantum, sed domestico quoque familiarique beneficio & miraculo ad hoc negocium citius absoluendum commotus, Neptẽ enim quandam suam, tum hidropis, tum partus molestiis, spe iam perditissimam & moribundam, sacerdotis hortatu ad hunc sanctum deprecandum, animum conuertisse, cui visus Thomas sequenti nocte, vt votum sibi nuncupet, iubet. Nuncuparunt tam ipsa quam mater cereum quendam, quodque iuuenem aliquem suæ religionis indumentis honestarent, dum vero detumuisse totum corpus prima luce comperiunt, differunt tamen promissa, increpantur per noctem a Sancto Thoma, verum illis ex solutis, simul & incolumis prorsus euasit. Sequutus tamen partus apertissimum etiam exitium sibi rursus attulerat. Inclamant denuo Sanctum Thomam, & nedum eam periculo solutam recipiunt, verum & nato mortuo, illucisque quo ad baptizetur vitam obtinent. Non potuere tam insignia miracula, quæ in præclarissimis tunc ædibus gesta sunt, non totam Pontificis familiam & aliorum omnium animos vehementer excitare, excutereque subitam de eo colendo deliberationem. vertebatur ab eius obitu, annus vnus de quinquagesimo, a Christo vero Domino Nostro. M. C C C X X I I.

De eius doctrina.

Res ipsa exposceret, vt pluribus de eius doctrinæ genere differerem, verum quoniam vix eam attingere mihi posse videor, quia simul & litore ferme relicto, in vastissimum pelagus abripiar, non arbitratus sum presentium temporis angustiis esse, tam infinitam operam modo suscipere, quæ forsatis opportunius alias nobis occurret. Duo tamen sunt quæ cum illam maxime probatam efficiant, tum vt a nobis dicantur suo iure iustissime postulant, superius est quod sola integra pene, exactissimaque reperiat: alterum quod errorum monstris ira purgata sit, vt si multi reperiuntur qui ab ea multoties dissideant, nihil tamen est cur si cum ea consentias, aut a recta fide aberrasse, aut prodigiosum aliquod, quouis scientiarum in genere dici debeat inuexisse, Et mei quidem muneri non est, quid alii scripserint vel quid errauerint nunc referre, libere tamen hic profiteor, quod & res ipsa per se

sefe testatur, nullibi Theologiam, nullibi Philosophiam, nullibi rationalem scientiam, seu artem, exactius, luculentius, explicatius, verius, & melius quàm in Sancto Thoma posse reperiri. Quemcunque tecum habeas, vt aliis & iam vel interpretibus, vel adiutoribus indigeas necesse est. Vnus autem sanctus Thomas sufficere tibi ad omnia valet: ipse interpretem, ipse autorem, ipse disputatorem per optime agit: nihil in controuersia venire potest, quod si sanctum Thomam euoluas, non visurus sis explicatum, & ita profecto, vt non a fide, nec a communi veroque sensu demum abhorreat. Tradidit Abbas Tritemius, priorem Albertum Magnum, Theologiæ summam conatum efficere, sed non perfecisse, quam certe rem tempus ipsum supputatum falsam esse conuincit; superfuit enim Albertus Sancti Thomæ multos annos, & legit etiam quæ hic scripserat: quamobrem & in eius morte, Christiani

orbis lumen extinctum fuisse testatus est. Primus itaque Sanctus Thomas rem hanc ordine suo adortus, illuc eam perduxit, vt perfectissimam vocare pos-

simus. Et hæc quidem nos in huius sanctissimi doctissimiq; viri gratiam, pro tenuissimi ingenij nostri facultate sic elaborauimus, illius præcibus sperantes grauissimorum peccatorum nostrorum veniam a Deo Dominoque

Nostro Iesu Christo consequi nos posse, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum.

Amen.



D I V I
THOMAE AQUINATIS
 DOCTORIS ANGELICI
 IN LIBROS PERIHERMENIAS

& Posteriorum Analyticorum Aristotelis.

EXPOSITIO.

LECTIO PRIMA.

Tex. cō. 21.



Sicut dicit Philosophus in tertio de Anima, duplex est operatio intellectus. Vna quidem, quæ dicitur indiuisibilem intelligentiam, per quam scilicet apprehendit essentiam vniuscuiusque rei in seipsa.

Alia est operatio intellectus, scilicet componentis, & diuidentis. Additur autem & tertia operatio, scilicet ratiocinandi, secundum, quod ratio procedit a notis, ad inquisitionem ignotorum. Harum autem operationum, prima ordinatur ad secundam: quia non potest esse compositio, & diuisio, nisi simplicium apprehensorum.

a.l.ponere.

ANTIQUA TRANSLATIO.



Rimum oportet constitutare quid sit nomen, & quid sit verbum: postea quid negatio, & affirmatio, & enuntiatio, & oratio.

IOANNIS ARGYRO
 PILI TRANSLATIO.



Rimo Definire oportet quid nam sit nomen, & quid uerbum: deinde quid Negatio, quid Affirmatio quid Enunciatio, quid demique oratio sit.

secunda uero ordinatur ad tertiam: quia uidelicet oportet, quod ex aliquo uero cognito, cui intellectus assentiat, procedatur ad certitudinem accipiendam de aliquibus ignotis. Cum autem Logica dicatur rationalis scientia, necesse est, quod eius consideratio uersetur circa ea, quæ pertinent ad tres prædictas operationes rationis. De his igitur quæ pertinent ad primam operationem intellectus, id est de his, quæ simplici intellectu concipiuntur, determinauit Aristoteles in libro Prædicamentorum: De his uero, quæ pertinent ad secundam operationem, scilicet de enunciatione affirmatiua, & negatiua, determinauit Philosophus in libro Perihermenias. De his uero, quæ pertinent ad tertiam operationem, determinauit in libro Priorum, & in consequentibus, in quibus agitur de syllogismo simpliciter, & de diuersis syllogismorum, & argumentationum speciebus, quibus ratio de uno procedit ad aliud. Et ideo secundum prædictum ordinem trium operationum, liber Prædicamentorum ordinatur ad librum Perihermenias, qui ordinatur ad librum Priorum & sequentes. Dicitur ergo liber iste, qui præ manibus habetur, Perihermenias, quasi de Interpretatione. Dicitur autem Interpretatio secundum Boethum, vox significatiua, quæ per se aliquid significat, siue sit complexa, siue incomplexa. Unde coniunctiones, & præpositiones, & alia huiusmodi, non dicuntur interpretationes, quia non per se aliquid significant. Similiter etiam uoces significantes naturaliter non ex proposito, aut cum imaginatione aliquid significanti, sicut uoces brutorum animalium, interpretationes, dici non possunt. Qui enim interpretatur aliquid, exponere intendit. Et ideo sola nomina, & uerba, & orationes dicuntur interpretationes, de quibus in hoc libro determinatur. Sed tamen nomen, & uerbum magis interpretationis principia esse uidentur, quæ interpretationes. Ille enim interpretari uidetur, qui exponit aliquid esse uerum, uel falsum. Et ideo, sola oratio enuntiatiua, in qua uerum, uel falsum inuenitur, interpretatio uocatur. Ceteræ uero orationes, uel optatiua, & imperatiua, magis ordinantur ad exprimendum affectum, quàm ad interpretandum id, quod in intellectu habet. Intitulatur ergo liber iste de interpretatione, ac si diceretur de enuntiatiua oratione: in qua uerum uel falsum inuenitur. Non autem hic agit de nomine & uerbo, nisi in quantum sunt partes enunciationis. Est enim proprium vniuscuiusque scientiæ partes subiecti tradere, sicut & passionem. Patet igitur ad quæ partem Philosophiæ pertineat liber iste, & quæ sit necessitas istius, & quæ ordinem retineat inter Logicæ libros. Præmittit autem huic operi Philosophus præmiu: in quo sigillatim exponit ea, quæ in hoc libro sunt tractanda. Et quia omnia scientia præmittit ea, quæ de principijs sunt: partes autem compositorum sunt eorum principia: ideo oportet intendere tractare de enunciatione, præmittere de partibus eius. Unde dicitur: primum oportet constituere &c. id est definire quid sit nomen, & quid uerbum in græco habetur. Primum oportet poni, & idem significat. Quia enim demonstrationes definitiones præsupponunt, ex quibus concludunt, meri-

rito dicuntur positiones. Et ideo præmittuntur hic solæ definitiones eorum, de quibus agendum est: quia ex definitionibus alia capimus consequenter. Si quis autem quærat, cum in libro Prædicamentorum de simplicibus dictum sit, quæ sit necessitas, uel hic rursus de nomine, & uerbo determinaretur: ad hoc dicendum, quod simplicium dictionum triplex potest esse consideratio, Vna quidem secundum quod absolute significant simplices intellectus, & sic earum consideratio pertinet ad librum prædicamentorum. Alio modo secundum rationem, prout sunt partes

enunciationis: & sic determinatur de eis in hoc libro. & ideo traduntur sub ratione nominis, & uerbi: de quorum ratione est, quod significant aliquid cum tempore, uel sine tempore, & alia huiusmodi, quæ pertinent ad rationem dictionum, secundum quod constituunt enunciationem. Tertio considerantur secundum quod ex eis constituitur ordo syllogisticus, & sic determinatur de eis sub ratione terminorum in libro Priorum. Potest iterum dubitari, quare prætermittis alijs orationis partibus, de solo nomine, & uerbo determinat. Ad quod dicendum est, quod quia de simplici oratione determinare intendit, sufficit ut solas partes enunciationis pertractet, ex quibus ex necessitate simplex oratio constat. Potest autem ex solo nomine & uerbo, simplex enunciatio fieri, non autem ex alijs orationis partibus, sine his: & ideo sufficiens ei fuit de his duabus determinare. Vel potest dici, quod sola nomina & uerba sunt principales orationis partes. Sub nominibus enim comprehenduntur pronomina, quæ, etsi non nominant naturam, personam tamen determinant, & ideo loco nominum ponuntur: sub uerbo uero participium, quod significat tempus: quamuis & cum nomine conuenientiam habeat. Alia uero sunt magis colligationis partium orationis, significantes habitudinem unius ad aliam, quam orationis partes, sicut clauis, & alia huiusmodi, non sunt partes nauis, sed partium nauis coniunctiones. His igitur præmissis quasi principijs, subiungit de his, quæ pertinent ad principalem intentionem, dicens: Postea quid negatio, & quid affirmatio: quæ sunt enunciationis partes: non quidem integrales, sicut nomen, & uerbum (alioquin oporteret omnem enunciationem ex affirmatione & negatione compositam nomen esse, uel uerbum) sed partes subiectiuas, id est species. quod quidem nunc supponatur, postertius autem manifestabitur. Sed potest dubitari, cum enunciatio diuidatur in categoricam, & hypotheticam, quare de his non facit mentionem, sicut de affirmatione, & negatione. Et potest dici, quod hypothetica enunciatio ex pluribus categoricis componitur. Unde non differunt nisi secundum differentiam unius & multi. Vel potest dici, & melius, quod hypothetica enunciatio non continet absolutam ueritatem, cuius cognitio requiritur in demonstratione: ad quam lib. iste principaliter ordinatur: sed significat aliquid uerum esse ex suppositione: quod non sufficit in scientijs demonstratiuis, nisi confirmetur per absolutam ueritatem simplicis enunciationis. Et ideo Arist. prætermittit tractatum de hypotheticis enunciationibus, & syllogismis. Subdit autem: & enunciatio. quæ est genus affirmationis & negationis. & oratio. quæ est genus enunciationis. Si quis ulterius quærat, quare non facit uerius mentionem de uoce. Dicendum, quod uox est quoddam naturale: unde pertinet ad considerationem Naturalis philosophiæ, ut patet in secundo de Anima, & in ultimo de Generatione animalium. Unde etiam non est proprie orationis genus, sed assumitur ad constitutionem orationis, sicut res naturales ad constitutionem artificialium: Peri her. Diu. Tho. A Videtur

t. cō. 85. Cap. 7.

Videtur autem ordo enunciationis esse preposterus: nam affirmatio naturaliter est prior negatione, & ipsa prior est enunciatio, sicut genus: & per consequens oratio enunciativa. Sed dicendum, quod quia a partibus incooperat enumerare, procedit a partibus ad totum. Negationem autem, quae diuisionem continet, eadem ratione preponit affirmationi, quae consistit in compositione: quia diuisio magis accedit ad partes, compositio vero magis accedit ad totum. Vel potest dici secundo quosdam, quod praemittitur negatio: quia in ipsis, quae possunt esse & non esse, prius est non esse, quod significat negatio, quam esse, quod significat affirmatio. Sed tamen, quia sunt species exaequales diuidentes genus, sunt simul natura: unde non refert quod eorum praeposteratur.

LECTIO II.

Utergo ea quae sunt in voce, earum, quae sunt in anima, passionum nota: & ea quae scribuntur, eorum quae sunt in voce.

Et quemadmodum nec literarum eadem omnibus, sic nec eorum voces.

LECTIO SECUNDA.

Ramisso proemio, Philosophus accedit ad propositum exequendum. Et quia ea, de quibus promiserat se dicturum, sunt voces significatiuae complexae, vel incomplexae, ideo praemittit tractatum de Significatione vocum: & deinde de vocibus significatiuis determinat, de quibus in proemio se dicturum promiserat. Et hoc, ibi { nomē ergo est vox significatiua &c. } Circa primum duo facit. Primo, determinat qualis sit significatio vocum. Secundo, ostendit differentiam significationum vocum complexarum, & incomplexarum, ibi { Est autem quemadmodum &c. } Circa primum duo facit. Primo quidem praemittit ordinem significationis vocum. Secundo, ostendit qualis sit vocū significatio, vtrum sit ex natura, vel ex impositione: ibi { Et quemadmodum nec literarum &c. } Est ergo considerandum, quod circa primum tria proponit, ex quorum vno intelligitur quartum. Proponit enim scripturam, voces, & animarum passiones, ex quibus intelliguntur res. Nam passio est ex impressione alicuius agentis, & sic passiones animarum originem habent ab ipsis rebus. Et siquidem homo esset naturaliter animal solitarium, sufficeret sibi animarum passiones, quibus ipsis rebus conformaretur, vt earum noticiam in se haberet: sed quia homo est animal naturaliter politicum, & sociale, necesse fuit quod conceptiones vnus hominis innotescerent alijs, quod fit per vocem, & ideo necesse fuit esse voces significatiuas, ad hoc quod homines inuicem conuenerent. Unde illi, qui sunt diuersarum linguarum, non possunt bene conuere ad inuicem. Rursum si homo vteretur sola cognitione sensitiua, quae respicit solum ad hic, & nunc, sufficeret sibi ad conueniendum alijs vox significatiua, sicut & ceteris animalibus, quae per quasdam voces, suas conceptiones inuicem sibi manifestant: sed quia homo vtitur etiam intellectuali cognitione, quae abstrahit ab hic & nunc: consequitur ipsi sollicitudo non solum de praesentibus secundum locum, & tempus, sed etiam de his, quae distant loco, & futura sunt tempore. Unde vt homo conceptiones suas etiam his, qui distant secundum locum, & his qui venturi sunt in futuro tempore manifestet, necessarius fuit vsus scripturae. Sed quia Logica ordinatur ad cognitionem de rebus sumendam, significatio vocum, quae est immediata ipsis conceptionibus intellectus, pertinet ad principalem considerationem ipsius: significatio autem literarum, tanquam magis remota, non pertinet ad eius considerationem, sed magis ad considerationem grammaticam. Et ideo exponens ordinem significationum non incipit a literis, sed a vocibus, quarum primo significationem exponens, dicit: { Sunt ergo ea, quae sunt in voce, nota: & ideo signa earum passionum, quae sunt in anima. Dicit autem { ergo, } quasi ex praemissis concludens: quia supra dixerat determinandum esse de Nomine, & Verbo, & alijs praedictis: haec autem sunt voces significatiuae, ergo oportet vocum significationem exponere. Vtitur autem hoc modo loquendi, vt dicat ea quae sunt in voce, & non voces, vt quasi continuatim loquatur cum praedictis. Dixerat enim, dicendum esse de nomine, & verbo, & alijs huiusmodi. Haec autem tripliciter habent esse. Vno quidem modo, in conceptione intellectus. Alio modo, in prolatione vocis. Tertio modo, in conscriptione literarum. Dicit ergo { ea quae sunt in voce &c. } ac si dicat, nomina, & verba, & alia consequentia, quae tantum sunt in voce, sunt nota. Vel quia non omnes voces sunt significatiuae: & earum

Lec. 4. Lec. 5.

quaedam sunt significatiuae naturaliter, quae longe sunt a ratione nominis & verbi, & aliorum consequentium: vt appropriatum suum dictum ad ea, de quibus intendit, ideo dicit ea, quae sunt in voce, id est quae continentur sub voce, sicut partes sub toto. Vel quia vox est quoddam naturale: nomen autem, & verbum significant ex institutione humana, quae aduenit rei naturali sicut materiae, vt forma lecti ligno: ideo ad designandum nomina & verba, & alia consequentia, dicit, ea quae sunt in voce, ac si de lecto diceretur, ea quae sunt in ligno. Circa id autem, quod dicit, earum quae sunt in anima passionum, considerandum est, quod

LECTIO II.

A igitur, quae in voce consistunt, signa sunt affectuum, qui in anima sunt: & ea, quae scribuntur, nota sunt eorum, quae in voce consistunt.

Atque uti non eadem sunt apud omnes homines literae, sic neque voces eadem sunt.

passiones animae communiter dici solent appetitus sensibilis affectiones, sicut ira, gaudium, & alia huiusmodi: vt dicitur in secundo Ethicorum. Et verum est quod huiusmodi passiones significant naturaliter quaedam voces hominum, vt gemitus infirmorum, & aliorum animalium, vt dicitur in Primo Politicorum. Sed nunc sermo est de vocibus significatiuis ex institutione humana. & ideo oportet passiones animae hic intelligere intellectus conceptiones, quas nomina, & verba, & orationes significant immediate, secundum sententiam Aristoteli. Non enim potest esse, quod significant immediate ipsas res, vt ex ipso modo significandi apparet: significat enim hoc nomen homo, naturam humanam in abstractione a singularibus. Unde non potest esse quod significet hominem immediate singularem: vt Platonici posuerunt. Quod significaret ipsam ideam hominis separatam. Sed quia hoc secundum suam abstractionem non subsistit realiter secundum sententiam Aristoteli, sed est in solo intellectu, ideo necesse fuit Aristoteli dicere, quod voces significant intellectus conceptiones immediate, & eis mediantibus res. Sed quia non est consuetum quod conceptiones intellectus Aristoteli nominet passiones, ideo Andronicus posuit hunc librum non esse Aristoteli. Sed manifeste inuenitur in primo de Anima, quod passiones animae vocat omnes animae operationes. Unde & ipsa conceptio intellectus passio dici potest. Vel quia intelligere naturam non est sine phantasmate: quod non est sine corporali passione. Unde & imaginariam Philosophus in tertio de Anima vocat passium intellectum. Vel quia extenso nomine passionis ad omnem receptionem, etiam ipsum intelligere intellectus possibilis quoddam pati est, vt dicitur in tertio de Anima. Vtitur autem potius nomine passionum, quam intellectuum: tum quia ex aliqua animae passione prouenit, puta quod ex amore, vel odio, vt homo interiore conceptum per vocem alteri significari velit: tum etiam, quia significatio vocum refertur ad conceptionem intellectus, secundum quod oritur a rebus per modum cuiusdam impressionis, vel passionis. Secundo cum dicit: { Et ea, quae scribuntur } agit de significatione scripturae: & secundum Alexandrum hoc inducit ad manifestandum praecedentem sententiam per modum similitudinis, vt sit sensus. Ita ea quae sunt in voce sunt signa passionis animae, sicut & literae sunt signa vocis. Quod etiam manifestat per sequentia, cum dicit: { Et quemadmodum nec literarum } inducens hoc quasi signum praecedentis. Quod enim literae significant voces, significatur per hoc, quod sicut sunt diuersae voces apud diuersos, ita diuersae literae. Et secundum hanc expositionem, ideo non dixit, & literarum eorum quae sunt in voce, sed ea quae scribuntur: quia dicuntur literae etiam in prolatione, & scriptura, quamuis magis proprie, secundum quod sunt in scriptura, dicantur literae: secundum autem quod sunt in prolatione, dicantur elementa vocis. Sed quia Aristoteles non dicit sicut ea quae scribuntur, sed continuum narrationem facit, melius est vt dicatur sicut Porphyrius exposuit, quod Aristoteli procedit ulterius ad complendum ordinem significationis. Postquam enim dixerat quod nomina, & verba, quae sunt in voce, sunt signa earum, quae sunt in anima, continuatim subdit, quod nomina, & verba quae scribuntur, signa sunt eorum nominum, & verborum, quae sunt in voce. Deinde cum dicit: b. Ostendit differentiam praemissorum significantium & significatorum, quantum ad hoc, quod est esse secundum naturam, vel non esse. Et circa hoc tria facit. Primo enim ponit quoddam signum, quo manifestatur quod nec voces, nec literae naturaliter significant. Ea enim quae naturaliter significant, sunt eadem apud omnes. Significatio autem literarum, & vocum, de quibus

Lec. 5. & ca. 5. Lec. 10. et com. 20. Lec. 9. & 10. Lec. 2. c. 1.

de quibus nunc agimus, non est eadem apud omnes. Sed hoc quidem apud nullos vnquam dubitatum fuit quantum ad literas: quarum non solum ratio significandi est ex impositione, sed etiam ipsarum formatio fit per artem. Voces autem naturaliter formantur, vnde & apud quosdam dubitatum fuit, vtrum

LECTIO TERTIA.

Quosdam Philosophus tradidit ordinem significationis vocum, hic agit de diuersa vocum significatione: quarum quaedam significant verum, vel falsum, quaedam non. Et circa hoc duo facit. Primo, praemittit differentiam. Secundo, manifestat eam, ibi. { Circa compositionem n. &c. } Quia vero conceptiones intellectus praebule sunt ordine naturae vocibus, quae ad eas exprimendas proferuntur, ideo ex similitudine differentiae, quae est circa intellectum, assignat differentiam, quae est circa significationes vocum: vt scilicet haec manifestatio non solum sit ex simili, sed etiam ex causa, quae imitatur effectus. Est ergo considerandum, quod si cutin principio dictum est, duplex est operatio intellectus, vt traditur in tertio de Anima, in quarum vna non inuenitur

Affectus tamen, quorum haec signa sunt, primo apud omnes homines idem sunt. Res quoque quarum huiusmodi similitudines sunt, easdem in eis esse constat.

Verum de his in libro de Anima dictum est: ad aliam enim facultatem huiusmodi consideratio pertinet.

LECTIO III.

Vemadmodum autem in anima conceptus est interdum sine veritate, aut falsitate, interdum est talis, vt horum alterum ei necessario competat, sic & in voce esse videtur.

Nam verum, falsumque in compositione, diuisioneque consistit.

Lec. 11. & c. 16.

Quorum autem haec primorum nota sunt, eadem omnibus passionibus animae sunt, & quorum haec similitudines, res etiam eadem.

De his itaque dictum est in his, quae dicta sunt de anima: alterius est enim negocij.

LECTIO III.

St autem, quemadmodum in anima, aliquoties quidem intellectus sine vero vel falso, aliquoties autem, cui iam necesse est horum alterum inesse, sic etiam in voce.

Circa compositionem enim, & diuisionem est veritas, falsitasque.

eadem omnibus, quorum primorum, id est quarum passionum primarum haec voces sunt nota, id est signa, (comparantur enim passiones animae ad voces, sicut primus ad secundum:) voces enim profertur, nisi ad exprimendas interiores animae passiones, & res etiam, eadem sunt apud omnes, quorum idem quarum rerum, haec passiones, animae sunt similitudines. Vbi attendendum est, quod literas dixit esse notas, id est signa vocum, & voces passionum animae similiter: passiones autem animae dicit esse similitudines rerum, & hoc ideo: quia res non cognoscitur ab anima, nisi per aliquam sui similitudinem existentem, vel in sensu, vel in intellectu. Literae autem ita sunt signa vocum, & voces passionum, quod non attenditur ibi aliqua ratio similitudinis, sed sola ratio institutionis, sicut & in multis alijs signis: vt tuba est signum belli. In passionibus autem animae oportet attendi rationem similitudinis ad exprimendas res, quia naturaliter eas designat, non ex institutione. Obijciunt autem quidam, ostendere volentes contra hoc, quod dicitur passiones animae, quas significat voces, esse in obus easdem. Primo quidem, quia diuersi diuersas sententias habent de rebus, & ita non videtur esse eadem apud omnes animae passiones. Ad quod responderet Boethius, quod Aristoteli hic nominat passiones animae conceptiones intellectus, qui nunquam decipitur: & ita oportet eius conceptiones esse apud omnes easdem: quia, si quis a vero discordat, hic non intelligit. Sed quia est in intellectu potest esse falsum, sicut quod componit, non autem sicut quod cognoscit quod quid est, id est essentia, rei, vt dicitur in Tertio de Anima, referendum est hoc ad simplices intellectus conceptiones: quas significat voces incomplexae, quae sunt eadem apud omnes: quia, si quis vere intelligit quid est homo, quodcumque aliud aliquid, quam hominem apprehendat, non intelligit hominem. Huiusmodi autem simplices conceptiones intellectus sunt, quas primo voces significant. Unde dicitur in quarto Metaphysicae, quod ratio, quae significat nomen, est definitio. Et ideo signanter dicit: { Quorum primorum haec nota sunt, } vt scilicet referatur ad primas conceptiones a vocibus primo significantes. Sed adhuc obijciunt aliqui de nominibus aequiuocis, in quibus eiusdem vocis non est eadem passio, quae significatur apud omnes. Et respondet ad hoc Porphyrius, quod vnus homo, qui vocem profert, ad vnum intellectus conceptionem significantem, eam refert, & si aliquis alius, cui loquitur, aliquid aliud intelligat, ille, qui loquitur se exponendo faciet quod referat ad idem. Sed melius dicendum est, quod intentio Aristoteli non est asserere identitatem conceptionis animae per comparationem ad vocem, vt scilicet vnus vocis vna sit conceptio: quia voces sunt diuersae apud diuersos, sed intendit asserere identitatem conceptionum animae per comparationes ad res, quas similiter dicit esse easdem. Tertio ibi. c. Ostendit differentiam diligentiori harum consideratione: quia quales sunt animae passiones, & quomodo sunt rerum similitudines, dictum est in libro de Anima. Non enim hoc pertinet ad logicum negocium, sed ad naturale.

Lec. 2. c. 6. 16. Lec. 2. c. 6. 21. 22. & 26. Lec. 2. c. 6.

verum & falsum, in altera autem inuenitur. Et hoc est quod dicitur, quod in anima aliquoties est intellectus sine vero & falso, aliquoties autem ex necessitate habet alterum horum. Et quia voces significatiuae formantur ad exprimendas conceptiones intellectus, ideo ad hoc quod signum conformetur signato, necesse est quod etiam vocum significatiuarum similiter quaedam significet sine vero & falso, quaedam cum vero & falso. Quae cum dicitur. b. Manifestat quod dixerat. Et primo quantum ad id, quod dixerat de intellectu. Secundo quantum ad id, quod dixerat de assimilatione vocum ad intellectum, ibi { Nomina igitur: ipsa, & verba &c. } Ad ostendendum igitur quod intellectus quandoque est sine vero & falso, quandoque autem cum altero horum, dicitur primo, quod veritas & falsitas consistit circa compositionem, & diuisionem. Vbi oportet intelligere, quod vna duarum operationum intellectus, est indiuisibilis intelligentia: inquantum scilicet, intellectus intelligit absolute cuiuscumque rei quidditatem sine essentia per seipsum, puta quid est homo, vel quid albi, vel quod aliud huiusmodi. Alia vero operatio intellectus est, secundum quod huiusmodi simplicia concepta simul componit, & diuidit. Dicit ergo, quod in hac secunda operatione intellectus, id est componetis, & diuidentis, inuenitur veritas, & falsitas: relinquens, quod in prima operatione non inuenitur, vt etiam traditur in tertio de Anima. Sed circa hoc primo videtur esse dubium: quia cum diuisio fiat per resolutionem ad indiuisibilia siue simplicia, videtur quod sicut in simplicibus non est veritas vel falsitas, ita nec in diuisione. Sed dicendum est, quod cum conceptiones intellectus sint similitudines rerum, ea quae circa intellectum sunt, dupliciter considerari, & nominari possunt. Vno modo secundum se, alio modo secundum rationes rerum, quarum sunt similitudines. Sicut imago Herculis secundum se quidem dicitur, & est cuprum: inquantum autem est similitudo Herculis, nominatur homo. Sic etiam, si consideremus ea, quae sunt circa intellectum secundum se, semper est compositio, vbi est veritas & falsitas, quae nunquam inuenitur in intellectu, nisi per hoc, quod intellectus comparat vnum simplicem conceptum alteri. Sed si referatur ad rem, quandoque dicitur compositio, quandoque dicitur diuisio. Compositio quidem quando intellectus comparat vnum conceptum alteri, quasi apprehendens coniunctionem, aut identitatem rerum, quarum sunt conceptiones: diuisio autem, quando sic comparat vnum conceptum alteri, vt apprehendat res esse diuersas. Et per hunc etiam modum in vocibus affirmatio dicitur compositio, inquantum coniunctionem ex parte rei significat: negatio vero dicitur diuisio, inquantum significat rerum separationem. Vt dicitur autem videtur, quod non solum in compositione, & diuisione veritas consistit. Primo quidem, quia etiam res dicitur vera vel falsa, sicut dicitur aurum verum vel falsum. Dicitur etiam quod ens, & verum conuertuntur. Unde videtur Peri her. Diu. Tho. A 2 detur

Lec. 3. t. cō. detur quod etiam simplex conceptio intellectus, quæ est simili- tudo rei, non careat veritate, & falsitate. Præterea Philo- sophus dicit in lib. de Anima, quod sensus propriorum sensibi- lium semper est verus. Sensus autem non componit, vel diui- dit. non ergo in sola compositione, & diuisione est veritas.

Item: in intellectu diuino nulla est cō- positio, vt probatur in Duodecimo Met. & tamen ibi est prima, & summa veri- tas, non ergo veri- tas est solum circa compositionem, & diuisionem. Ad hu- iusmodi igitur eui- dentiam consideran- dum, quod veritas in aliquo inuenitur dupliciter. Vno mo- do sicut in eo quod est verum. Alio mo- do sicut in dicente, vel cognoscente ve- rum. Inuenitur au- tem veritas sicut in eo, quod est verum tam in simplicibus, quam in compositis: sed sicut in dicente, vel cognoscente verum, non inuenitur nisi secundum compositionem & diuisionem. Quod quidem sic pa- tet. Verum enim vt Philosophus dicit in Sexto Ethicorum, est bonum intellectus. Vnde de quocunq; dicatur verum, oportet qd hoc sit per respectum ad intellectum. Comparantur autē ad intellectum voces quidem sicut signa, res autem sicut ea, quorum intellectus sunt similitudines. Considerandum autem qd aliqua res comparatur ad intellectum dupliciter. Vno modo sicut mensura ad mensuratū, & sic comparantur res naturales ad intellectum speculatiuum humanum. Et ideo intellectus dicitur verus secundum qd conformatur rei, falsus autem secundum qd discordat a re. Res autem naturalis non dicitur esse vera per cō- parationem ad intellectum nostrum, sicut posuerunt quidam antiqui naturales, extimantes rerum veritatem esse solum in hoc, quod est videri. Secundum hoc enim sequeretur, qd contradicto- ria essent simul vera, quia contradictoria cadunt sub diuersorū opinionibus. Dicuntur tamen res aliquæ veræ vel falsæ per cō- parationem ad intellectum nostrum, non essentialiter vel formaliter, sed effectiue, in quantum. S. natæ sunt facere de se veram, vel falsam extimationē; & secundū hoc dicitur aurum verū, vel falsum. Alio autem modo res comparantur ad intellectum, sicut mensuratum ad mensuram, vt patet in intellectu practico, qui est causa rerum. Vnde opus artificis dicitur esse verum; in- quantum attingit ad rationem artis: falsum vero, in quantum deficit a ratione artis. Et quia omnia etiam naturaliter compara- ntur ad intellectum diuinum, sicut artificia ad artem, con- sequens est, vt quælibet res dicatur esse vera, secundū qd habet propriam formam, secundū quam imitatur artem diuinam. Nā falsum aurum est verum aurichalcum. Et hoc modo ens, & verū conuertuntur, quia quælibet res naturalis per suam formā arti- diuinæ comparatur. Vnde Philosophus in 1. r. Phy. formā nomi- nat quoddam diuinū. Et sicut res dicitur vera per comparatio- nem ad suam mensuram, ita etiam & sensus, vel intellectus, cuius mensura est res extra animam. Vnde sensus dicitur verus, qn per formam suam conformatur rei extra animam existenti. Et sic intelligitur qd sensus proprii sensibilis sit verus. Et hoc etiam modo intellectus apprehendens: quod quid est absq; composi- tione, & diuisione, semper est verus, vt dicitur in Tertio de Ani- ma. Est autem considerandum, qd quāuis sensus proprii obie- cti sit verus, non tñ cognoscit hoc esse verum. Non enim potest cognoscere habitudinem conformitatis suæ ad re, sed solum re apprehendit, intellectus autem potest huiusmodi habitudinem conformitatis cognoscere: & ideo solus intellectus potest cog- noscere veritatem. Vnde & Philosophus dicit in 6. Met. qd ue- ritas est solum in mente, sicut scilicet in cognoscente veritate. Cognoscere autem prædictam conformitatis habitudinem, ni- hil est aliud, quàm iudicare ita esse in re vel non esse: quod est componere, & diuidere: & ideo intellectus non cognoscit ve- ritatem, nisi componendo, vel diuidendo per suum iudicium. Quod quidem iudicium, si consonet rebus, erit verum, pura cū intellectus iudicat: re esse, quod est, vel non esse: quod non est. Fal-

sum autem quando dissonat a re, puta cū iudicat non esse, quod est, vel esse quod non est. Vnde patet, qd veritas, & falsitas, sicut in cognoscente, & dicente, non est nisi circa compositionem, & diuisionem. Et hoc modo Philosophus loquitur hic. Et quia vo- ces sunt signa intellectuū, erit vox vera, quæ significat verum in intellectu: falsa autē, quæ significat falsum in intellectu: quāuis- uis vox, in quantum est res quædam, dicatur vera, sicut & aliæ res. Vnde hæc vox, homo est afinus, est vere vox, & vere si- gnum: sed quia est signum falsi, ideo di- citur falsa. Sciendū est autem, quod Phi- losophus de verita- te hic loquitur, secū- dum quod pertinet ad intellectum hu- manū: qui iudicat de re s̄m conformitate rerum, in intellectu componente vel di- uidente. Sed iudi- cium intellectus di- uini de hoc, est ab-

Ipsa igitur nomina, & uerba, si- milia sane sunt ei conceptui, qui sine compositione, diuisioneque est: uelut hoc nomen album, uel homo, cum ni- hil additur ipsi, nondum enim uerum est, aut falsum.

Cuius quidem hoc indicium est. Hip- pocentaurus enim aliquid quidem si- gnificat, at nondum uerum est, aut falsum, nisi esse, aut non esse additum, aut simpliciter, aut respectu tempo- ris fuerit.

LECTIO IIII.

Omen igitur uox est signifi- catiua ex instituto, sine

sq; compositione, & diuisione: quia sicut etiam intellectus noster intelligit materialia immaterialiter, ita etiam intelle- ctus diuinus cognoscit compositionem, & diuisionem simpli- citer. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat quod dixerat de similitudine uocum ad intel- lectum. Et primo manifestat propositum. Secundo, ma- nifestatum probat per signum, ibi. { Huius autem signum. } Concludit ergo ex præmissis, quod cum solum circa compo- sitionem & diuisionem sit veritas & falsitas in intellectu, con- sequens est quod ipsa nomina, & uerba diuisim accepta, assi- milentur intellectui, qui est sine compositione & diuisione: sicut cum homo, vel album dicitur, si nihil aliud addatur: non enim uerum adhuc, vel falsum est: sed postea quandā additur esse, vel non esse, sit uerum vel falsum. Nec est in- stantia de eo, quod per uicium nomen ueram repositionem dat ad interrogationem factam: vt cum quærentis: quid natat in mari? aliquis respondet, piscis. Nam intelligitur uer- bum, quod fuit in interrogatione possum. Et sicut nomen per se positum non significat uerum vel falsum, ita nec uer- bum per se dicitur. Nec est instantia de uerbo primæ, & secundæ personæ, & de uerbo exceptæ actionis: quia in his intelligitur certus, & determinatus nominatiuus. Vnde est implicita compositio, licet non explicita. Deinde cum dicit.

¶ Inducit signum ex nomine composito, scilicet hircocer- uus, quod componitur ex hircō, & ceruo, & ceruo in græco di- citur tragelaphus. Nam tragos est hircus, & elaphos ceruus. Hu- iusmodi enim nomina significant aliquid, scilicet quosdam cō- ceptus simplices, licet rerum compositarum, & ideo non est uerum, vel falsum, nisi quando additur esse, uel non esse: per quæ exprimitur iudicium intellectus. Potest autem addi esse, vel non esse, vel secundum præsens tempus, quod est esse, vel nō esse in actu: & ideo hoc dicitur esse simpliciter, vel secundum tempus præteritum, aut futurum: quod non est esse simplici- ter, sed secundum quid, vt cum dicitur aliquid fuisse, vel fu- turum esse. Signanter autem utitur exemplo ex nomine si- gnificante, quod non est in rerum natura, in quo statim falsi- tas apparet, & quod sine compositione, & diuisione non possit uerum, vel falsum esse.

LECTIO QVARTA.

¶ Ostquam Philosophus determinauit de ordine si- gnificationis uocum: hic accedit ad determinan- dum de ipsis uocibus significatiuis. Et quia princi- paliter intendit de enunciatione, quæ est subiectum huius libri, in qualibet autem scientia oportet noscere prin- cipia subiecti, ideo primo determinat de principiis enuntia- tionis. Secundo, de ipsa enunciatione, ibi { Enunciatio uero non omnis. } Circa Primum duo facit. Primo enim determinat principia quasi materialia enunciationis, scilicet partes integrantes ipsius. Secundo, determinat principii forma- le, sci-

Lec. 6. Lec. 5.

le, scilicet orationem, quæ est enunciationis genus, ibi { Ora- tio autem est uox significatiua &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat de nomine, quod significat rei substantiam. Secundo determinat de uerbo, quod significat actionem, vel passionem precedentem a re, ibi { Verbum autem est quod cō- significat tempus. } Circa primum tria facit. Primo defini- nit nomen, secun- do definitionem ex- ponit: ibi { In no- mine enim quod est equiferus. } Ter- tio, excludit quædā, quæ perfecte ratio- nem nominis non habent, ibi { Non ho- mo uero non est no- men. } Circa pri- mum considerandū est, quod definitio ideo dicitur termi- nus, quia includit totaliter rem, ita sci- licet, quod nihil rei est extra definitio- nem, cui scilicet defi- nitio non conuen- niat, nec aliquid al- liud est infra defini- tionem, cui scilicet definitio conueniat. Et ideo quinque po- nit in definitione nominis. Primo ponitur { vox } per mo- dum generis: per quod distinguitur nomen ab omnibus sonis, qui non sunt uoces. Nam vox est sonus ab ore animalis pro- latus, cum imaginatione quadam, vt dicitur in Secundo de Anima. Additur autem prima differentia, scilicet { signifi- catiua } ad differentiam quarumcunq; uocum non signifi- cantium, siue sit vox literata, & articulata, sicut biltris, siue non literata, & non articulata, sicut sibilus pro nihilo factus. Et quia de significatione uocum in superioribus actum est, ideo ex præmissis concludit, quod nomen est uox significati- ua. Sed cum uox sit quædam res naturalis, nomen autem non est aliquid naturale, sed ab hominibus institutum, uide- tur, quod non debuit genus nominis ponere uocem, quæ est ex natura, sed magis signum, quod est ex institutione: vt di- ceretur: Nomen est signum uocale, sicut etiam conuenientius definitur scutella, si quis diceret, quod est uas ligneum, quàm si quis diceret quod est lignum formatum in uas. Sed dicen- dum, quod artificialia sunt quidem in genere substantiæ ex parte materiæ, in genere autem accidentium ex parte formæ, nam formæ artificialium accidentia sunt. Nomen ergo si- gnificat formam accidentalem, vt concretam subiecto.

placitum, sine tempore, cuius nulla pars est significatiua, se- parata.

b In nomine enim quod est e- quiferus, ferus per se nihil signi- ficat, quemadmodum in ora- tione, quæ est, equus ferus.

c At uero non quemadmodū in simplicibus nominibus, sic se habet etiam in compositis. In illis enim nullo modo pars si- gnificatiua est: in his autē uult quidem, sed nihil significat se- parata: vt in eo quod est equi- ferus.

d Secundum placitum uero, quoniam naturaliter nomen nullum est, sed quando fit no-

stit actio, & passio, ideo uerbum quod significat actionem & passionem, significat cum tempore. Substantia autem secun- dum se considerata, prout significatur per nomen & pronome, non habet in quantum huiusmodi, vt tempore mensuratur, sed solum secundum quod subicitur motui, prout per partici- pium significatur.

tempore, cuius nulla pars significat se parata.

Nam hoc in nomine equiferus nihil per se ipsum equus significat, si- cut hac in oratione equus est ferus.

Verum non ut est in simplicibus nominibus, sic & in compositis est. In illis enim nullo pacto pars est si- gnificatiua: in compositis uero uide- tur quidem, nihil tamen separata si- gnificat: vt in exemplo patet antea dicto.

Ex instituto autem diximus, quia nullum nomen est signum natura, sed cum est positum. Nam significant,

sicut manus separata ab homine, non habet formam humanam: Et per hoc distinguitur nomen ab oratione, cuius pars si- gnificat separata, vt cum dicitur: homo iustus. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat præmissam definitionem. Et primo quantum ad ultimam particulam. Secundo, quantum ad tertiam, ibi { se- cundum uero placitum &c. } Nam primæ duæ partiæ mani- festæ sunt ex præmissis. Tertiæ autem particula, scilicet { sine tempore. } manifestabitur in sequentibus in tractatu de Verbo. Circa primum duo facit. Primo, manifestat propositū per no- mina composita. Secundo, ostendit circa hoc differentiam in- ter nomina simplicia & composita, ibi { At uero non quemad- modum. } Manifestat ergo primo, quod pars nominis separata nihil significat per nomina composita, in quibus hoc magis ui- detur. In hoc enim nomine quod est equiferus, hæc pars ferus, per se nihil significat, sicut significat in hac oratione, quæ est equus ferus. Cuius ratio est, quod uicium nomen ponitur ad si- gnificandum vnū simplicem intellectum: aliud autē est id, a quo imponitur nomē ad significandum ab eo quod nomē significat, sicut hoc nomen lapis imponitur a læsione pedis, quam non si- gnificat: quod tamen imponitur ad significandum conceptum cuiusdam rei. Et inde est, quod pars nominis compositi, quod imponitur ad significandum conceptum simplicem, non signi- ficat partem conceptionis compositæ, a qua imponitur ad signi- ficandum. Sed oratio significat ipsam conceptionem composi- tam: unde pars orationis, significat partem conceptionis com- positæ. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quantum ad hoc differentiam inter nomina sim- plicia, & composita, & dicit, quod non ita se habet in nomini- bus simplicibus, sicut & in compositis: quia in simplicibus pars nullo modo est significatiua, neq; secundum ueritatem, neq; se- cundum apparentiam: sed in compositis uult quidem, id est ap- parentiam habet significandi, nihil tamen pars eius significat, vt dictum est de nomine equiferus. Hæc autem ratio differen- tiæ est, quia nomen simplex sicut imponitur ad significandum conceptum simplicem, ita etiam imponitur ad significandum ab aliquo simplici conceptu. Nomen uero compositum imponi- tur a composita conceptione, ex qua habet apparentiam, quod pars eius significet. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat tertiam partē prædictæ definitionis, & dicit qd ideo dicitur qd nomē significat secundū placitū, quia nullū nomē si- gnificat naturaliter. Ex hoc enim est nomē, qd significat: nō autē significat naturaliter, sed ex institutione. Et hoc est qd subdit { sed quando fit nota, } id est quando imponitur ad significan- dum. Id enim quod naturaliter significat, non fit, sed natu- raliter est signum. Et hoc significat, cum dicit. Illiterati enim soni, vt iterari, quia scilicet literis significari non possunt. Et dicit potius sonus, quàm uoces, quia quædam animalia non habent uocem, eo qd carent pulmone: sed tñ quibusdam sonis Peri her. Diu. Tho. A 3 proprias

L. 6. t. 21. et Lec. 2. t. cō. 26. 31. Lec. 8. & cō 51.

Lec. 2. & ca. 3.

Lec. 15. & com. 81.

Lec. 2. c. 26.

Lec. 1. & c. 8

Lec. 7.

proprias passiones naturaliter significant: nihil autem horum sonorum est nomen. Ex quo manifeste datur intelligi, quod nomen non significat naturaliter. Sciendum tamen est, quod circa hoc fuit diuersa quorundam opinio. Quidam enim dixerunt, quod nomina nullo modo naturaliter significant: nec differt quare res quo nomine significantur. Alii uero dixerunt, quod nomina omnino naturaliter significant; quasi nomina sint naturales similitudines rerum. Quidam uero dixerunt, quod nomina non naturaliter significant quantum ad hoc, quod eorum significatio non est a natura, ut Aristoteles hic intendit: quantum uero ad hoc naturaliter significant, quod eorum significatio congruit naturis rerum, ut Plato dixit. Nec obstat, quod una res multis nominibus significatur: quia unius rei possunt esse multe similitudines, & si militer ex diuersis proprietatibus possunt unius rei multa diuersa nomina imponi. Non est autem intelligendum quod dicit, quorum nihil est nomen, quasi soni animalium non habeant nomina, nominantur enim quibusdam nominibus, sicut dicitur rugitus leonis, & mugitus bouis, sed quia nullus talis sonus est nomen, ut dictum est. Deinde cum dicit.

Non homo uero non est nomen. At uero, nec positum est nomen, quo illud oporteat appellari. nam neque oratio, neque negatio est, sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est.

Et Catonis autem, vel Catoni, & quæcunque talia sunt non nomina, sed casus nominis sunt.

Ratio autem eius in alijs quidem eadem est, sed differt: quoniam cum est, uel fuit, uel erit, adiunctum, neque uerum, neque falsum est: nomen uero semper: ut Catonis est, uel non est, nondum enim aliquid uerum dicit, aut falsum.

LECTIO V.
Verbum autem est quod significat tempus.

Excludit quædam a nominis ratione. Et primo nomen infinitum, secundo, casus nominum, ubi Catonis autem vel Catoni. Dicit ergo primo, quod non homo non est nomen. Omne enim nomen significat aliquam naturam determinatam, ut homo: aut personam determinatam, ut pronomen: aut utrunque determinatum, ut Socrates. Sed hoc quod dico non homo, neque determinatam naturam, neque determinatam personam significat. Imponitur enim a negatione hominis, qui æqualiter dicitur de ente, & non ente. Unde non homo potest dici indifferenter, & de eo quod non est in rerum natura, ut si dicamus: Chimera est non homo, & de eo quod est in rerum natura, sicut dicitur: equus est non homo. Si autem imponeretur a priuatione, requireret subiectum ad minus existens: sed quia imponitur a negatione, potest dici de ente, & de non ente, ut Boetius, & Ammonius dicunt. Quia tamen significat per modum nominis, quod potest subiici, & prædicari, requiritur ad minus suppositum in apprehensione. Non autem erat nomen positum tempore Aristotelis, sub quo huiusmodi dictiones concluderentur. Non enim est oratio, quia pars eius non significat aliquid separata, sicut nec in nominibus compositis. Similiter autem non est negatio, id est oratio negatiua: quia huiusmodi oratio superaddit negationem affirmationi, quod non contingit hic. Et ideo nomen imponitur huiusmodi dictioni, uocans eam nomen infinitum propter indeterminationem significationis, ut dictum est. Deinde cum dicit.

Excludit casus nominis & dicit, quod Catonis, & Catoni, & alia huiusmodi, non sunt nomina, sed solus nominatiuus dicitur principaliter nomen, per quem facta est impositio nominis ad aliquid significandum. Huiusmodi autem obliqui uocantur casus nominis: quia cadunt per quandam declinationis originem a nominatiuo, qui dicitur rectus, eo quod non cadit. Stoici autem dixerunt etiam nominatiuos dici casus: quos Grammatici sequuntur, eo quod cadunt, id est, procedunt ab interiori conceptione mentis: Et dicitur rectus, eo quod nihil prohibet aliquid cadens sic cadere, ut rectum ster, sicut stilus, qui cadens ligno insig-

itur. Deinde cum dicit. Ostendit consequenter quomodo se habeant obliqui casus ad nomen, & dicit, quod ratio, quam significat nomen, est eadem, & in alijs, scilicet, casibus nominis: sed in hoc est differentia, quod nomen adiunctum cum hoc uerbo est uel non est, uel fuit, semper significat uerum uel falsum: quod non contingit in obliquis. Signanter autem inducit exemplum de uerbo substantiuo: quia sunt quædam alia uerba, scilicet, impersonalia, quæ cum obliquis significant uerum uel falsum, ut cum dicitur, Penitet Socratem, quia actus uerbi intelligitur ferri super obliquum, ac si diceretur: penitentia habet Socratem. Sed contra: si nomen infinitum & casus non sunt nomina, inconuenienter data est præmissa nominis definitio, quæ istis conuenit. Sed dicendum secundum Ammonium, quod supra communius definitur nomen, postmodum uero significationem nominis arctat subtrahendo hæc a nomine. Vel dicendum, quod præmissa definitio non simpliciter conuenit huiusmodi nominibus, nisi determinati significant, neque casus nominis.

Hoc autem non homo, non dico esse nomen. At neque nomen est positum quo ipsum appellare oportet. Neque enim est oratio, neque negatio. Sed infinitum nomen uocetur, quoniam & quod est, & quod non est in ratione rerum sine discrimine ullo significat.

Hoc etiam Philonis, aut philoni, & hisce similia, non nomina sunt, sed nominis casus.

Atque ratio eius in cæteris quidem est, illo autem differt. Si enim addideris est, uel erat, uel erit, hoc quidem neque uerum, neque falsum euadet, nomen autem semper. ueluti Philonis est, aut non est: nondum enim uerum est, aut falsum.

LECTIO VI.
Verbum autem est id quod insuper tempus significat.

significat secundum primum placitum instituentis, ut dictum est.

LECTIO QVINTA.

Quam Philosophus determinauit de nomine: hic determinat de uerbo. Et circa hoc tria facit. Primo definit uerbum: secundo excludit quædam a ratione uerbi, ubi Non currit autem, & non laborat &c. Tertio, ostendit conuenientiam uerbi ad nomen, ubi Ipsa uero secundum se dicta uerba, &c. Circa primum duo facit. Primo, ponit definitionem uerbi: secundo exponit, ubi Dico autem quoniam consignificat &c. Est autem considerandum, quod Aristoteles breuitati studens, non ponit in definitione uerbi ea quæ sunt nomini & uerbo communia, relinquens ea intellectui legentis, ex his, quæ dixerat in definitione nominis. Ponit autem tres particulas in definitione uerbi: quarum prima distinguit uerbum a nomine in hoc, scilicet quod dicit, quod consignificat tempus; dictum est enim in definitione nominis, quod nomen significat sine tempore. Secunda uero particula est, per quam distinguitur uerbum ab oratione, scilicet cum dicitur Cuius pars nihil extra significat. Sed cum hoc etiam positum sit in definitione nominis, uidetur hoc debuisse prætermitti, sicut & quod dictum est, uox significatiua ad placitum. Ad quod respondet Ammonius, quod in definitione nominis, hoc positum est, ut distinguatur nomen ab orationibus, quæ componuntur ex nominibus, ut cum dicitur: homo est animal. Quia uero sunt etiam quædam orationes, quæ componuntur ex uerbis, ut cum dicitur: ambulare est moueri: ut ab his distinguatur uerbum, oportuit hoc etiam in definitione uerbi iterari. Potest etiam aliter dici, quia uerbum importat compositionem, in qua perfitur oratio significans uerum uel falsum, maiorem conuenientiam uidebatur habere uerbum cum oratione, quasi quædam pars formalis ipsius, quæ nomen, quod est quædam pars materialis & subiectiua orationis: & ideo oportuit iterari. Tertia uero particula est, per quam distinguatur uerbum non solum a nomine, sed etiam a participio: quod significat cum tempore, & dicitur Et est semper eorum, quæ de altero prædicantur nota; id est signa: quia scilicet nomina & participia, possunt pp

ni ex parte subiecti, & prædicati: sed uerbum, semper est ex parte prædicati. Sed hoc uidetur habere instantiam in uerbis infinitiui modi, quæ interdum ponuntur ex parte subiecti, ut cum dicitur, ambulare est moueri. Sed dicendum est, quod uerba infinitiui modi, quando in subiecto ponuntur, habent uim nominis. Unde & in græco, & in uulgari, locutione Latina suscipiunt additionem articulo, sicut & nomina. Cuius ratio est, quia proprium nominis est, ut significet rem aliquam quasi per se existentem, proprium autem uerbi est, ut significet actionem uel passionem. Potest autem actio significari tripliciter, uno modo per se in abstracto, uelut quædam res, & sic significatur per nomen, ut cum dicitur actio, passio, ambulatio, cursus, & similia. Alio modo per modum actionis, ut scilicet egrediens substantia, & inherens ei, ut subiecto, & sic significatur per uerba aliorum motorum, quæ attribuntur prædicatis. Sed quia etiam ipse processus, uel inherens actionis, potest apprehendi ab intellectu, & significari uel res quædam, inde est quod ista uerba infinitiui modi, quæ significant ipsam inherentiam actionis ad subiectum, possunt accipi ut uerba, ratione concrecionis, & ut nomina prout significant res quasdam. Potest etiam obici de hoc, quod etiam uerba aliorum motorum uidentur aliquando in subiecto poni, ut cum dicitur: curro est uerbum. Sed dicendum est, quod in tali locutione, hoc uerbum curro, non in sumitur formaliter, sed cum eius significatio refertur ad rem, sed secundum quod materialiter significat ipsam uocem, quæ accipitur ut res quædam. Et ideo tam uerba, quam omnes orationis partes, quando ponuntur materialiter, sumuntur in uim nominum. Deinde cum dicit.

Exponit definitionem positam. Et primo quantum ad hoc quod dixerat quod consignificat tempus. Secundo quantum ad hoc quod dixerat quod est nota eorum, quæ de altero prædicantur, cum dicitur & semper est &c. Secundam autem particulam, scilicet cuius nulla pars extra significat, non exponit, quia supra exposita est in tractatu nominis. Exponit ergo primum, quod uerbum consignificat tempus, per exemplum, quia uidelicet cursus, quia significat actionem non per modum actionis: sed per modum rei per se existentis, non consignificat tempus, eo quod est nomen. Curro uero cum sit uerbum significans actionem, consignificat tempus, quia proprium est motus tempore mensurari, actiones autem nobis notæ sunt in tempore. Dictum est autem supra, quod consignificare tempus, est significare aliquid in tempore mensuratum. Unde aliud est significare tempus principaliter, ut res quædam, quod potest non conuenire, aliud est significare cum tempore, quod non conuenit nomini, sed uerbo. Deinde cum dicit.

Exponit aliam particulam. Vbi notandum est, quod quia subiectum enunciationis significatur ut cui inheret aliquid, cum uerbum significet actionem per modum actionis, de cuius ratione est, ut inheret, semper ponitur ex parte prædicati, nunquam autem ex parte subiecti, nisi sumatur in uim nominis, ut dictum est. Dicitur ergo uerbum semper esse nota eorum, quæ dicitur de altero: tum quia uerbum semper significat id, quod prædicatur: tum quia in omni prædicatione oportet esse uerbum, eo quod uerbum importat compositionem, quæ prædicatum componit subiecto. Sed dubium uidetur quod subditur, ut eorum quæ de subiecto uel in subiecto sunt. Videtur enim aliquid dici ut de subiecto, quod essentialiter prædicatur: ut homo est animal, in subiecto autem sicut accidens de subiecto prædicatur, ut ho-

mo est albus. Si ergo uerba significant actionem uel passionem, quæ sunt accidentia consequens est ut semper significant ea, quæ dicuntur ut in subiecto. Frustra igitur dicitur in subiecto uel de subiecto. Et ad hoc dicit Boethius, quod utraque ad idem pertinent. Accidens enim & de subiecto prædicatur, & in subiecto est. Sed quia Aristoteles distinctionem uirtutem, uidetur aliud per utraque significare. Et ideo potest dici, quod cum Aristoteles dicit quod uerbum semper est nota eorum, quæ de altero prædicantur non est sic intelligendum, quod significata uerborum sint, quæ prædicantur, quia cum prædicatio uideatur magis proprie ad compositionem pertinere, ipsa uerba sunt quæ prædicantur, magis quam significent prædicata. Est ergo intelligendum quod uerbum semper est significatum, quod aliqua prædicentur, quia omnis prædicatio fit per uerbum ratione compositionis importatæ; siue prædicatur aliquid essentialiter, siue accidentaliter. Deinde cum dicit.

Non ualeat autem, & non agrotat, non dico uerbum esse. Nam insuper quidem tempus significat, semperque de aliquo dicitur. at differentia nullum nomen est positum. Sed uerbum infinitum uocetur: quoniam de quocunque, & de eo quod est, & de eo quod non similiter dicitur.

Atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum. ut eorum, quæ de subiecto dicuntur, aut eorum, quæ in subiecto dicimus esse.

Simili modo ualuit, atque ualebit, non uerba, sed uerbi casus appello: quoniam illud quidem præsens significat tempus, hæc autem id quod est circa præsens, exactum, inquam, atque futurum,

ret uel currebat. Dicit ergo primo, quod non currit, & non laborat, non proprie dicitur uerbum. Est enim proprium uerbi significare aliquid per modum actionis uel passionis, quod prædicat dictiones non faciunt: remouent enim actionem uel passionem potius quam aliquam determinatam actionem uel passionem significet. Sed quamuis non proprie possint dici uerbum, tamen conueniunt sibi ea quæ supra posita sunt in definitione uerbi. Quorum primum est, quod significat tempus: quia significat agere, & pati, quæ sicut sunt in tempore, ita priuatio eorum, unde & quies tempore mensuratur, ut habetur in Sexto Phys. Secundum est, quod semper ponitur ex parte prædicati, sicut & uerbum. Et hoc ideo, quia negatio reducit ad genus affirmationis. Unde sicut uerbum quod significat actionem uel passionem, significat aliquid ut in altero existens, ita prædicat dictiones significantes remotionem actionis uel passionis. Siquis autem obiiciat: Si prædictis dictionibus conuenit definitio uerbi, ergo sunt uerba: Dicendum est, quod definitio uerbi supra posita, datur de uerbo communiter sumpto. Huiusmodi autem dictiones negantur esse uerba, quia deficiunt a perfecta ratione uerbi, nec ante Aristotelem erat nomen positum huic generi dictionum a uerbis differentium. Sed quia huiusmodi dictiones in aliquo cum uerbis conueniunt, deficiunt tamen a determinata ratione uerbi, uocat ea uerba infinita. Et rationem nominis assignat, quia unumquodque eorum indifferenter potest dici de eo quod est, uel de eo quod non est. Sumitur enim negatio appositæ non in uim priuationis, sed in uim simplicis negationis. Priuatio enim supponit determinatum subiectum. Differunt tamen huiusmodi uerba a uerbis negatiuis, quia uerba infinita sumuntur in uim uicinis dictionibus, uerba uero negatiua, in uim duarum dictionum. Deinde cum dicit.

Excludit quædam a ratione uerbi, & primo uerbum infinitum, & primo uerbum infinitum. Secundo uerba præteriti temporis, & futuri temporis, & dicit, quod sicut uerba infinita non sunt simpliciter uerba, ita etiam curret, quod est futuri temporis, uel currebat, quod est præteriti temporis, non sunt uerba, sed sunt casus uerbi. Et differunt in hoc a uerbo, quia uerbum consignificat præsens tempus, illa uero significant tempus hinc, & inde circumdans. Dicit autem signanter præsens tempus, & non simpliciter præsens, ne intelligatur præsens indiuisibile, quod est instans: quia in instanti non est motus,

Peri her. Diui Tho.

lect. ro. & le. 5. & rex. 30. 31. 32.

A 4 nec

nec actio aut passio: sed oportet accipere presens tempus quod mensurat actionem, quæ incipit, & nondum est determinata per actum. Recte autem ea quæ significant tempus præteritum vel futurum, non sunt verba proprie dicta: cum enim verba proprie sit quod significat agere vel pati, hoc est proprie verbum quod significat agere vel pati in actu, quod est agere vel pati simpliciter: sed agere vel pati in præterito vel futuro est secundum quid.

f Ipsa itaq; secundum se dicta verba, nomina sunt.

g Et significant aliquid. Constituit .n. qui dicit intellectum, & qui audit, quiescit: sed si est, vel non est, nondum significat: neq; enim signum est rei esse vel non esse. Nec si hoc ipsum est primum dixeris: ipsum enim nihil est. Consignificat autem quandam compositionem, quam sine compositis non est intelligere:

futura autem quod erit presens. Cum autem declinatio verbi varietur per modos, tempora, numeros, & personas, variatio que fit per numerum & personam, non constituit casum vel casus verbi: quia talis variatio non est ex parte actionis, sed ex parte subiecti: sed variatio quæ est per modos & tempora, respicit ipsam actionem, & ideo utraq; constituit casus verbi. Nam verba imperativi vel operativi modi casus dicuntur, sicut & verba præteriti vel futuri temporis. Sed verba indicatiui modi presentis temporis, non dicuntur casus, cuiuscunque sint personæ vel numeri. Deinde cum dicit.

f Ostendit convenientiam verborum ad nomina. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum: ibi { Et significat aliquid &c. } Dicit ergo, quod ipsa verba secundum se dicta sunt nomina: a quibusdam exponitur de verbis quæ sumuntur in vi nominis, ut dictum est, siue sint infinitivi modi, ut cum dico, currere est moveri, siue sint alterius modi, ut cum dico: curro est verbum. Sed hæc non videtur esse intentio Aristot. quia ad hanc intentionem non respondet consequentia. Et ideo aliter dicendum est, quod nomen hic sumitur, prout communiter significat quamlibet dictionem, impositam ad significandum aliquam rem. Et quia etiam ipsum agere vel pati est quædam res, inde est quod & ipsa verba in quantum nominant, id est significant agere vel pati, sub nominibus comprehenduntur communiter acceptis. Nomen autem prout a verbo distinguitur, significat rem sub determinato modo, prout scilicet potest intelligi ut per se existens. Vnde nomina possunt subiaci, & prædicari. Deinde cum dicit.

g Probat propositum. Primo per hoc, quod verba significant aliquid, sicut & nomina. Secundo per hoc quod non significant verum vel falsum, sicut nec nomina: ibi { Sed si est, aut non est &c. } Dicit ergo primo, quod in tantum dictum est, quod verba sunt nomina, in quantum significant aliquid. Et hoc probat, quia supra dictum est, quod voces significatiuæ significant intellectus. Vnde proprium vocis significatiuæ est, quod generet aliquem intellectum in animo audientis. Et ideo ad ostendendum quod verbum sit vox significatiua, assumit, quod ille qui dicit verbum, constituit intellectum in animo audientis. Et ad hoc manifestandum inducit, quod ille qui audit, quiescit.

Sed hoc videtur esse falsum: quia sola oratio perfecta facit quiescere intellectum, non autem nomen, neque verbum si per se dicatur. Si enim dicam homo, suspensus est animus audientis, quid de eo dicere velim, si autem dico curro, suspensus est eius animus de quo dicam. Sed dicendum est, quod cum duplex sit intellectus operatio, ut supra habitum est, ille qui dicit nomen, vel verbum secundum se, constituit intellectum quantum ad primam operationem, quæ est simplex conceptio alicuius rei, & secundum hoc, quiescit audientis, qui in suspensio erat antequam nomen vel verbum proferreretur, & eius prolatus terminaretur, non autem constituit intellectum quantum ad secundam operationem, quæ est intellectus componentis, & diuidentis ipsum verbum, vel nomen per se dictum: nec quantum ad hoc facit quiescere audientem. Et ideo statim subdit { Sed si est, aut non est, nondum significat } id est nondum significat aliquid per modum compositionis & diuisionis, aut veri vel falsi. Et hoc est secundum, quod probare intendit. Probat autem consequenter per illa verba, quæ maxime videntur significare veritatem, vel falsitatem, scilicet ipsum verbum quod est esse, & verbum infinitum quod est non esse: quorum

neutrum per se dictum, est significatiuum veritatis vel falsitatis in re: vnde multo minus alia. Vel potest intelligi hoc generaliter dici de omnibus verbis. Quia enim dixerat, quod verbum non significat si est res, vel non est, hoc consequenter manifestat, quia nullum verbum est significatiuum rei esse, vel non esse, id est quod res sit, vel non sit. Quamuis enim omne verbum finitum implicet esse, quia currere est currentem esse, & omne verbum infinitum implicet non esse, quia non currere est non currentem esse, tamen nullum verbum significat hoc totum ad rem esse, vel non esse. Et hoc consequenter probat per id, de quo magis videtur, cum subdit { Nec si

Ipsa igitur verba, cum per se dicuntur, nomina sunt.

Et aliquid sane significant. nam qui dicit, mentem viiue affirmat, & qui audit, quiescit: sed si est, aut non est, nondum sane significat. nec .n. esse, aut non esse signum est rei, neque si ipsum quod est per se dixeris nudum: ipsum enim nihil est. Significat autem in se per compositionem quandam, quæ quidem sine compositis intelligi nequit.

hoc ipsum est, prout dixeris, ipsum quidem nihil est. Vbi notandum est, quod in græco habetur, Neq; si ens ipsum nudum dixeris, ipsum quidem nihil est. Ad probandum enim quod verba non significant rem esse, vel non esse, assumptum id quod est fons & origo ipsius esse, scilicet ipsum ens, de quo dicit quod nihil est (ut Alexander exponit) quia ens æquiuoce dicitur de decem prædicamentis. Omne autem æquiuocum per se positum nihil significat, nisi aliquid addatur; quod determinet eius significationem. Vnde nec ipsum est per se dictum, significat quod est vel non est. Sed hæc expositio non videtur conueniens, tum, quia ens non dicitur proprie æquiuoce, sed secundum prius & posterius: vnde simpliciter dictum intelligitur de eo, quod per prius dicitur. tum etiam, quia dictio æquiuoca non nihil significat, sed multa significat. & quandoq; hoc, quandoq; illud per ipsam accipitur. tum etiam, quia talis expositio non multum facit ad intentionem præsentem. Vnde Porphyrius aliter exposuit, quod hoc ipsum ens, non significat naturam alicuius rei, sicut hoc nomen homo, vel sapiens: sed solum designat quædam coniunctionem. vnde subdit, quod { Consignificat quædam compositionem, quam sine compositis non est intelligere. } Sed neq; hoc conuenienter videtur dici: quia si non significaret aliquam rem, sed solum coniunctionem, non esset neq; nomen, neq; verbum, sicut nec compositiones, aut coniunctiones. Et ideo aliter exponendum est, sicut Amonius exponit, quod ipsum ens nihil est, id est non significat verum vel falsum. Et ratione huius assignat, cum subdit. { Consignificat autem quandam compositionem. } Nec accipitur hic, ut ipse dicit, Consignificat, sicut cum dicebatur, quod verbum consignificat tempus, sed consignificat, id est cum aliquo significat, scilicet alii adiunctum compositionem significat, quæ non potest intelligi sine extremis compositionis. Sed quia hoc commune est omnibus nominibus & verbis, non videtur hæc expositio esse secundum intentionem Arist. qui assumpsit ipsum ens quæ quoddam speciale. Et ideo ut magis sequamur verba Aristot. considerandum est, quod ipse dixerat, quod verbum non significat rem esse vel non esse, sed nec ipsum ens significat rem esse vel non esse. Et hoc est quod dicit, nihil est, id est non significat aliquid esse. Et enim hoc maxime videbatur de hoc quod dico ens: quia ens nihil est aliud quam quod est. Et sic videtur & rem significare, per hoc quod dico quod, & esse, per hoc quod dico est. Et si quidem hæc dictio ens, significaret esse principaliter, sicut significat rem quæ habet esse, proculdubio significaret aliquid esse. Sed ipsam compositionem, quæ importatur in hoc quod dico est, non principaliter significat, sed consignificat eam in quantum significat rem habentem esse. Vnde talis consignificatio compositionis, non sufficit ad veritatem, vel falsitatem: quia compositio, in qua consistit veritas & falsitas, non potest intelligi, nisi secundum quod innescit extrema compositionis. Si vero dicatur, nec ipsum esse, ut libri nostri habent, planior est sensus. Quod enim nullum verbum significat rem esse vel non esse, probat per hoc verbum est, quod secundum se dictum, non significat aliquid esse, licet significet esse. Et quia hoc ipsum esse videtur compositio quædam, & ita hoc verbum est, quod significat esse, potest videri significare compositionem, in qua sit verum vel falsum. ad hoc excludendum subdit, quod illa compositio quam significat hoc verbum est, non potest intelligi sine componentibus: quia dependet eius intellectus ab extremis, quæ si non apponantur, non est perfectus intellectus compositionis. vt possit in ea esse verum, vel falsum. Ideo autem dicit, quod hoc verbum est, consignificat

est, vel non sit. Quamuis enim omne verbum finitum implicet esse, quia currere est currentem esse, & omne verbum infinitum implicet non esse, quia non currere est non currentem esse, tamen nullum verbum significat hoc totum ad rem esse, vel non esse. Et hoc consequenter probat per id, de quo magis videtur, cum subdit { Nec si

significat compositionem, quia non eam principaliter significat, sed ex consequenti. significat enim illud quod primo cadit in intellectu per modum actualitatis absolute, nam est simpliciter dictum, significat in actu esse: & ideo significat per modum verbi. Quia vero actualitas, quam principaliter significat hoc verbum est, est communiter actualitas omnis formæ, vel actus substantialis, vel accidentalis, inde est, quod cum volumus significare quæcumq; formam, vel actum actualiter in esse alicui subiecto, significamus illud per hoc verbum est, vel simpliciter, vel fm quod simpliciter quid secundum præsens tempus, secundum quid autem, secundum alia tempora. Et ideo ex consequenti hoc verbum est significat compositionem.

LECTIO VI.

Ratio autem est vox significatiua, cuius partium aliquod significatiuum est separatim, ut dictio, non ut affirmatio, vel negatio.

b Dico autem vt homo. significat enim aliquid, sed non quoniam est, aut non est, sed erit affirmatio, vel negatio, si aliquid addatur.

c Sed non vna hominis syllaba neque enim in eo quod est Sores, rex significat, sed vox nunc est sola. in duplicibus vero significat quidem aliquid, sed non secundum se, quemadmodum dictum est.

ostquam Philosophus determinauit de nomine, & de verbo, quæ sunt principia materialia enunciationis, utpote partes eius existentes, nunc determinat de oratione, quæ est principium formale enunciationis, utpote genus eius existens. Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit definitionem orationis. Secundo exponit eam. ibi { Dico autem vt homo &c. } Tertio excludit errorem, ibi { Est autem oratio omnis &c. } Circa primum considerandum, quod Philosophus in definitione orationis, ponit illud in quo oratio conuenit cum nomine & verbo, cum dicit. { Oratio est vox significatiua, } quod etiam posuit in definitione nominis, & probauit de verbo quod aliquid significet. Non autem posuit in eius definitione, quia supponebat ex eo quod positum erat in definitione nominis studens breuitati, ne idem frequenter iteraret. Iterat tamen hoc in definitione orationis, quia significatio orationis differt a significatione nominis & verbi, quia nomen vel verbum significat simpliciter intellectum, oratio vero significat intellectum compositum. Secundo autem ponit id, in quo oratio differt a nomine & verbo, cum dicit. { Cuius partium aliquod significatiuum est separatim. } Supra enim dictum est, quod pars nominis non significat aliquid per se separatim, sed solum quod est coniunctum ex duabus partibus. Signanter autem non dicit cuius pars est significatiua aliquid separata, sed cuius aliquid partium est significatiuum, propter rationes, & alia synecdochemata, quæ secundum se non significant aliquid absolutum, sed solum habitudinem vnius ad alterum. Sed quia duplex est significatio vocis, vna quæ refertur ad intellectum compositum, alia quæ refertur ad intellectum simplicem, prima significatio competit orationi, secunda non competit orationi, sed parti orationis. Vnde subdit { vt dictio: non vt affirmatio. } Quasi dicat: pars orationis est significatiua, sicut dictio significat, puta vt nomen & verbum, non vt affirmatio, quæ componitur ex nomine, & verbo. Facit autem mentionem solum de affirmatione, & non de negatione, quia negatio secundum vocem superaddit affirmationi. vnde si pars orationis propter sui simplicitatem non significat aliquid, vt affirmatio, multo minus vt negatio. Sed contra hanc definitionem Aspasmus obiicit, quod videtur non omnibus partibus orationis conuenire. Sunt enim quædam orationes, quarum partes significant aliquid vt affirmatio, vt puta, si Sol lucet super terram, dies est, & sic de multis. Et ad hoc respondet Porphyrius, quod in quocunq; genere inuenitur prius & posterius, debet de his quod prius est. Sicut cum datur definitio alicuius speciei, puta hois, intelligit definitio de eo quod est in actu, non de eo quod est in potentia, & ideo quæ in genere ofonis prius est oratio simplex, inde est, quod Aristot. prius definiuit orationem simplicem. Vel potest dici secundum Alex. & Amonium, quod hic definitur oratio in communi. Vnde debet poni in hac definitione, id quod est commune orationi simplici & compositæ. Habere autem partes significantes aliquid, vt affirmatio, hoc solum competit orationi compositæ: sed habere partes si-

LECTIO VI.

Ratio est vox significatiua, cuius partium aliqua separata significat, ut dictio, sed non affirmatio, vel negatio.

Homo nanque significat quidem aliquid, at non esse, aut non esse, sed erit affirmatio, aut negatio, si aliquid ipsi addideris.

Vna vero syllaba hominis nihil significat. Nec enim hac in dictione musica, mu, significat aliquid, sed vox tantum est: in compositis autem significat quidem, sed non per se, vt antea diximus.

daretur solum de oratione perfecta, eo quod partes non videntur esse nisi alicuius perfecti, sicut omnes partes domus referuntur ad domum: & ideo secundum ipsum sola oratio perfecta habet partes significatiuas. Sed tamen hic decipiebatur, quia quamuis omnes partes referantur ad totum perfectum, quædam tamen partes referuntur ad ipsum immediate, sicut paries & testum ad domum, & membra organica ad animal: quædam vero mediantibus partibus principalibus quarum sunt partes, sicut lapides referuntur ad domum mediante pariete, nerui autem & ossa ad animal mediantibus membris organicis, sicut manus, & pedes, & huiusmodi. Sic ergo omnes partes orationis principaliter referuntur ad orationem perfectam, cuius pars est oratio imperfecta, quæ etiam ipsa habet partes significantes. Vnde ista definitio conuenit tam orationi perfectæ, quam imperfectæ. Deinde cum dicit.

b Exponit propositam definitionem. Et primo manifestat uerum esse quod dicitur. Secundo excludit falsum intellectum, ibi. { Sed non vna hominis syllaba. } Exponit ergo quod dixerat aliquid partium orationis esse significatiuum, sicut hoc nomen homo, quod est pars orationis, significat aliquid, sed non significat vt affirmatio, aut negatio, quia non significat esse vel non esse. Et hoc dico non in actu, sed solum in potentia. Potest enim aliquid addi, per cuius additionem fit affirmatio, vel negatio, scilicet si addatur ei verbum. Deinde cum dicit.

c Excludit falsum intellectum, & posset hoc referri ad immediate dictum, vt sit sensus, quod nomen erit affirmatio & negatio, si quid ei addatur, sed non si addatur ei vna nominis syllaba. Sed quia huic sensui non conueniunt verba sequentia: oportet quod referatur ad id, quod supra dictum est in definitione orationis, scilicet quod aliquid partium eius sit significatiuum separatim. Sed quia pars alicuius totius dicitur proprie illud, quod immediate venit ad constitutionem totius, non autem pars partis, ideo hoc non intelligendum est de partibus nominis vel uerbi, quæ sunt syllabæ vel literæ. Et ideo dicitur, quod pars orationis est significatiua separata, non tamen talis pars, quæ est vna nominis syllaba. Et hoc manifestat in syllabis, quæ quandoq; possunt esse dictiones per se significantes: sicut hoc quod dico rex, quandoq; est vna dictio per se significans: in quantum vero accipitur vt vna quædam syllaba huius nominis Sorex foricis, non significat aliquid per se, sed est vox sola. Dicitio enim quædam est composita ex pluribus vocibus, tamen in significando habet simplicitatem, in quantum scilicet significat simplicem intellectum. Et ideo in quantum est vox composita, potest habere partem quæ est rex, in quantum autem est simplex in significando, non potest habere partem significantem. Vnde syllabæ quidem sunt voces, sed non sunt voces per se significantes. Sciendum tamen, quod in nominibus compositis, quæ imponuntur ad significandum rem simplicem ex aliquo intellectu composito, partes secundum apparentiam aliquid

lec. 1.

lec. 4.

quid significant, licet non secundum veritatem. Et ideo subdit quod in duplicibus, id est in nominibus compositis, syllabæ quæ possunt esse dictiones, in compositione nominis videntes, significant aliquid, scilicet in ipso composito: & secundum quod sunt dictiones, non autem significant per se prout sunt huiusmodi nominis partes: sed eo modo, sicut supra dictum est. Deinde cum dicitur.

d Est autem oratio omnis quidem significatiua non sicut instrumentum, sed, quemadmodum dictum est, secundum placitum.

LECTIO VII.

Nunciatiua vero non omnis, sed illa, in qua verum, vel falsum est.

b Non autem omnibus inest, ut deprecatio oratio quidem est, sed neque vera, neque falsa.

c Cæteræ igitur relinquuntur: rhetoricæ enim vel poetice conuenientior est consideratio. Enunciatiua vero presentis speculationis est.

qui est usus instrumenti: usus autem orationis, sicut & omnis vocis significatiue est significare conceptum intellectus: duæ autem sunt operationes intellectus, in quarum vna non inuenitur veritas, & falsitas, in alia autem inuenitur verum, & falsum. Et ideo orationem enunciatiuam definitur ex significatione veri, & falsi, dicens, quod non omnis oratio est enunciatiua, sed in qua verum vel falsum est. Vbi considerandum est, quod Aristoteles mirabili breuitate usus, & diuisione orationis innuit in hoc quod dicit, non omnis oratio est enunciatiua, & definitionem in hoc quod dicit, sed in qua verum vel falsum est: ut intelligatur quod hæc sit definitio enunciationis, Enunciatio est oratio, in qua verum vel falsum est. Dicitur autem in enunciatione esse verum vel falsum, sicut in signo intellectus veri vel falsi: sed sicur i subiecto est verum vel falsum in mente, ut dicitur in Sexto Metaphysicæ, in re autem sicut in causa: quia ut dicitur in libro Predicamentorum, ab eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est. Deinde cum dicitur.

At vero omnis oratio significatiua quidem est, at non ut instrumentum, sed ex instituto, quemadmodum dicimus.

LECTIO VII.

Non omnis autem enunciatiua, sed ea tantum, quæ vera est aut falsa.

Quod quidem non omnibus orationibus competit. Nam sit quidem oratio cum quispiam optat, non tamen vera est, aut falsa.

Orationes igitur cæteræ omittantur: ad oratoriam enim artem, aut Poësim illarum magis consideratio pertinet. Enunciatiua vero presentis est proprie contemplationis.

te, ut dicitur in Sexto Metaphysicæ, in re autem sicut in causa: quia ut dicitur in libro Predicamentorum, ab eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est. Deinde cum dicitur.

b Ostendit, quod per hanc definitionem enunciationis differat ab alijs orationibus. Et quidem de orationibus imperfectis manifestum est, quod non significant verum vel falsum, quia cum non faciant perfectum sensum in animo auditoris, manifestum est, quod perfecte non exprimunt iudicium rationis, in quo consistit verum vel falsum. His igitur prætermisissis, sciendum est, quod perfecte orationis, quæ complet sententiam, quinq; sunt species, videlicet Enunciatiua, Deprecatia, Imperatiua, Interrogatiua, & Vocatiua. Non tamen intelligendum est, quod solum nomen vocatiui casus sit vocatiua oratio: quia oportet aliquid partium orationis significare aliquid separatim, sicut supra dictum est, sed per vocatiuum prouocatur, siue excitatur animus audientis ad attendendum, non autem est vocatiua oratio nisi plura coniungantur, ut cum dico, o bone Petre. Harum autem orationum, sola enunciatiua est, in qua inuenitur verum, & falsum, quia ipsa sola absolute significat conceptum intellectus, in quo est verum, vel falsum. Sed quia intellectus, non soluma concipit in seipso veritatem rei tantum, sed et ad eius officium pertinet secundum suum conceptum alia dirigere & ordinare, ideo necesse fuit quod sicut per enunciatiuam orationem significatur ipse mentis conceptus, ita etiam essent aliquæ aliæ orationes si significantes ordinem rationis, secundum quam alia diriguntur. Dirigitur autem ex ratione vnus hominis alius homo ad tria. Primo quidem, ad attendendum mente, & ad hoc pertinet vocatiua oratio. Secundo, ad respondendum voce, & ad hoc pertinet interrogatiua. Tertio, ad exequendum in opere, & ad hoc pertinet quantum ad inferiores oratio imperatiua, quantum autem ad superiores oratio deprecatia, ad quam reditur oratio optatiua: quia respectu superioris, homo non habet vim motiuam, nisi per expressionem sui desiderij. Quia igitur ista quatuor orationis species non significant ipsum conceptum intellectus, in quo est verum vel falsum, sed quandam ordinem ad hoc consequentem, inde est, quod in nulla earum inuenitur verum vel falsum, sed solum in enunciatiua, quæ significat id quod de rebus concipitur. Et inde est, quod omnes modi orationum, in quibus inuenitur verum vel falsum, sub enunciatione continentur: quam quidam dicunt indicatiuam, vel suppositiuam. Dubitatiua autem ad interrogatiuam reducitur, sicut & optatiua ad deprecatiuam. Deinde cum dicitur.

c Ostendit, quod de sola enunciatiua est agendum, & dicitur quod aliæ quatuor orationis species sunt relinquendæ, quantum pertinet ad presentem intentionem: quia earum consideratio conuenientior est Rhetoricæ vel Poeticæ scientiæ. Sed enunciatiua oratio presentis considerationis est. Cuius ratio est, quia consideratio huius libri directe ordinatur ad scientiam demonstratiuam, in qua animus hominis per rationem inducitur ad consentiendum vero, ex his quæ sunt propria rei. & ideo demonstrator

Lec. 4.

Lectio. 2. & c. 4. & 6.

Lec. 7. Lec. 8.

Lec. 2.

Lec. præc.

trator non videtur ad suum finem nisi enuciatiuis orationibus, A significantibus res secundum quod earum veritas est in anima. Sed Rhetor, & Poeta ducunt ad assentiendum ei quod intendunt, non solum per ea quæ sunt propria rei, sed etiam per dispositiones audientis. Vnde Rhetores, & Poeta plerumque mouent auditores in vnum, prouocando eos ad aliquas passiones, ut Philosophus dicit in sua Rhetorica. Et ideo consideratio dictarum specierum orationis, quæ pertinet ad ordinationem audientis in aliquid, cadit proprie sub consideratione Rhetoricæ, vel Poeticæ ratione sui significati: ad considerationem autem Grammatici, prout consideratur in eis congrua vocum constructio.

LECTIO VIII.

ST autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, alia vero omnes, coniunctione vnæ.

b Necessè est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse, vel casu verbi, etenim hominis ratio, si non est, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiusmodi addatur, nondum est oratio enunciatiua.

c Quare autem vnum quoddam est, & non multa, animal gressibile bipes, neque enim in eo

Rostquam Philosophus definiuit enunciationem, hic diuidit eam. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponit diuisionem, in secunda manifestat eam, ibi. Necessè est autem. Circa primum considerandum est, quod Aristoteles sub breuiloquio duas diuisiones enunciationis ponit. Quarum vna est, quod enunciationis quædam est vna simplex, quædam est coniunctione vnæ. Sicut etiam in rebus quæ sunt extra animam, aliquid est vnum simplex, sicut indiuisibile vel continuum, aliquid est vnum colligatione, aut compositione, aut ordine. Quia enim ens & vnum conuertuntur, necesse est sicut omnem rem, ita & omnem enunciationem aequaliter esse vnæ. Alia vero subdiuisio enunciationis est, quod si enunciationis sit vna, aut est affirmatiua, aut negatiua. Enunciatio autem affirmatiua, prior est negatiua, triplici ratione, secundum tria quæ supra posita sunt: vbi dictum est, quod vox est signum intellectus, & intellectus est signum rei. Ex parte igitur vocis, affirmatiua est prior negatiua, quia est simplicior: negatiua, n. enunciationis addit supra affirmatiua, particulam negatiua. Ex parte autem intellectus etiam affirmatiua enunciationis, quæ significat compositionem intellectus, est prior negatiua, quæ significat diuisionem eiusdem: diuisio, n. naturaliter posterior est compositioni, n. non est diuisio nisi compositionis, sicut non est corruptio, nisi generatorum. Ex parte autem rei affirmatiua enunciationis quæ significat esse, prior est negatiua quæ significat non esse: sicut habitus naturaliter prior est priuatione. Dicit ergo, quod oratio enunciatiua vna, & prima est affirmatiua. i. affirmatiua enunciationis. Et contra hoc quod dixerat prima, subdit. Deinde negatio. i. negatiua oratio, quia est posterior affirmatiua, ut dictum est. Contra id autem quod dixerat vna simpliciter, subdit. Quædam alia sunt vnæ non simpliciter, sed coniunctione vnæ. Ex hoc autem quod hic dicitur, argumentatur Alexander, quod diuisio enunciationis in affirmationem, & negationem non est diuisio generis in species, sed diuisio nominis multiplicis in sua significata. Genus, n. vniuoce predicatur de suis speciebus, non secundum prius, & posterius. Vnde Aristoteles noluit quod ens esset genus commune omnium, quia per prius predicatur de substantia, quam de noue generibus accidentium: sed enunciatio predicatur semper prius & posterius de affirmatione, & negatione, ut videtur per hoc, quod dicitur, & deinde, ergo &c. Sed dicendum, quod vnum diuidentium aliquod commune potest esse prius altero dupliciter. vno modo secundum proprias rationes, aut naturas diuidentium, alio modo secundum participationem rationis illius communis quod in ea diuiditur. Primum autem non tollit vniuoocationem generis, ut manifestum est in numeris, in quibus binarius secundum rationem propriam prior est ternario: sed tamen equaliter participant rationem generis sui, scilicet numeri: ita enim est ternarius multitudo mensurata per vnum, sicut & binarius. Sed secundum impedit vniuoocationem generis. Et propter hoc, ens non potest esse genus substantiæ, & accidentis: quia in ipsa ratione entis, substantia, quæ est ens per se, prioritatem habet respectu accidentis quod est ens per aliud, & in alio. sic ergo affirmatio prior est negatione secundum propriam rationem, tamen equaliter participant rationem enunciationis quam supra posuit, videlicet

quod enunciatio est oratio, in qua verum vel falsum est. Deinde cum dicitur.

LECTIO VIII.

ST itaq; una prima enunciatiua oratio affirmatio, deinde negatio. Cæteræ uero omnes, coniunctione sunt vnæ.

b Necessè est autem enunciatiuam omnem orationem ex verbo, aut casu verbi constare. Etenim ipsa hominis ratio, nisi est, vel erat, vel erit, aut aliquid tale addideris, nondum est enunciatiua sanc oratio.

c Quia unum quid est, & non multa, animal gressibile bipes, non enim quia partibus coniunctis pronuncia-

tium. Manifestat autem quod dixerat hoc, quod non solum nomen vnum sine verbo non facit orationem perfectam enunciatiuam, sed nec etiam oratio imperfecta. Definitio enim oratio quædam est, & tamen si ad rationem hominis, id est definitionem non addatur est, quod est verbum, vel fuit, vel erit, vel casus verbi, aut aliquid huiusmodi aliud, id est aliquid aliud verbum, seu casus verbi, nondum est oratio enunciatiua. Potest autem esse dubitatio cum enunciatio constet ex nomine, & verbo, quare non facit mentionem de nomine, sicut de verbo? Ad hoc tripliciter respondere potest. Vno modo, quia nulla oratio enunciatiua inuenitur sine verbo vel casu verbi: inuenitur autem enunciationis sine nomine, puta cum nos utimur infinitiuis verborum loco nominum, ut cum dicitur: currere est moueri. Secundo, & melius, quia, sicut supra dictum est, uerbum est notae eorum quæ de altero prædicantur. Prædicatum autem est principali pars enunciationis, eo quod est pars formalis & completiua ipsius. Vnde vocatur apud grecos propositio categorica, id est prædicatiua. Denominatio autem sit a forma, quæ dat speciem rei. Et ideo fecit mentionem de verbo tanquam de principali, & formaliori. Cuius signum est, quia enunciatio categorica dicitur affirmatiua uel negatiua ratione uerbi, quod affirmatur uel negatur, sicut conditionalis dicitur affirmatiua uel negatiua, eo quod affirmatur uel negatur coniunctio, quia denominatur. Tertio potest dici adhuc melius, quod non erat intentio Aristoteles ostendere, quod nomen uel uerbum non sufficient ad enunciationem complendam: hoc enim supra manifestauit, tã de nomine, quàm de uerbo. Sed quia dixerat quod quædam enunciationis est vna simpliciter, quædam autem coniunctione vnæ: potest aliquid dicere, quod illa quæ est vna simpliciter, careret omni compositione: sed ipse hoc excludit per hoc, quod in omni enunciatione oportet esse uerbum, quod importat compositionem, quam non est intelligere sine compositione, sicut supra dictum est. Nomen autem non importat compositionem, & ideo non exigit præsens intentionem, ut de nomine faceret mentionem, sed solum de uerbo. Secundo ibi.

Lect. 5.

Lect. 12. & com. 14. Lect. 3. & com. 10.

Ostquam Philosophus determinauit de principiis enunciationis, hic incipit determinare de ipsa enunciatione. Et diuiditur pars hæc in duas, quia in prima determinat de enunciatione absolute, in secunda de diuersitate enunciationum, quæ prouenit secundum ea quæ simplici enunciatione adduntur: & hoc in Secundo libro, ibi. Quoniam autem est enunciatio de aliquo affirmatio. Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima definit enunciationem, in secunda diuidit eam, ibi. Est autem vna prima oratio. In tertia agit de oppositione partium eius ad inuicem, ibi. Quoniam autem est enunciare &c. Circa primum tria facit. Primo, ponit definitionem enunciationis. Secundo, ostendit quod per hanc definitionem differat enunciatio ab alijs speciebus orationis, ibi. Non autem in omnibus &c. Tertio ostendit, quod de sola enunciatiua est tractandum, ibi. Et cæteræ quidem relinquuntur. Circa primum considerandum, quod oratio, quamuis non sit instrumentum alicuius virtutis naturaliter operantis, est tamen instrumentum rationis, ut supra dictum est. Omne autem instrumentum oportet definiri ex suo fine, ut

Lec. vltima & com. 8. In post præ di.

I

K

ostendit aliud quod est necessarium ad manifestationem propositi, scilicet, quod hoc quod dico animal gressibile bipes, quæ est definitio hominis, est unum, & non multa. Et eadem ratio est de omnibus definitionibus. Et huiusmodi rationem assignare, dicit esse alterius negotij. Pertinet enim ad Metaphysicum; ut in 7. & in 8. Metaph. ratio huius assignatur, quia scilicet differentia aduenit generi non per accidens, sed per se tanquam determinatiua ipsius, per modum quo materia determinatur per formam. Nam a materia sumitur genus, a forma autem differentia. Vnde sicut ex forma, & materia fit uere unum, & non multa, ita ex genere, & differentia. Excludit autem quandam dubitationem huius unitatis, quam quis posset suspicari, ut scilicet, de finitio dicitur unum, quia partes eius sunt propinquæ, id est sine aliqua interpositione coniunctionis uel motus. Et quidem non interruptio locutionis necessaria est ad unitatem definitionis, quia si interponeretur coniunctio partibus definitionis, iam secunda non determinaret primam, sed significaretur ut actus unius in locutione: & ideo idem operatur interpositio motus, quæ utuntur

vtuntur Rethores loco coniunctionis, Vnde ad unitatem defini-

tionis requiritur, quod partes eius proferantur sine coniunctio-

ne, & interpolatione: quia etiam in re naturali, cuius est de-

finio, nihil cadit medium inter materiam & formam: sed pre-

dicta no interruptio non sufficit ad unitatem definitionis, quia

contingit etiam hac continuatam pro-

lationis seruari i his que non sunt sim-

pliciter vnum, sed per accidens, vt si di-

ca, homo albus mu-

ficus. Sic igitur Ari-

stor. valde subtiliter

manifestauit quod absoluta vnitas enu-

ciationis, non inter-

rumpitur, neque per compositionem qua

importat. verbum, neq; per multitudine

nominum, ex quibus constat defini-

tio. Et est eadem ratio vtrobiq; , nam

predicatum comparatur ad subiectum,

vt forma ad materiam, & similiter differentia ad genus: ex

materia autem, & forma fit vnum simpliciter. Deinde cum dicit.

Accedit ad manifestandam predictam diuisionem. Et primo,

manifestat ipsum commune quod diuiditur, quod est enun-

ciatio vna. Secundo, manifestat partes diuisionis secundum pro-

prias rationes, ibi { harum autem hac simplex & c. } Circa primum

duo facit. Primo manifestat ipsam diuisionem. Secundo,

concludit quod ab vtroque membro diuisionis nome & verbu

excluduntur, ibi (nomen ergo & verbum.) Opponitur autem

vnitati pluralitas: & ideo enunciationis vnitatem manifestat

per modum pluralitatis. Dicit ergo primo, quod enunciatio

dicitur vel vna absolute, scilicet que vnum de vno significat,

vel secundum quid, scilicet que est coniunctio vna. Per oppositum

autem est intelligendum, quod enunciationes plures sunt, vel ex eo

quod plura significant, & non vnum; & hęc opponitur primo modo vnitatis:

vel ex eo quod abiq; coniunctione proferuntur, & tales opponuntur secundo modo vnitatis:

Circa quod considerandum est secundum Boethum, quod vnitas,

& pluralitas orationis potest referri ad significatum: simplex autem,

& compositum quod, scilicet que vnitas vnitatis, & non plures.

Et ideo addit { & non vnum. } Sed melius est vt dicatur hoc esse

additum propter definitionem, que multa significat que sunt vnum:

& hic modus pluralitatis opponitur primo modo vnitatis.

Secundus modus pluralitatis est, quando non solum enunciationes

plura significant, sed etiam illa plura nullatenus coniunguntur,

& hic modus pluralitatis opponitur secundo modo vnitatis,

& secundum hoc patet quod secundus modus vnitatis, non

opponitur primo modo pluralitatis. Ea autem que non sunt

opposita, possunt simul esse. Vnde manifestum est, enunciatio-

nem que est vna coniunctio, esse etiam plures: plures inquantum

significat plura, & non vnum. Secundum autem hoc, possumus

accipere tres modos enunciationis. Nam quedam est simpliciter

vna, inquantum vnum significat, quedam est simpliciter plures,

inquantum plura significat, sed est vna secundum quid, inquantum

est coniunctio vna. Quedam sunt simpliciter plures, que neq;

significant vnum, neque coniunctione aliqua vniantur. Ideo au-

tem Arist. quatuor ponit, & non solum tria, quia quandoq;

est enunciatio plures, quia plura significat, non tamen coniunctio

vna, puta si ponatur ibi nomen. multa significans. Deinde cum dicit.

Excludit ab vnitate orationis nomen & verbum. Dixerat enim

quod enunciatio vna est, que vnum significat: postea enim

aliquis intelligere, quod sic significaret sicut nomen, & verbum

vnum significat. Et ideo ad hoc excludendum subdit. { Nomen ergo,

& verbum dictio fit sola: } ita dictio fit, quod non enunciatio.

Et videtur ex modo loquendi quod ipse imposuerit hoc nomen

ad significandum partes enunciationis. Quod autem nomen &

verbum dictio fit sola, manifestat per hoc, quod non potest dici

quod ille enunciat, qui sic aliquid significat voce, sicut nomen,

vel verbum significat. Et ad hoc manifestandum inuuit duos

modos vtendi enunciatioe. Quandoq; enim vtimur ipsa quasi

ad interrogata respondentes, puta si queratur: quis sit in scholis?

respondemus, magister. Quandoq; autem vtimur ea propria

sponte nullo interrogante, sicut cum dicimus: Petrus currit.

Dicit ergo, quod ille qui significat aliquid vnum nomine vel

verbo, non enunciat: vel sicut ille qui respondet aliquo interrogante,

vel sicut ille qui profert enunciatioem non aliquo interrogante,

sed ipso proferente sponte. Introduxit autem hoc, quia nomen

vel verbum simplex, quando respondetur ad interrogatorem,

videtur verum vel falsum significare: quod est proprium enunciatio-

nis. Sed non competit nomen vel verbo, nisi secundum quod

intelligitur coniunctum cum alia parte proposita in interrogat-

ione. Vt si querenti: quis legit in scholis? respondeatur, Magister,

intelligitur ibi legit. Si ergo ille qui enunciat aliquid nomine

vel verbo non enunciat, manifestum est quod enunciatio non sic

nomine vel verbo significatur, sicut nomen vel verbum significat.

Hoc aut inducit sicut conclusionem eius quod supra premissit

Neceffe est omnem orationem enunciatuam ex verbo esse uel ex

Lec. pæc.

Lec. pæc.

Lec. 2.

Lec. 13.

Lec. 12.

Lec. 10.

Lec. pæc.

Mani-

est albus. Quarto modo, cum enunciatum aliquid non esse quod in re est, quod pertinet ad negationem falsam, ut cum dicitur, Nix no est alba.

mare, quare manifestum est, quoniam omni affirmationi negatio est opposita: & omni negationi affirmatio.

b Et sic hoc contradictio, affirmatio & negatio opposita.

c Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem aequiuoce, & quacunq; cetera talium determinauimus contra sophisticas importunitates.

LECTIO X.



Voniã aut sunt hec quidẽ rerũ vniuersalia, illa vero singularia: Dico aut vniuersale, qđ de pluribus natũ est predicari, singulare vero quod nõ, vt homo quidẽ vniuersale est, Plato vero eorum, quã singularia sunt.

Nam cum dicitur, coruus est albus, significatur quod non est esse, quamuis ipse coruus sit res existens. Et sicut quatuor differentie enunciationum inveniuntur, in quibus ponitur verbum presentis temporis, ita etiam inueniuntur enunciationibus in quibus ponuntur verba preteriti vel futuri temporis.

Deinde cum dicit.

b Manifestat quã sit absoluta oppositio affirmationis & negationis. Et primo manifestat eam per nomen: Secundo, per definitionem. Ibi, Dico autem. Dicit ergo primo, quod cum cuiuslibet affirmationi opponatur negatio, & conuerso, oppositio in se imponatur nomen hoc, quod dicatur contradictio.

c Definit contradictionem. Quia vero, vt dictum est, contradictio est oppositio affirmationis & negationis, illa requiruntur ad contradictionem, quã requiruntur ad oppositionem affirmationis & negationis. Oportet autem opposita esse circa idem, & quia enunciatum constituitur ex subiecto & predicato, requiritur ad contradictionem primo quidem, quod affirmatio & negatio sint eiusdem predicati. si enim dicatur, Plato currit & non disputat: non est contradictio. Secundo requiritur, quod sint de eodem subiecto. si enim dicatur, Sortes currit, & Plato non currit & non disputat: non est contradictio.

Lec. 8.

Lec. 8.

quã vnũ de uno significat. & ideo subdit, non autem aequiuoce. id est, non sufficit idẽtas nominis cum diuersitate rei, quã facit aequiuocationem. Sunt autem & quãdam alia in contradictione obseruanda, ad hoc quod omnis diuersitas, quã est affirmationis & negationis habeatur. non enim esset contradictio, si non omnino idẽ negaret negatio, quã affirmatio affirmaret. Hęc autem diuersitas potest secundum quatuor considerari.

Quare patet cuilibet affirmationi negationem, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam.

Atque hoc fit contradictio, affirmatio inquam & negatio, quã opponuntur.

Opponi autem eam dico, quã eiusdem de eodem & non aequiuoce, & quacunq; alia determinauimus ad Sophistarum molestias euitandas.

LECTIO X.



Vm autem rerum alia sint vniuersales, alia particulares: Atque vniuersale dico quod de pluribus aptum est predicari, quale est homo: singulare autem id quod illam legem subire nequit, quale est Callias.

Quarto, si sit diuersitas ex habitudine ad aliquod extrinsecum, puta si dicatur, decem homines esse plures quo ad domum, nõ autem quo ad forum. Et hęc omnia designantur cum subditur: Et quacunq; cetera talium determinauimus. Id est de genere re conuenimus in disputationibus contra sophisticas importunitates, id est contra importunas & liugiosas oppositiones Sophistarum, de quibus plenius facit mentionem in Primo Elenchorum.

LECTIO DECIMA.



Via Philosophus dixerat oppositionem affirmationis & negationis esse contradictionem, quã est eiusdem de eodem, consequenter intendit distinguere diuersas oppositiones affirmationis & negationis, vt cognoscatur quã sit vera contradictio. Et circa hoc duo facit. Primo, prãmittenit quandam diuisionem enunciationum, necessariam ad prædictam differentiam oppositionum assignandã. Secundo, manifestat propositum, ibi, Si ergo vniuersaliter. Prãmittenit autem diuisionem enunciationum quã sumitur ex parte subiecti. Vnde circa primum duo facit. Primo, diuidit subiectum enunciationum. Secundo, concludit diuisionem enunciationum, ibi, Neceffe est enuciare. Subiectum autem enunciationis est nomen vel aliquid loco nominis sumptum. Nomen autem est vox significatiua ad placitum simplicis intellectus, quod est similitudo rei: & ideo subiectum enunciationis distinguit per diuisionem rerum, & dicit, quod rerũ quãdam sunt vniuersalia, quãdam sunt singularia.

Manifestat autem membra diuisionis dupliciter. Primo quidem per diffinitionem, quia vniuersale est quod est aptum natum de pluribus predicari, singulare vero quod non est aptum natum predicari de pluribus, sed de vno solo. Secundo, manifestat per exemplum cum subdit, quod homo est vniuersale, Plato autem singulare. Accidit autem dubitatio circa hanc diuisionem, quia sicut probat Philosophus in 7. Metã. Vniuersale non est aliquid extra res existens. Item, in predicamento dicitur, quod secundæ substantiæ non sunt nisi in primis, quã sunt singularia. Non ergo videtur esse conueniens diuisio rerum per vniuersalia & singularia: quia nullã res videntur esse vniuersales, sed omnes sunt singulares. Dicendum est, quod hic diuiduntur res secundum quod significantur per nomina, quã subiiciuntur enunciationibus: dicitur enim supra, quod nomina non significant res nisi mediante intellectu: & ideo oportet quod diuisio ista rerum accipiatur secundum quod cadit in intellectu, ea vero quã sunt coniuncta in rebus, intellectus potest distinguere, quando vnũ eorum non cadit in ratione alterius

Lec. 14. com. 3.

Lec. 14.

terius, in qualibet autem re singulari est considerare aliquid quod sit illi proprium, in quantum est hæc res, sicut Sorti vel Platoni in quantum est hic homo, & aliquid est considerare in eo, in quo conuenit cum alijs quibusdam rebus, sicut quod Sortes est animal, aut homo, aut rationale, aut risibile, aut albus.

Quando igitur res denominatur ab eo quod conuenit illi soli rei, in quantum est hæc res, hoc nomen dicitur significare aliquid singulare, quod autem denominatur res ab eo quod est commune sibi & multis alijs, nomen huiusmodi dicitur significare vniuersale, quia significat nomen huiusmodi naturam siue dispositionem aliquam, quã est communis multis. Quia igitur hanc diuisionem dedit de rebus non absolute secundum quod sunt extra animam, sed secundum quod referuntur ad intellectum, non dffinit vniuersale & singulare secundum aliquid quod pertinet ad rem, puta si diceret, quod vniuersale extra animam, quod pertinet ad opinionem Platonis, sed per actum animæ intellectus, qui est predicari de multis vel de vno solo. Est autem considerandum, quod intellectus apprehendit rem intellectam secundum propriam essentiam, seu diffinitionem: vnde & in 3. de Anima dicit quod obiectum proprium intellectus est quod quid est. Contingit autem quando quod propria ratio alicuius formæ intellectæ non repugnat ei quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur ab aliquo alio, siue sit aliquid accidentaliter adueniens, puta si omnibus hominibus morientibus vnus solus remaneret, siue fit propter conditionem naturæ, sicut est vnus tantum sol, non quod repugnet rationi solari esse in pluribus secundum conditionem formæ ipsius, sed quia non est alia materia susceptiua talis formæ, & ideo non dicit quod vniuersale est quod predicatur de pluribus, sed quod aptum natum est predicari de pluribus. Cũ autem omnis forma, quã nata est recipi in materia quantum est de se, communicabilis sit multis materijs, dupliciter potest contingere quod id quod significatur per nomen, non sit aptum natum predicari de pluribus. Vno modo quod nomen significat formam secundum quod terminata est ad hanc materiam, sicut hoc nomen Sortes vel Plato, quod significat naturam humanã prout est in hac materia. Alio modo, secundum quod nomen significat formam, quã non est nata in materiã recipi, vnde oportet quod per se remaneat vna & singularis, sicut albedo, si esset forma non existens in materia, esset vna sola, vnde esset singularis: & propter hoc Philosophus dicit in 7. Metã. quod si essent species rerum separatæ, sicut posuit Plato, essent indiuidua. Potest autem obijci, quod hoc nomen Sortes vel Plato, est natum de pluribus predicari, quia nihil prohibet multos esse, qui vocentur hoc nomine. Sed ad hoc patet responsio, si attendantur verba Arist. Ipse enim non diuisit nomina in vniuersale & particulare, sed res. Et ideo intelligendum est, quod vniuersale non solum dicitur quando nomen potest de pluribus predicari, sed etiam quando id, quod significatur per nomen, est natum in pluribus inueniri, hoc autem non contingit in prædictis nominibus, nam hoc nomen Sortes, vel Plato, significat naturam humanam secundum quod est in hac materia. Si vero hoc nomen imponatur alteri homini, significabit aliud: & propter hoc non esset vniuersale, sed aequiuocum. Deinde cũ dicitur, b Concludit diuisionem enunciationis, quia enim semper enunciatum aliquid de aliquo, rerum autem quãdam sunt vniuersalia, quãdam singularia, necesse est quod quando quod enuncietur aliquid inesse vel non inesse alicui vniuersalium, quandoquod vero alicui singularium. Est etiam suspensua constructio vsq; hoc, & est sensus. Quia enim sunt quidam rerum &c. necesse est enuciare &c. Est autem considerandum quod de vniuersali aliquid enunciatum quatuor modis, Nam vniuersale potest vno modo considerari quasi separatam a singularibus, siue per se subsistens, vt Plato posuit, siue secundum sententiam Arist. secundum esse quod habet in intellectu, et sic potest ei aliquid attribui tripliciter. Quandoquod enim attribuitur ei aliquid sic considerato, quod pertinet ad solam operationem intellectus, vt si dicatur quod homo est prædicabile de multis, siue vniuersale, siue species. Huiusmodi enim intentiones formarum intellectus attribuens eas naturæ intellectæ, secundum quod

comparat ipsas ad res, quã sunt extra animam. Quandoquod vero attribuitur vniuersali sic considerato, quod scilicet apprehenditur ab intellectu vt vnũ, tamen id quod attribuitur ei, non pertinet ad actum intellectus, sed ad esse, quod habet naturam apprehensã in rebus, quã sunt extra animam, puta si dicatur, quod homo est dignissima creaturarum. Hoc enim conuenit naturæ humane etiam secundum quod est in singularibus. Nam quilibet homo singularis dignior est omnibus creaturis irrationalibus, sed tamen omnes homines singulares non sunt vnus homo extra animam, sed solum in acceptioe intellectus, & per hunc modum attribuitur ei predicatũ scilicet vt vni rei. Alio autem modo attribuitur aliquid vniuersali, prout est in singularibus, & hoc dupliciter. Quandoquod quidem ratione ipsius naturæ vniuersalis, puta cum attribuitur ei aliquid quod ad essentiam eius pertinet: vel quod consequitur principia essentialia, vt cum dicitur, homo est animal, vel homo est risibilis. Quandoquod autem attribuitur ei aliquid ratione singularis in quo inuenitur, puta cum attribuitur ei aliquid quod pertinet ad actionem indiuidui, vt cum dicitur, homo ambulat. Singulare autem attribuitur aliquid tripliciter, vno modo secundum quod cadit in apprehensione, vt cum dicitur, Sortes est singulare, vel prædicabilis de vno solo. Quandoquod autem ratione naturæ communis, vt cum dicitur, Sortes est animal. Quandoquod autem ratione sui ipsius, vt cum dicitur, Sortes ambulat. Totidem etiam modis negatiue variantur: quia omne quod contingit affirmare, contingit negare, vt supra dictũ est. Est autem hæc tertia diuisio enunciationis quam ponit Philosophus. Prima namque fuit quod enunciationum quãdam est vna simpliciter, quãdam vero coniunctione vna quæquidem est diuisio analogi in ea, de quibus prædicatur secundum primum, & posterius: sic enim vnũ diuiditur secundum primum simplex & per posterius in compositum. Alia vero diuisio fuit in affirmationem & negationem. Quæ quidem est diuisio generis in species, quia sumitur secundum differentiam prædicati ad quod fertur negatio, prædicatum autem est pars formalis enunciationis, & ideo huiusmodi diuisio dicitur pertinere ad qualitatem enunciationis, qualitatem inquam essentialem secundum quod differentia significat quale quid. Tertia autem est huiusmodi diuisio, quã sumitur secundum differentiam subiecti, quod prædicatur de pluribus vel de vno solo, & ideo dicitur pertinere ad quantitatem enunciationis, nam & quantitas consequitur materiam. Deinde cum dicitur, c Ostendit quomodo enunciationes diuersimode opponuntur secundum diuersitatem subiecti. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos oppositionum in ipsis enunciationibus. Secundo, ostendit quomodo diuersæ oppositiones diuersimode se habent ad verum & falsum, ibi, Quo circa, hæc quidem impossibile est. Circa primum considerandum est, quod cum vniuersale possit considerari in abstractione a singularibus, vel secundum quod est in singularibus, secundum hoc diuersimode aliquid ei attribuitur, vt supra dictum est. Ad designandum autem diuersos modos attributionis, inueniuntur quãdam dictiones, quã possunt dici determinationes vel signa, quibus designatur quod aliquid de vniuersali, hoc aut illi modo prædicetur. Sed quia non est ab omnibus communiter apprehensum, quod vniuersalia extra singularia subsistant, ideo communis vsus loquendi non habet dictiones ad designandum illum modum predicandi, prout aliquid dicitur in abstractione a singularibus. Sed Plato, qui posuit vniuersalia extra singularia subsistere, adiuuenit aliquas determinationes, quibus designaretur, quomodo aliquid attribuitur vniuersali, prout est extra singularia, & vocabat vniuersale separatam subsistens extra singularia quantum ad speciem hominis per se hominem, & similiter in alijs vniuersalibus. Sed vniuersale secundum quod est in singularibus, cadit in apprehensione hominum, & ideo adiuueniuntur quãdam dictiones ad significandum modum attributi aliquid vniuersali sic accepto, sicut autem supra dictum est; quãdoquod aliquid attribuitur vniuersali ratione ipsius naturæ vniuersalis, & ideo hoc dicitur prædicari de eo vniuersaliter, quia scilicet ei conuenit secundum totam multitudinem in qua

Sicque necesse interdum vniuersalium, interdum singularium cuiusdam aliquid inesse, vel non inesse enuciare. Sic quispiam vniuersaliter quidem de vniuersalibus enuciari competere inquam, aut nõ competere quippiam, erunt enunciationes istæ Contrariæ. Atque de vniuersalibus vniuersaliter enuciari quempiam dico hoc modo, vt est, omnis homo est albus, nullus homo est albus.

quod est in singularibus, puta si diceret, quod vniuersale extra animam, quod pertinet ad opinionem Platonis, sed per actum animæ intellectus, qui est predicari de multis vel de vno solo. Est autem considerandum, quod intellectus apprehendit rem intellectam secundum propriam essentiam, seu diffinitionem: vnde & in 3. de Anima dicit quod obiectum proprium intellectus est quod quid est. Contingit autem quando quod propria ratio alicuius formæ intellectæ non repugnat ei quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur ab aliquo alio, siue sit aliquid accidentaliter adueniens, puta si omnibus hominibus morientibus vnus solus remaneret, siue fit propter conditionem naturæ, sicut est vnus tantum sol, non quod repugnet rationi solari esse in pluribus secundum conditionem formæ ipsius, sed quia non est alia materia susceptiua talis formæ, & ideo non dicit quod vniuersale est quod predicatur de pluribus, sed quod aptum natum est predicari de pluribus. Cũ autem omnis forma, quã nata est recipi in materia quantum est de se, communicabilis sit multis materijs, dupliciter potest contingere quod id quod significatur per nomen, non sit aptum natum predicari de pluribus. Vno modo quod nomen significat formam secundum quod terminata est ad hanc materiam, sicut hoc nomen Sortes vel Plato, quod significat naturam humanã prout est in hac materia. Alio modo, secundum quod nomen significat formam, quã non est nata in materiã recipi, vnde oportet quod per se remaneat vna & singularis, sicut albedo, si esset forma non existens in materia, esset vna sola, vnde esset singularis: & propter hoc Philosophus dicit in 7. Metã. quod si essent species rerum separatæ, sicut posuit Plato, essent indiuidua. Potest autem obijci, quod hoc nomen Sortes vel Plato, est natum de pluribus predicari, quia nihil prohibet multos esse, qui vocentur hoc nomine. Sed ad hoc patet responsio, si attendantur verba Arist. Ipse enim non diuisit nomina in vniuersale & particulare, sed res. Et ideo intelligendum est, quod vniuersale non solum dicitur quando nomen potest de pluribus predicari, sed etiam quando id, quod significatur per nomen, est natum in pluribus inueniri, hoc autem non contingit in prædictis nominibus, nam hoc nomen Sortes, vel Plato, significat naturam humanam secundum quod est in hac materia. Si vero hoc nomen imponatur alteri homini, significabit aliud: & propter hoc non esset vniuersale, sed aequiuocum. Deinde cũ dicitur, b Concludit diuisionem enunciationis, quia enim semper enunciatum aliquid de aliquo, rerum autem quãdam sunt vniuersalia, quãdam singularia, necesse est quod quando quod enuncietur aliquid inesse vel non inesse alicui vniuersalium, quandoquod vero alicui singularium. Est etiam suspensua constructio vsq; hoc, & est sensus. Quia enim sunt quidam rerum &c. necesse est enuciare &c. Est autem considerandum quod de vniuersali aliquid enunciatum quatuor modis, Nam vniuersale potest vno modo considerari quasi separatam a singularibus, siue per se subsistens, vt Plato posuit, siue secundum sententiam Arist. secundum esse quod habet in intellectu, et sic potest ei aliquid attribui tripliciter. Quandoquod enim attribuitur ei aliquid sic considerato, quod pertinet ad solam operationem intellectus, vt si dicatur quod homo est prædicabile de multis, siue vniuersale, siue species. Huiusmodi enim intentiones formarum intellectus attribuens eas naturæ intellectæ, secundum quod

Lect. 9.

Lect. 11.

in qua

In qua inuenitur, & ad hoc designandum in affirmatiuis predicacionibus adiuuata est hæc dictio, Omnis, quæ designat quoddam prædicatum attribuitur subiecto vniuersali quantum ad totum id, quod sub subiecto continetur. In prædicatis autem negatiuis adiuuata est hæc dictio, Nullus, per quam significatur quoddam prædicatum remouetur a subiecto vniuersali secundum totum, id quod continetur sub eo. Vnde nullus, dicitur quasi non vllus, & in græco dicitur, vtis, quia si nec vnus, quia nec vnus solum est accipere sub subiecto vniuersali a quo prædicatum non remouetur. Quandoque autem attribuitur vniuersali aliquid vel remouetur ab eo ratione particularis, & ad hoc designandum, in affirmatiuis quidem adiuuata est hæc dictio, Aliquis, vel Quidam, per quæ designatur quoddam aliquid attribuitur subiecto vniuersali ratione ipsius particularis, vnde dicitur indiuiduū vagū. In negatiuis autem non est aliqua dictio posita, sed possumus accipere non ois, vt sicut Nullus, vniuersaliter remouetur, eo quod significat, quasi diceretur non vllus. i. non aliquis, ita et non ois particulariter remouetur, inquantū excludit vniuersalē affirmationē. Sic igitur tria sunt genera affirmatiōnū in quibus aliquid de vniuersali prædicatur. Vna quidē est in qua de vniuersali prædicatur aliquid vniuersaliter, vt cū dicitur, Omnis homo est animal. Alia in qua aliquid prædicatur de vniuersali particulariter, vt cū dicitur, Quidam homo est albus. Tertia vero est in qua aliquid de vniuersali prædicatur absque determinatione vniuersalitatis vel particularitatis, vnde hōi enūciatio solet vocari indefinita. Totidem autem sunt negationes oppositæ. De singulari autem quauis aliquid diuersa ratione prædicatur, vt supra dictum est: tū totū refertur ad singularitatem ipsius, quia etiā natura vniuersalis in ipso singulari indiuiduat, & ideo nihil refert quantū ad naturā singularitatis, vt rūr aliquid prædicatur de eo ratione vniuersalis naturæ, vt cū dicitur, Sortes est homo, vel conueniat ei ratione singularitatis. Si igitur tribus prædictis enūciationibus addatur singularis, erunt quattuor modi enūciationū ad quantitatem ipsius pertinentes. i. vniuersalis, singularis, indefinitus, & particularis. Sic igitur secundum has differentias Arist. assignat diuersas oppositiones adiuuicæ. Et primo secundum differentiam vniuersalitatis ad indefinitas. Secundo secundum differentiam vniuersalitatis ad particulares, ibi { Opponi in oppositione vniuersalitatis adiuuicæ. Secundo, de oppositione indefinitorum, ibi { Quando vero in vniuersalibus. Tertio, excludit dubitationē, ibi { In eo vero quod. Dicit ergo primo, quod si aliquis enūciat de subiecto vniuersali vniuersaliter, i. secundum continentiam suā vniuersalitatis, quoniam est, i. affirmatiue, aut non est, i. negatiue, erit cōtrariæ enūciationes, vt si dicitur, Omnis homo est albus, Nullus homo est albus. Huius autem ratio est, quia cōtraria dicuntur quæ maxime a se distant: non. n. dicitur aliquid nigrum ex hoc solum, quod non est albu, sed super hoc quod est non esse albu, quod significat communiter remotionē albi, addit nigrum extremā distantiam ab albo. Sic igitur id quod affirmatur per hanc enūciationem, Omnis homo est albus, remouetur per hanc negationem, Non omnis homo est albus. Oportet ergo quod negatio remoueat modū quo prædicatum dicitur de subiecto, quem designat hæc dictio, Omnis. Sed super hanc remotionē addit hæc enūciatio Nullus homo est albus, rotalem remotionem, quæ est extrema distantia, quod primo pertinet ad rationem contrarietatis. Et ideo conuenienter hanc oppositionem dicit contrarietatem. Deinde cum dicit.

Quando autem de vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ, Quæ autem significantur, est esse aliquando contraria.

Dico autem non vniuersaliter enūciare de his quæ sunt vniuersalia, vt est albus homo. Non est albus homo. Cum enim vniuersale sit homo, non vniuersaliter vtitur enūciatione. Omnis namque non vniuersale est, sed quoniam vniuersaliter significat.

In eo vero quod vniuersale prædicatur, id quod est vniuersale, vniuersaliter prædicari, non est verum.

Manifestat per exempla. Vbi considerandum est quod non dixerat quando in vniuersalibus particulariter, sed non vniuersaliter. Non enim intendit de particularibus enūciationibus, sed de solis indefinitis. Et hoc manifestat per exempla quæ ponuntur, dicens fieri non vniuersalem enūciationem in vniuersalibus subiectis, cum dicitur, Est albus homo, Non est albus homo. Et rationem huius expositionis ostendit, quia homo, qui subiicitur, est vniuersale, sed tamen prædicatum non vniuersaliter de eo prædicatur, quia non apponitur hæc dictio, Omnis, quæ non significat ipsum vniuersale, sed modum vniuersalitatis, prout scilicet prædicatum dicitur vniuersaliter de subiecto, & ideo addita subiecto vniuersali, semper significat quod aliquid de eo dicitur vniuersaliter. Totā autem hæc

Quando autem de vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ. Quæ autem significantur, est esse aliquando contraria.

Dico autem non vniuersaliter enūciare in his quæ sunt vniuersalia, hoc modo, Homo albus est, Homo albus non est. Homo quidem est vniuersale, at ille non vtitur vt vniuersali ipsa enūciatione. Omnis enim, non significat ipsum vniuersale, sed vniuersalis prædicacionis est nota.

Ei vero, quod vniuersaliter prædicatur, si vniuersalis prædicacionis addideris notam, enūciationem non

expositio refertur ad hoc quod dixerat. { Quando in vniuersalibus non vniuersaliter enūciatur, non sunt contrariæ. Sed hoc quod additur, { Quæ autem significantur contingit esse contraria, non est expositum, quauis obscuritatem contineat. Et ideo a diuersis diuersimode exponitur. Quidam enim hoc referre voluerunt ad contrarietatem veritatis & falsitatis, quæ competit huiusmodi enūciationibus. Contingit enim quandoque has simul esse veras, Homo est albus, & Homo non est albus, & sic non sunt contrariæ, quia contraria mutuo se tollunt. Contingit tamen quandoque vnam earum esse verā & alteram esse falsam, vt cum dicitur, Homo est animus, Homo non est animal, & sic ratione significati videntur habere quandam contrarietatem. Sed hoc non videtur ad propositam pertinere veritatem, tum quia Philosophus nondum hic loquitur de veritate & falsitate enūciationum, tum etiam quia hoc ipsum posset de particularibus enūciationibus dici. Alij vero sequentes Porphyrium, referunt hoc ad contrarietatem prædicati. Contingit enim quandoque quoddam prædicatum negatur de subiecto propter hoc quod inest ei contrarium, sicut si dicitur, Homo non est albus, quia est niger, & sic id quod significat per hoc quod dicitur, non est albus, potest esse contrarium, non tamen semper remouetur enim aliquid a subiecto, etiam si contrarium non inest, sed aliquid medium inter contraria, vt cum dicitur, Aliquis non est albus, quia pallidus, vel quia inest ei priuatio actus, vel habitus, seu potentia, vt cum dicitur, Aliquis non est videns, quia est carens potentia visuā, aut habet impedimentum ne videat, vel etiam quia non est aptus natus videre, puta si dicitur, Lapis non videt. Sic igitur illa, quæ significantur contingit esse contraria, sed ipsæ enūciationes non sunt contrariæ, quia vt in fine huius libri dicitur, non sunt contrariæ opinioniones quæ sunt de contrarijs, sicut opinio quoddam aliquid sit bonum, & illa quæ est, quod aliquid non est bonum. Sed nec hoc videtur ad propositum pertinere, quia non agit hic de contrarietate rerum vel opinionum, sed de contrarietate enūciationum: & ideo magis videtur hic sequenda expositio Alexandri, secundum quam dicendum est, quod in indefinitis enūciationibus, non determinatur vtrum prædicatum attribuitur subiecto vniuersaliter, quod faceret contrarietatem enūciationum, aut particulariter, quod non faceret contrarietatem enūciationum. Et ideo huiusmodi enūciationes indefinitæ dicuntur, secundum modum quo proferuntur, contingit tamen quandoque ratione significati eas habere contrarietatem, puta, cum attribuitur ei aliquid vniuersaliter ratione vniuersalis, quauis non apponatur signum vniuersale, vt cum dicitur, homo est animal, Homo non est animal, quia hæc enūciationes eandem habent vim ratione significati, ac si diceretur, Omnis homo est animal, Nullus homo est animal. Deinde cum dicit.

Remouet quoddam quod posset esse dubium. Quia enim posuerat quandam diuersitatem in oppositione enūciationum ex hoc, quod vniuersale sumitur a parte subiecti vniuersaliter, vel non vniuersaliter, posset aliquis credere, quod

similis diuersitas nasceretur ex parte prædicati ex hoc scilicet, A quod vniuersaliter prædicari posset, vel non vniuersaliter, & ideo ad excludendum dubitationem dicit, quod in eo quod ponitur aliquod vniuersale prædicari, quod prædicetur vniuersale vniuersaliter non est verum. Cuius quidem duplex esse potest ratio. Vna quidem, quia talis modus prædicandi videtur repugnare prædicato secundum propriam rationem quam habet in enūciatione: dictum est enim supra, quod prædicatum est quasi pars formalis enūciationis, subiectum autem est pars materialis ipsius, cum autem aliquod vniuersale sumitur secundum habitudinem quam habet ad singularia, quæ sub se continet, sicut & quæ vniuersale proferitur particulariter, sumitur se eundem habitudinem quam habet ad aliquod contentorum sub se, & sic vtraque pertinent ad materialem determinationem vniuersalis, & ideo neque si genus vniuersale, neque si particulare conuenienter additur prædicato, sed magis subiecto, conuenientius enim dicitur, Nullus homo est asinus, quam, Omnis homo est nullus asinus, & similiter conuenientius dicitur, Aliquis homo est albus, quam Homo est aliquid album. Inuenitur autem quandoque a Philosophis signum particulare appositum prædicato, ad inueniendum quoddam prædicatum est in plusquam subiectum, & hoc præcipue cum habito genere inuestigant differentias completiue speciei, sicut secundum de anima dicitur, quod Anima est actus quidam: alia vero potest accipi ex parte veritatis enūciationis, quæ ratio specialiter habet locum in affirmationibus quæ falsæ sunt significata vniuersaliter prædicantur. Et ideo manifestans id quod posuerat: subiungit, quod nulla affirmatio est in qua, scilicet vere de vniuersali prædicato vniuersaliter prædicetur, id est in qua vniuersali prædicato vtitur ad vniuersaliter prædicandum, vt si diceretur, Omnis homo est omne animal. Oportet enim secundum prædicta, quod hoc prædicatum animal, secundum singula quæ sub ipso continentur prædicaretur de singulis quæ continentur sub homine, & hoc non potest esse verū, neque si prædicatum sit plus, neque si prædicatum sit conuertibile. Oportere enim, quod quilibet vnus homo esset animalia omnia, aut omnia animalia, quæ repugnant rationi singularis, quod accipitur sub vniuersali. Nec est instantia si dicitur quod hæc est vera, Omnis homo est omnis disciplina susceptiuus. Disciplina enim non prædicatur de homine, sed susceptiuum disciplinæ, repugnat autem veritati si diceretur, Omnis homo est omne susceptiuum disciplinæ. Signum autem vniuersale negatiuum, vel particulare affirmatiuum, & si conuenientius ponantur ex parte subiecti, non tamen repugnat veritati etiam si ponantur ex parte prædicati. Contingit enim huiusmodi enūciationem in aliqua materia esse veram: hæc enim est vera, Omnis homo nullus lapis est. Et similiter hæc est vera, Omnis homo aliquod animal est. Sed hæc, Omnis homo omne animal est, in quacunque materia proferatur falsa est. Sunt autem quædam alia tales enūciationes semper falsæ, sicut ista, Aliquis homo omne animal est, & alia similes sunt semper falsæ, in omnibus enim eadem ratio est. Et ideo per hoc quod Philosophus reprobauit istam, Omnis homo omne animal est, dedit intellegere, omnes confimiles esse improbandas.

Lec. i. & cōmen. 6. & 9.

Lib. 2. Lec. vii.

Lec. ii.

L E C T I O X I.

Ostendam Philosophus determinauit de oppositione enūciationum, comparando vniuersales enūciationes ad indefinitas, hic nunc determinat de oppositione enūciationum comparando vniuersales ad particulares. Circa quod notandum est, quod potest duplex oppositio in his notari. Vna quidem vniuersalis ad particularem, & hanc primo tangit. Alia vero vniuersalis ad vniuersalem, & hanc tertio tangit secundo ibi { Contrariæ vero. } Particularis vero affirmatiua, & particularis negatiua, non habet proprie loquendo oppositionem, quia oppositio attenditur circa idem subiectum, subiectum autem particularis enūciationis est vniuersale particulariter sumptum, non pro aliquo determinato singulari, sed indeterminate pro quocunque, & ideo, cum de vniuersali particulariter sumptum aliquid affirmatur vel negatur, ipse modus enūciandi non habet quoddam affirmatio & negatio sint de eodem, quod requiritur ad oppositionem affirmationis & negationis, secundum præmissa. Dicit ergo primo, quod enūciatio, quæ vniuersale significat, i. vniuersaliter: opponitur contradictoni ei, quæ non significat vniuersaliter, sed particulariter, si vna earum sit affirmatiua, altera vero sit negatiua, siue vniuersalis sit affirmatiua, & particularis negatiua, siue e conuerso, vt cum dicitur, Omnis homo est albus, non omnis homo est albus: hoc enim quod dico, non omnis, ponitur loco signi particularis negatiue, vnde equipollet ei que est, Quidam homo non est albus, sicut & nullus, quod idem significat, ac si diceretur, non vllus vel non quidam, est signum vniuersale negatiuum. Vnde hæc duæ, quidam homo est albus, quæ est particularis affirmatiua, nullus homo est albus, quæ est vniuersalis negatiua, sunt contradictoniæ. Cuius ratio est, quia contradictoni consistit in sola remotione affirmationis per negationem. Vniuersalis autem affirmatiua remouetur per solam negationem particularis, nec aliquid aliud ex necessitate ad hoc existitur. Particularis autem affirmatiua, remoueri non potest, nisi per vniuersalem negatiuam, quia iam dictum est, quod particularis affirmatiua non proprie opponitur particulari negatiue: vnde relinquitur, quod vniuersali affirmatiuæ contradictoniæ, opponitur particularis negatiua, & particulari affirmatiuæ, vniuersalis negatiua. Deinde cum dicit.

efficies veram, nulla enim erit affirmatio vera, in qua prædicacionis nota vniuersalis ei adiungitur, quod vniuersaliter prædicatur, vt Omnis homo est omne animal.

L E C T I O X I.

Firmationem igitur, & negationem opponi contradictoniæ quidem dico, cum vniuersaliter altera, altera non vniuersaliter significat de eodem, ut Omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est, quidam homo albus est.

Contrariæ vero cum vniuersaliter utraque significat de eodem, ut Omnis homo albus est, nullus homo albus est.

Qua propter fieri quidem non potest, ut hæc simul sint veræ. At si ut his oppositæ, veræ nonnunquam sint de eodē, veluti, Non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est.

Tangit oppositionem vniuersalem enūciationum, & dicit, quod vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua sunt contrariæ sicut omnis homo est iustus, nullus homo est iustus, quia scilicet, vniuersalis non solum remouet vniuersalē affirmatiuam, sed etiam designat extremam distantiam, in quantum negat totum quod affirmatio ponit, & hoc pertinet ad rationem contrarietatis, & ideo particularis affirmatiua & negatiua se habent sicut medium inter contraria. Deinde cum dicit.

Ostendit quomodo se habeat affirmatio & negatio oppositæ ad verum & falsum. Et primo quantum ad contrarias. Secundo, quantum ad contradictonias, ibi { Quæcunque igitur contradictones. } Tertio, quantum ad ea quæ videntur cōtradiçtoria, & non sunt: ibi { Quæcunque autem in vniuersalibus. } Dicit ergo primo, quia vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua sunt contrariæ: impossibile est quod sint simul veræ. Cōtraria enim mutuo se expellunt. Sed particularis, quæ cōtradiçtorie opponitur vniuersalibus cōtrariis, potest simul verificari in eodē, sicut, Non omnis homo est albus, quæ contradictoniæ opponitur vniuersalibus cōtrariis, potest simul verificari in eodē, sicut, Non omnis homo est albus, quæ contradictoniæ opponitur

Expo. i.

opponitur huic, Omnis homo est albus, & quidam homo est albus, quæ contradiçtorie opponitur huic, Nullus homo est albus. Et huiusmodi etiam simile inuenitur in contrarietate rerum, nam album & nigrum nunquam simul esse possunt in eodem, sed remotiones albi & nigri possunt esse. Potest enim aliquid esse, neq; albu, neq; nigrum, sicut patet in eo quod est pallidum: & similiter contrariæ enunciations, nõ possunt simul esse veræ, sed earum contradiçtoriar, a quibus remouentur, simul possunt esse veræ. Deinde cum dicitur.

d Quæcunque igitur contradiçtiones vniuersalium sunt vniuersaliter, necesse est alterã esse veram, vel falsam. Et quæcunque in singularibus sunt, vt Socrates albus est, non est Socrates albus.

e Quæcunque autem vniuersalia non vniuersaliter, nõ hæc quidem semper vera est, illa vero falsa. Simul enim verum est dicere, quoniam est homo alb⁹ & non est homo albus, & quoniam est homo pulcher, & non est homo pulcher.

f Si enim fædus est, non est pulcher, & si fit aliquid, nondum est.

g Videbitur autem subito inconueniens esse. Idcirco, quoniam videtur significare nõ est homo albus simul etiam, quoniam nemo homo albus. Hoc autem neque idem significat, neque simul necessario sunt.

ria secundum se sumpta sumitur pro peiori, verum est secundum sententiam Platonis, qui non distinguebat priuationem a materia, non autem est verum secundum Arist. qui dicit in lib. Physic. quod malum & turpe & alia huiusmodi ad defectum pertinentia, non dicuntur de materia nisi per accidens. Et ideo non oportet quod indefinita semper sit pro peiori. Dato etiam, quod indefinita necesse sit sumi pro peiori, nõ oportet quod sumatur pro vniuersali negatiua, quia sicut in genere affirmationis, vniuersalis affirmatiua est potior particulari, vt pote particularis affirmatiua continens, ita etiam in genere negationum vniuersalis negatiua potior est. Oportet autem in vno quoque genere considerare id quod est potius in genere illo, non autem id, quod est potius simpliciter. Vt etiam, dato quod particularis negatiua esset potior omnibus modis, nõ tamen adhuc ratio sequeretur: nõ enim ideo indefinita affirmatiua sumitur pro particulari affirmatiua, quia sit indignior, sed quia de vniuersali potest aliquid affirmari ratione sui ipsius, vel ratione contenti sub eo. Vnde sufficit ad veritatem eius, quod prædicatum vniuersali conueniat, quod designatur per signum particulare, & ideo veritas particularis affirmatiue, sufficit ad veritatem indefinitæ affirmatiue, & simili ratione veritas particularis negatiue, sufficit ad veritatem indefinitæ negatiue, quia similiter potest aliquid negari de vniuersali vel ratione sui ipsius, vel rationis sue partis. Vtuntur autem quandoque Philosophi indefinitis negatiuis pro vniuersalibus in his, quæ per se remouentur ab vniuersalibus, sicut vtuntur indefinitis affirmatiuis pro vniuersalibus in his, quæ per se de vniuersalibus prædicantur. Deinde cum dicitur.

h At hæc quæ vniuersalia non vniuersaliter sunt, non ita se habent, vt semper altera pars ipsarum sit vera, altera falsa. Hæc nanque simul sunt veræ, homo albus est, homo albus non est, Homo probus est, homo probus non est.

i At enim absurdum illico cupiam hoc esse videtur, propterea quod hæc Homo albus non est, & nullus homo albus est, idem significare videntur. At nec idem sane significant nec sunt simul necessario uera.

f ¶ Probat propositum per id, quod est ab omnibus concessum. Omnes enim concedunt quod indefinita affirmatiua verificatur, si particularis affirmatiua sit vera. Contingit autem accipi duas affirmatiuas indefinitas, quarum vna includit negationem alterius, puta cum sunt opposita prædicata. quæ quidem oppositio potest contingere dupliciter. Vno modo secundum perfectã contrarietatem, sicut turpis. i. inhonestus, opponitur probus. i. honestus, & fædus. i. deformis secundum corpus opponitur pulchro. Sed per quam rationem ista affirmatiua est vera, homo est probus, quod a homine existente probus, per eandem rationem ista est vera, Homo est turpis, quod a homine existente turpi. Sunt ergo istæ duæ veræ simul, homo est probus, homo est turpis: sed ad hanc, homo est turpis, sequitur nõ est probus, ergo istæ duæ sunt simul veræ, Homo est probus, homo nõ est probus: & eadem ratione istæ duæ, homo est pulcher, homo nõ est pulcher. Alia autem oppositio attenditur secundum perfectũ & imperfectũ, sicut moueri opponitur ad motũ esse, & fieri ad tactum esse: vnde ad fieri sequitur nõ esse eius, quod fit in permanentibus, quorum esse est perfectum, secus autem est in successiuis quorum esse est imperfectum. Sic ergo hæc est vera, homo est albus, quodam homine existente albo, & pari ratione, quia quidam homo fit albus, hæc est vera, quidam homo fit albus: ad quam sequitur, homo non est albus, ergo istæ duæ sunt simul veræ, homo est albus, homo non est albus. Deinde cum dicitur.

g ¶ Excludit id quod faceret dubitationem circa prædicta, & dicit quod subito, id est primo aspectu, videtur hoc esse inconueniens, quod dictum est, quia hoc quod dico, homo non est albus, videtur idem significare, cum hoc quod est, nullus homo est albus. Sed ipse hoc remouet dicens, quod neque idem significant, neque ex necessitate sunt veræ, sicut ex prædictis manifestum est.

¶ Ostendit qualiter se habeat veritas & falsitas se habeant in contradiçtoris. Circa quod considerandum est, quod sicut dictum est supra, in contradiçtoris negatio non plus facit, nisi quod remouet affirmationem. Quod contingit dupliciter. Vno modo, quando est altera earum vniuersalis, altera particularis, vt supra. Alio modo, quando vtraque est singularis quia tunc negatio ex necessitate refertur ad idem, quod non contingit in particularibus, & inde finitis. Et ideo singularis affirmatiua semper contradicit singulari negatiue, supposita identitate prædicati & subiecti. Et ideo dicitur, siue accipiamus contradiçtionem vniuersalium vniuersaliter, scilicet quantum ad vnam earum, siue singularium enunciationum, semper necesse est, quod vna sit vera, & altera falsa. Neque enim contingit esse simul veras, aut simul falsas, quia verum nihil aliud est, nisi quando dicitur esse quod est, aut non esse quod non est: falsum autem, quando dicitur esse quod non est, aut non esse quod est, vt patet quarto Metaphisicorum.

Lect. 11. m. lib. 1.

Tex. c. 27.

Le. 3. lib. 1. c. 4. Le. 1. tertii lib. c. 118

LECTIO XII. Ostiam Philosophus distinxit diuersos modos oppositionum in enunciationibus, nunc intendit ostendere quod vni affirmationi vna negatio opponitur, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quod vni affirmationi, vna negatio opponitur. Secundo, ostendit quod sit vna affirmatio vel negatio: ibi ¶ Vna autem affirmatio. ¶ Circa primum tria facit. Primo, proponit quod intenditur. Secundo, manifestat propositum: ibi ¶ Hoc enim idem. ¶ Tertio, epilogat quæ dicta sunt: ibi ¶ Manifestum est ergo. ¶ Dicit ergo primo manifestum esse quod vni affirmationi est vna negatio sola, & hoc quidem fuit necessarium hic dicere, quia cum posuerit plura oppositionum genera, videbatur quod vni affirmationi duæ negationes opponerentur, sicut huic affirmatiue, Omnis homo est albus, videtur secundum prædicta hæc negatiua poni, nullus homo est albus, & hæc, quidam homo non est albus. Sed si quis recte consideret huic affirmatiue, Omnis homo est albus, negatiua est sola ista, quidam homo non est albus, quæ solum modo remouet ipsã, vt patet ex sua æquipollentia, quæ est, non omnis homo est albus. Vniuersalis vero negatiua includit quidem in suo intellectu negationem vniuersalis affirmatiue, in quantum includit particularem negatiuam, sed supra hoc aliquid addit, in quantum, scilicet importat non solum remotionem vniuersalitatis, sed remouet quamlibet partem eius, & sic patet quod sola vna est negatio vniuersalis affirmatiue & idem apparet in aliis. Deinde, cum dicitur.

¶ Manifestum est autem, quoniam vna negatio vni affirmationis est.

b Hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatiua affirmatio, & de eodem, vel de aliquo singularium, vel de aliquo vniuersalium, vel vniuersaliter, vel non vniuersaliter.

c Dico autem, vt est, Socrates est albus, non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid de eodem vel de alio, idem non opposita erit ab ea diuersa. Huic autem quæ est, Omnis homo albus est, contradicit illa, quæ est: non omnis homo albus est, illi autem quæ est, Aliquis homo albus est, illa quæ est, nullus homo albus est. Illi autem quæ est, Homo albus est, illa quæ est, homo albus non est.

d Quod igitur vna affirmatio vni negationi opponitur contradiçtorie, & quæ sunt hæc dictum est. Et quod sunt alie contrariæ, & quæ sunt hæc dictum est & quod non omnis vera vel falsa contradiçtio, & quare & quædo vera vel falsa.

e Vna autem affirmatio & negatio est, quæ vnum de vno significat, vel cum sit vniuersale vniuersaliter, vel non vniuersaliter vt. Omnis homo albus est, non omnis homo albus est,

¶ Epilogat quæ dicta sunt: & concludit manifestum esse ex prædictis, quod vni affirmationi opponitur vna negatio: & quod oppositarum affirmationum & negationum alie sunt contrariæ, alie contradiçtorie, & dictum est quæ sint vtrique; Taceret autem de subcontrariis, quia non sunt recte oppositæ, vt supra dictum est. Dicitur est etiam, quod non omnis contradiçtio est vera vel falsa, & sumitur hic large contradiçtio pro qualicumque oppositione affirmationis & negationis, nam in his quæ sunt veræ contradiçtorie, semper vna est vera, altera falsa. Quare autem in quibusdam oppositis hoc non verificetur, dictum est supra, quia scilicet, quædam non sunt contradiçtorie, sed contrariæ, quæ possunt simul esse falsæ. Contingit autem affirmationem & negationem non proprie opponi, & ideo contingit eas esse veras simul. Dicitur est autem, quod altera semper est vera, altera autem falsa, quia scilicet, in his, quæ vere sunt contradiçtorie. Deinde cum dicitur.

¶ Ostendit quæ sit affirmatio vel negatio vna, quod quidem iam supra dixerat, vbi habitum est quod vna est enunciatio, quæ vnum significat, sed quia enunciatio, in qua aliquid prædicatur de aliquo vniuersaliter, vel non vniuersaliter, multa sub se continet, intendit ostendere, quod per hoc non impedit vnitatis enunciatiois. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit

vniuersale vniuersaliter sumptum, sicut huic affirmationi. Omnis homo est albus, opponitur eius propria negatio, non omnis homo est albus, quæ æquipollent particulari negatiue. Tertio, ponit exemplum, quando affirmationis subiectum est vniuersale particulariter sumptum: & dicit quod huic affirmationi, Aliquis homo est albus, opponitur tanquam eius propria negatio, nullus homo est albus. Nã nullus dicitur, quasi non vllus, id est, nõ aliquis. Quarto, ponit exemplum quædo affirmationis subiectum est vniuersale indefinite sumptum, & dicit quod isti affirmationi, Homo est albus, opponitur tanquam propria eius negatio, illa quæ est, non homo est albus. Sed videtur hoc esse contra id, quod supra dictum est, quod negatiua indefinita verificatur simul cum indefinita affirmatiua, negatio autem non potest verificari simul cum sua opposita affirmatione, quia non contingit de eodem affirmare & negare. Sed ad hoc dicendum, quod oportet quod hic dicitur, intelligi quædo negatio ad idem refertur quod affirmatio continebat, & hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quando affirmatur aliquid inesse homini ratione sui ipsius, quod est per se de eodem prædicari, & hoc ipsum negatio negat. Alio modo, quando aliquid affirmatur de vniuersali ratione sui singularis: & pro eodem de eo negatur. Deinde cum dicitur.

¶ Atet autem, & vni affirmationis, vnam esse negationem.

Idem enim oportet negationem negare, quod affirmatiua affirmatio ipsa & ab eodem, siue singulare sit, siue vniuersale, aut vniuersaliter, aut non vniuersaliter sumptum.

¶ Quod si quippiam aliud ab eodem negauerit, aut idem ab alio, non erit hæc illi, sed alia sane opposita. Huic enim Socrates est albus, illa aduersatur profecto: Socrates non est albus, & huic, Omnis homo albus est, illa, non omnis homo albus est, & item huic, Aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est, & huic rursus, Homo albus est, illa, homo albus non est.

¶ Dicitur est igitur vnam affirmationem vni contradiçtorie opponi negationi, & quæ nam sint illæ, & contrariæ alie esse, & quæ sunt etiam illæ, & item omnis contradiçtionis alteram partem veram, alteram falsam esse. Et cur ita sit, & quando rursus vera est, aut falsa.

Ea autem una est affirmatio, & item, una negatio, quæ vnum de vno significat, siue sit, siue non sit vniuersaliter vniuersale, ut Omnis homo albus est, non omnis homo albus est. Homo albus est, homo albus

¶ Epilogat quæ dicta sunt: & concludit manifestum esse ex prædictis, quod vni affirmationi opponitur vna negatio: & quod oppositarum affirmationum & negationum alie sunt contrariæ, alie contradiçtorie, & dictum est quæ sint vtrique; Taceret autem de subcontrariis, quia non sunt recte oppositæ, vt supra dictum est. Dicitur est etiam, quod non omnis contradiçtio est vera vel falsa, & sumitur hic large contradiçtio pro qualicumque oppositione affirmationis & negationis, nam in his quæ sunt veræ contradiçtorie, semper vna est vera, altera falsa. Quare autem in quibusdam oppositis hoc non verificetur, dictum est supra, quia scilicet, quædam non sunt contradiçtorie, sed contrariæ, quæ possunt simul esse falsæ. Contingit autem affirmationem & negationem non proprie opponi, & ideo contingit eas esse veras simul. Dicitur est autem, quod altera semper est vera, altera autem falsa, quia scilicet, in his, quæ vere sunt contradiçtorie. Deinde cum dicitur.

¶ Ostendit quæ sit affirmatio vel negatio vna, quod quidem iam supra dixerat, vbi habitum est quod vna est enunciatio, quæ vnum significat, sed quia enunciatio, in qua aliquid prædicatur de aliquo vniuersaliter, vel non vniuersaliter, multa sub se continet, intendit ostendere, quod per hoc non impedit vnitatis enunciatiois. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit

Lect. 11.

Lect. 11.

Lect. 8.

quod vnitas enunciationis non impeditur per multitudinem, & que continetur sub vniuersali, cuius ratio vna est. Secundo, ostendit quod impeditur vnitas enunciationis per multitudinem, quae continetur sub sola nominis vnitate: ibi { Si vero duobus. } Dicit ergo, quod vna est affirmatio, vel negatio cum vnum significatur de vno, siue illud vnum quod subiicitur sit vniuersale vniuersaliter sumptum, siue non sit aliquid tale, sed sit vniuersale particulariter sumptum vel indefinitum, aut etiam si subiectum sit singulare. Et exemplificat de diuersis, sicut vniuersalis ista affirmatio est vna, Omnis homo est albus. Et similiter particularis negatio quae est eius negatio, scilicet, Non est omnis homo albus. Et subdit alia exempla quae sunt manifesta. In fine autem apponit quandam conditionem, quae requiritur ad hoc quod quae liber harum sit vna { si scilicet album, quod est praedicatum significat vnum. } Nam sola multitudo praedicati impediret vnitatem enunciationis. Ideo autem vniuersalis propositio vna est, quantum sub se multitudine singularium comprehendat, quia praedicatum non attribuitur multis singularibus, secundum quod sunt in se subdiuisa, sed secundum quod vniuntur sub vno communi. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quod sola vnitas nominis non sufficit ad vnitate enunciationis. Et circa hoc quatuor facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, exemplificat: ibi { Vt si quis ponat. } Tertio, probat: ibi { Nihil enim differt. } Quarto, infert corollarium: ibi { Quare nec in his. } Dicit ergo primo, quod si vnum nomen imponatur duobus rebus, ex quibus non fit vnum, non est affirmatio vna. Quod autem dicitur ex quibus non fit vnum, potest intelligi dupliciter, vno modo ad excludendum hoc quod multa continentur sub vniuersali, sicut homo & equus sub animali. Hoc enim nomen animal significat vtrumque, non secundum quod sunt multa differentia adinuicem, sed secundum quod vniuntur in natura generis. Alio modo & melius, ad excludendum hoc quod ex multis partibus fit vnum, siue sint partes rationis, sicut sunt genus & differentia, quae sunt partes definitionis: siue sint partes integrales alicuius compositionis, sicut ex lapidibus & lignis fit domus. Si vero sit tale praedicatum, quod attribuitur rei, requiritur ad vnitate enunciationis quod illa multa quae significantur, currant in vnum secundum aliquem dictorum modorum, vnde non sufficit sola vnitas vocis. Si vero sit tale praedicatum, quod refertur ad vocem, sufficit vnitas vocis, vt si dicam, canis est nomen. Deinde cum dicit.

¶ Exemplificat quod dictum est, vt si aliquis hoc nomen tunica imponat ad significandum hominem, & equum: & sic si dicam, tunica est alba, non est affirmatio vna, neque negatio. Deinde cum dicit.

quāuis omnes dependēt a volūate diuina, sicut a prima causa, quæ transcendit ordinem necessitatis & cōtingentiæ. Hoc autem non potest dici de volūate humana, nec de aliqua alia causa, quia omnis alia causa cadit iā sub ordine necessitatis vel cōtingentiæ, & ideo oportet, q̄ uel ipsa causa possit deficere, uel effectus eius nō sit cōtingens, sed necessarius. Voluntas autem diuina indeficiens est, tamen nō omnis effectus eius sunt necessarii, sed quidā cōtingentes. Similiter autem aliam radicē cōtingentiæ quam hic Philosophus ponit ex hoc, q̄ sumus cōsiliarij, aliqui sub uertere nituntur, uolentes ostendere, q̄ voluntas in eligēdo, ex necessitate mouetur ab appetibili. Cū .n. bonū sit obiectū voluntatis, non potest (ut uidetur) ab hoc diuertere quin appetat illud, quod si bi uidetur bonum, sicut nec ratio ab hoc pot diuertere quin assentiat ei, quod sibi uidetur verum. Et ita uidetur, q̄ electio consilij consequens semper ex necessitate proueniat. & sic omnia, quorum nos principij sumus per consilium & electionem, ex necessitate proueniunt. Sed dicendum est, q̄ similis differentia attendenda est circa bonum, sicut circa verum. Est autē quoddā verum, quod est per se notum, sicut prima principia demonstrabilia, quibus ex necessitate intellectus assentit, sunt autem quādā uera non per se nota, sed per alia. Horum autem duplex est conditio: quādā .n. ex necessitate consequuntur ex principijs, ita scilicet, q̄ non possunt esse falsa principijs existentibus ueris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum. Et huiusmodi ueris ex necessitate assentit intellectus, postquam perceperit ordinem eorum ad principium, non autem prius. Quādā autē sunt, quæ non ex necessitate consequuntur ex principijs, ita, q̄ possent esse falsa principijs existentibus ueris. sicut sunt opinabilia, quibus non ex necessitate assentit intellectus, quāuis ex aliquo motiuo, magis inclinetur in vnam partem quam in aliam. Ita etiam est quoddam bonum quod est propter se appetibile, sicut felicitas, quæ habet rationem ultimi finis, & huiusmodi bono ex necessitate inhæret voluntas, naturali enim quadam necessitate omnes appetunt esse felices. Quādā uero sunt bona, quæ sunt appetibilia propter finem, quæ comparantur ad finem sicut conclusiones ad principium, ut patet per Philosophum in Secūdo Physicorum. Si igitur essent aliqua bona, quibus non existentibus non posset aliquis esse felix, hæc etiam essent ex necessitate appetibilia, & maxime apud eum, qui talem ordinem percipiat, & forte talia sunt esse, uiuere, & intelligere, & si qua alia similia. Sed particularia bona, in quibus humani actus consistunt, non sunt talia, nec sub ea ratione comprehenduntur, ut sine quibus felicitas esse non possit, puta, comedere hunc cibum, uel illum, aut abstinere ab eo, habent tamen in se unde moueant appetitum, secundum aliquod bonum consideratum in eis: & ideo voluntas non ex necessitate inducitur ad hæc eligenda. Et propter hoc Philosophus signanter radicē cōtingentiæ in his quæ sunt a nobis assignauit ex parte consilij, quod est eorum, quæ sunt ad finem, & tamen non sunt determinata. In his enim in quibus media sunt determinata, non est opus consilio: ut dicitur in .iii. Ethicorum. Et hæc quidem dicta sunt ad saluandum radices cōtingentiæ, quas hic Arist. ponit, quāuis uideantur Logici negotij modum excedere.

alia uero magis quidem & in pluribus alterum: sed contingit fieri & alterum, alterum uero minime.

LECTIO XV.

Gitur esse quod est, quando est, & non esse, quod non est, quando non est, necesse est. Sed non omne quod est, necesse est esse, nec omne quod nō est, necesse est non esse, non enim idem est omne quod est necessario esse quando est, & simpliciter esse ex necessitate. Similiter autē & in eo quod non est.

Et in contradictione eadem ratio est. Esse quidem, vel non esse omne necesse est, & futurū esse, vel nō esse, non tñ cōtingit diuidentē dicere alterū necessarium. Dico autem, ut necesse est quidem esse futurum bellum nauale cras, vel non futurum esse: sed non futurum esse cras bellum nauale necesse est, vel non futurum esse. Futurum autem uel esse, vel non esse, necesse est.

Ostquā Philosophus ostendit esse impossibilia ea, quæ ex prædictis rationibus sequebantur: hic remouit impossibilibus, cōcludit ueritatem. Et circa hoc duo facit, quia enim argumentādo ad impossibile processerat ab enunciationibus ad res, & iam remouerat inconuenientia, q̄ circa res sequebatur, nūc ordine cōuerso, Primo, ostēdit qualiter se habeat ueritas circa res. Secundo, qualiter se habeat ueritas circa enūtiationes, ibi ¶ Quare quoniam orationes ueræ sunt. ¶ Circa primū duo facit. Primo, ostēdit qualiter se habeat ueritas & necessitas circa res absolute consideratas: se cundo, qualiter se habeat circa ea per comparationem ad sua opposita, ibi ¶ Et in cōtradictione eadem ratio est. ¶ Dicit ergo primo, quasi ex præmissis concludens, q̄ si prædicta sunt inconuenientia, ut scilicet omnia ex necessitate eueniant, oportet dicere ita se habere circa res, scilicet, q̄ omne quod est, necesse est esse quando est, & omne quod non est, necesse est non esse quando non est. Et hæc necessitas fundatur super hoc principium, Impossibile est simul esse & nō esse: si enim aliquid est impossibile dum est, illud simul non esse, ergo necesse est tūc illud esse. Nam impossibile non esse, idem significat ei quod est necesse esse, ut in secundo dicit. Et similiter, si aliquid non est, impossibile est illud simul esse, ergo necesse est non esse, quia etiā idē significant. Et ideo manifeste uerum est, quod omne quod est, necesse est esse quando est, & omne quod non est, necesse est non esse quando non est, & hæc est necessitas non absoluta, sed ex suppositione. Unde non potest simpliciter & absolute dici, quod omne quod est, necesse est esse, & omne quod non est, necesse est non esse, quia non idem significant, q̄ omne ens quando est sit ex necessitate, & q̄ omne ens simpliciter sit ex necessitate, nam primū significat necessitatem ex suppositione, secundum autē necessitatē absolutam. Et quod dictum est de esse, intelligendū est similiter de non esse, quia aliud est simpliciter ex necessitate non esse, & aliud est ex necessitate non esse, quando non est. Et per hoc uidetur Arist. excludere id quod supra dictum est, quod si in his, quæ sunt, alterum determinate est uerum, quod etiam antequam fieret, alterum determinate esset futurum. Deinde cum dicit

huiusmodi, ut ipsorum magis quidem & plerunque alterum eueniat: posset tamen & alterum euenire, alterum uero non euenire.

LECTIO XV.

Ecesse est igitur id quod est quando est, esse, & id quod non est, quando non est, non esse, non tamen aut omne quod est esse, aut omne quod non est, non esse, necesse est. Non enim idem est omne quod est, necessario esse, cum est, & simpliciter necessario esse, & de eo quod non est, simili modo.

Et in contradictione etiam ratio eadem est. Omne nanque necesse est esse, aut non esse, & item fore aut non fore, non tamen necesse est distimcte alterum fore. Veluti necesse est quidem pugnam naualem cras fore, aut non fore, non tamen fore pugnam naualem cras necesse, neque rursus non fore, attamen fore, aut non fore, necesse est.

Impossibile est simul esse & nō esse: si enim aliquid est impossibile dum est, illud simul non esse, ergo necesse est tūc illud esse. Nam impossibile non esse, idem significat ei quod est necesse esse, ut in secundo dicit. Et similiter, si aliquid non est, impossibile est illud simul esse, ergo necesse est non esse, quia etiā idē significant. Et ideo manifeste uerum est, quod omne quod est, necesse est esse quando est, & omne quod non est, necesse est non esse quando non est, & hæc est necessitas non absoluta, sed ex suppositione. Unde non potest simpliciter & absolute dici, quod omne quod est, necesse est esse, & omne quod non est, necesse est non esse, quia non idem significant, q̄ omne ens quando est sit ex necessitate, & q̄ omne ens simpliciter sit ex necessitate, nam primū significat necessitatem ex suppositione, secundum autē necessitatē absolutam. Et quod dictum est de esse, intelligendū est similiter de non esse, quia aliud est simpliciter ex necessitate non esse, & aliud est ex necessitate non esse, quando non est. Et per hoc uidetur Arist. excludere id quod supra dictum est, quod si in his, quæ sunt, alterum determinate est uerum, quod etiam antequam fieret, alterum determinate esset futurum. Deinde cum dicit

Ostendit quō se habeat ueritas & necessitas circa res per cōparationē ad sua opposita: & dicit, q̄ eadē rō est in cōtradictione, quæ est in suppositione. Sicut enim illud qd̄ non est absolute necessarium, sit necessarium ex suppositione eiusdē, quia necesse est esse quod est, ita etiam quod non est in se necessarium absolute, sit necessarium per disunctionem oppositi, quia necesse est de unoquoque quod sit vel non sit, & quod futurum sit aut non sit, & hoc sub disunctione. & hæc necessitas fundatur super hoc principium, quod impossibile est contradictoria simul esse uera uel falsa. Unde impossibile est neque esse, neque non esse, ergo necesse est vel esse, uel non esse. Non tamen si diuisim alterum accipiat, necesse est illud esse absolute. Et hoc manifestat per exemplum: quia necessarium est nauale bellum esse futurum cras, uel non esse: sed non est necesse nauale bellum futurum esse cras. Similiter etiam non est necessarium non


nō esse futurum, quia hoc pertinet ad necessitatem absolutam, sed necesse est quod vel sit futurū cras uel non sit futurū: & hoc pertinet ad necessitatem quæ est sub disunctione. Deinde cum dicit

Ex eo quod se habet circa res, ostendit qualiter se habeat circa orationes. Et primo ostendit quomodo uniformiter se habet in ueritate orationum sicut circa esse & non esse. Secundo, finaliter concludit ueritatem totius dubitationis. ibi Quare manifestum. Dicit ergo primo, quod, quia hoc modo se habent orationes enunciativæ ad ueritatem sicut & res ad esse uel non esse, quia ex eo quod res est uel non est, oratio est uera uel falsa, consequens est, quod in omnibus rebus, quæ ita se habent ut sint ad utrumlibet, & quæcunque ita se habent q̄ cōtradictoria eorum qualitercunque contingere possunt, siue æqualiter siue alterum ut i pluribus, ex necessitate sequitur, quod etiam similiter se habeat cōtradictio enūciationum. Et exponit cōsequenter quæ sint illæ res, quarum contradictoria contingere queant: & dicit huiusmodi esse quæ neque semper sunt, sicut necessaria, neque semper non sunt, sicut impossibilia, sed quandoque sunt & quandoque non sunt. Et uigilius manifestat quomodo similiter se habeat in contradictionis enunciationibus: & dicit, quod harum enunciationum, quæ sunt de contingentiis, necesse est quod sub disunctione altera pars cōtradictionis sit uera uel falsa, non tamen hæc uel illa determinate, sed se habeat ad utrumlibet. Et si cōtingat quod altera pars contradictionis magis sit uera, sicut accidit in contingentiis quæ sunt ut in pluribus, non tamen ex hoc necesse est, q̄ ex necessitate altera earum determinate sit uera uel falsa. Deinde cum dicit, ¶ Concludit principale intentum, & dicit, manifestum est, se ex prædictis, quod non est necesse in omni genere, affirmationum & negationum oppositarum, alteram determinate esse ueram & alteram esse falsam: quia nō eodem modo se habet ueritas & falsitas in his quæ sunt iam de presenti, & in his quæ non sunt, sed possunt esse uel non esse. Sed hoc modo se habet in utrisque, sicut dictum est, quia scilicet in his, quæ sunt, necesse est determinate alterum esse uerum, & alterum falsum: quod non contingit in futuris quæ possunt esse & non esse. Et sic ter minatur primus liber.

Quare quoniam similiter orationes ueræ sunt quemadmodum & res, manifestum est quoniam quecunque sic se habent ut utrumlibet sint, & contraria ipsorum contingant, necesse est similiter se habere & contradictionem. Quod contingit in his quæ non semper sunt, & non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partē contradictionis ueram esse, uel falsam, non tamen hoc uel illud sed utrumlibet, & magis quidem alteram ueram, non tamen iam ueram uel falsam.

Quare manifestū est quoniam nō est necesse oīs affirmationis, & negationis oppositarū, hanc quidem uerā, illam uero falsam esse. Neque .n. quemadmodum in his quæ sunt, sic se res habet etiam & in his, quæ non sunt, possibilibus tñ esse uel non esse, sed quemadmodum dictū est.

Commentariorum D. Thomæ Aquinatis super Librum Primum Peri Hermenias, finis.



Lect. 15. & com. 91.

Lect. 3. cap. 6.

LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomae clarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

Quia verbum est proprie nota eorum quae de altero predicantur...

LECTIO I.

Quoniam autem est affirmatio de aliquo significans aliquid...

Nomen autem dictum est & innominatum prius. Non homo enim nomen quidem non dico...

Erunt omnes affirmatio negatio vel ex nomine & uerbo, vel ex infinito nomine, & uerbo.

Prater uerbum autem nulla affirmatio, vel negatio est. Est enim vel erit, vel fuit, vel fit...

quia uerbum est proprie nota eorum quae de altero predicantur...

Quoniam autem affirmatio enunciatio est, quippe aliquid quoddam significans...

Distumque est: antea, quid nam sit ipsum nomen, & quid etiam id quod nomine caret...

Abque namque uerbo nulla est affirmatio sane, neque nulla negatio...

quia non homo non est nomen, sed est infinitum nomen...

Quaedam est affirmatio, quae constat ex nomine & uerbo...

quia non homo non est nomen, sed est infinitum nomen...

Quaedam est affirmatio, quae constat ex nomine & uerbo...

Leet. 8. pri- mi ex parte uerbi. Dicitur enim supra, quod preter uerbum...

Quare prima erit affirmatio, & negatio, est homo, non est homo...

LECTIO II.

Vando autem est tertium adiacens predicatur, dupliciter tunc dicuntur oppositiones.

Dico autem, ut est iustus homo, est tertium adiacere nomen, vel uerbum in affirmatione.

LECTIO SECVNDA.

Quoniam Philosophus diffinit enunciationes, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur...

Quare prima est affirmatio, atque negatio, homo est, homo non est...

LECTIO II.

Vm autem ipsum est tertium insuper predicatur hoc patet...

Vbi ipsum est tertium, dico componi nomen, aut uerbum in affirmatione.

te subiecti consideratam. Primo namque agit de enunciationibus...

Leet. 4. & 5.

Leet. 8.

Leet. 5.

Leet. 5.

Pri mi libri Leet. 8.

Leet. 4. milia.

Leet. 4. milia.

Leet. 2. & 3. comm. 3.

Leet. 9.

Leet. 4.

Leet. 3.

Leet. 5.

Leet.

fert, vtrum dicatur nomen vel verbum. Deinde cum dicit. c ¶ Concludit numerum enunciationum. Et primo ponit cōclusionem numeri. Secundo, ponit earum habitudinem, ubi ¶ Quorum duæ quidem } Tertio, rationem numeri exemplificat, ubi ¶ Dico autem quoniam est. } Dicit ergo primo, quod quia duæ sunt oppo- sitiones, quando est, c Quare quatuor erunt illæ, quarum duæ quidem ad affirmationem & negationem sese habent secundum consequentiam, vt priuationes, duæ ve ro, minime.

Deinde cum dicit, { Quorum duæ quidem. } Ostendit habitudinē prædictarum enunciationum ad inuicem, & dicit quod duæ dīctarum enunciationum se habent ad affirmationem, & negationem secundum consequentiam, siue secundum correlatiōnem, aut analogiam, vt in græco habetur, sicut priuationes, aliæ vero duæ minime. Quod quia breuiter & obscure dictum est, diuersimode a diuersis expositum est. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod tripliciter nomen potest prædicari in huiusmodi enunciationibus. Quandoq; enim prædicatur nomen finitum, secundum quod assumuntur duæ enūciationes, vna affirmatiua, & altera negatiua, scilicet, homo est iustus, & homo non est iustus, quæ dicuntur simplices. Quandoq; vero prædicatur nomen infinitū sicut quæ etiam assumuntur duæ aliæ, scilicet, homo est non iustus, homo non est non iustus, quæ dicuntur infinitæ. Quandoq; vero prædicatur nomen priuatiuum, secundum quod etiam sumuntur duæ aliæ, scilicet, homo est iniustus, homo non est iniustus, quæ dicuntur priuatiuæ. Quidam ergo sic exposuerunt, quod duæ enunciationes earum, quas præmiserat, scilicet illæ, quæ sunt de infinito prædicato, se habent ad affirmationem & negationem, quæ sunt de prædicato finito secundum consequentiam vel analogiam, sicut priuationes, id est, sicut illæ, quæ sunt de prædicato priuatiuo. Illæ enim duæ, quæ sunt de prædicato infinito se habent secundum consequentiam ad illas, quæ sunt de finito prædicato secundum transpositionem quandam, scilicet affirmatio ad negationem, & negatio ad affirmationem. Nam homo est non iustus, quæ est affirmatio de infinito prædicato, respondet secundum consequentiam negatiuæ de prædicato finito, huic scilicet, homo non est iustus. Negatiua vero de infinito prædicato scilicet, homo non est non iustus, affirmatiuæ de finito prædicato, huic scilicet, homo est iustus. Propter quod Theophrastus vocabat eas, quæ sunt de infinito prædicato transpositas. Et similiter etiam affirmatiua de priuatiuo prædicato respondet secundum consequentiam negatiuæ de finito prædicato, scilicet hæc, homo est iniustus, ei quæ est, homo non est iustus. Negatiua vero priuatiuæ, scilicet, homo non est iustus, ei quæ est, homo est iustus. Disponatur ergo in figura. Et in prima quidem linea ponantur illæ, quæ sunt de finito prædicato, scilicet, homo est iustus, homo non est iustus. In secunda autem linea, negatiua de infinito prædicato sub affirmatiua de finito, & affirmatiua sub negatiua: vt patet in subscripta figura.

Homo est iustus. Homo non est iustus. Homo non est non iustus. Homo est non iustus.

Sic ergo duæ, scilicet, quæ sunt de infinito prædicato se habent ad affirmationem & negationem de finito prædicato, sicut priuationes, id est, sicut illæ, quæ sunt de priuatiuo prædicato. Sed duæ aliæ, quæ sunt scilicet, de infinito subiecto scilicet, non homo est iustus, non homo non est iustus, manifestum est, quod non habent similem consequentiam. Et hoc modo exposuit Hormelius, hoc quod dicitur, Duæ vero, minime, referens hoc ad illas, quæ sunt de infinito subiecto. Sed hoc manifeste est contra literam. Nam cum præmisisset quatuor enūciationes, duas scilicet, de finito prædicato & duas de infinito, subiungit quasi illas subdividens, quarum duæ quidem &c. ¶ Duæ vero, minime. } vbi datur intelligi quod vtræq; duæ in telligantur in præmissis. Illæ autem quæ sunt de infinito subiecto non includuntur in præmissis, sed de his postea dicitur. Vnde manifestū est, qd de eis nūc nō loquitur. Et ideo, vt Amōnius dicit, alii aliter exposuerunt, dicentes, quod prædictarum quatuor propositionum duæ scilicet, quæ sunt de infinito prædicato, sic se habent ad affirmationem, & negationem, id est ad ipsam speciem affirmationis & negationis, vt priuationes, id est priuatiuæ affirmationes, seu negationes. Hæc

enim affirmatio, homo est non iustus, non est simpliciter affirmatio, sed secundum quid, quasi secundum priuationem affirmatio, sicut homo mortuus non est homo simpliciter, sed secundum priuationem, & idem dicendum est de affirmatiua, & de negatiua, quæ sunt de finito prædicato, quod non se habent ad speciem affirmationis & negationis, secundum priuationem, sed simpliciter. Hæc enim, homo est iustus, est simpliciter affirmatiua, & hæc, homo non est iustus, est simpliciter negatiua. Sed nec hic sensus conuenit verbis Aristot. Dixit enim infra { Hæc igitur quæ admodum in resolutoriis dictum est, sic sunt disposita. } vbi nihil inuenitur ad hunc sensum pertinens. Et ideo Amōnius ex his, quæ in fine primi Priorum dicuntur de propositionibus, quæ sunt de finito vel infinito, vel priuatiuo prædicato, alium sensum accipit. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut ipse dicit, enunciatio aliqua virtute se habet ad illud, de quo rotum id quod in enunciatōne significatur vere prædicari potest: sicut hæc enunciatio, homo est iustus, se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere potest dici, quod est homo iustus, & similiter hæc enunciatio, homo non est iustus se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere dici potest, quod non est homo iustus. Secundum ergo hunc modum loquendi, manifestū est quod simplex negatiua in plus est quam affirmatiua infinita, quæ ei correspondet. Nam, quod sit homo non iustus, vere potest dici quod de quolibet homine, qui non habet habitum iustitiæ, sed quod non sit homo iustus, potest dici non solum de homine non habente habitum iustitiæ, sed etiam de eo qui penitus non est homo, hæc enim est vera, lignum non est homo iustus. Tamen hæc est falsā, lignum est homo non iustus, & ita negatiua simplex est in plus quam affirmatiua infinita, sicut etiam animal est in plus quam homo, quia de pluribus verificatur. Simili etiam ratione, negatiua simplex est in plus quam affirmatiua priuatiua, quia de eo quod non est homo, non potest dici quod sit homo iniustus. Sed affirmatiua infinita est in plus quam affirmatiua priuatiua: potest enim dici de puero, & de quocunq; homine nondum habente habitum virtutis, aut viti, quod sit homo non iustus, nō tamen de aliquo eorum vere dici potest, quod sit homo iniustus. Affirmatiua vero simplex in minus est quam negatiua infinita, quia quod non sit homo non iustus potest dici non solum de homine iusto, sed etiam de eo quod penitus non est homo. Similiter etiam negatiua priuatiua in plus est quam negatiua infinita. Nam, quod non sit homo iniustus potest dici non solum de homine habente habitum iustitiæ, sed de eo quæ penitus non est homo, de vltimius potest dici de omnibus hominibus, qui nec habent habitum iustitiæ, neq; habent habitum iniustitiæ. His igitur visis, facile est exponere præsentem literam, hoc modo. Quarum scilicet, quatuor enunciationum prædictarum, duæ quidem scilicet, infinite se habebunt ad affirmationem & negationem, id est ad duas simplices, quarum vna est affirmatiua, & altera negatiua secundum consequentiam, id est, in modo consequendi ad eas, vt priuationes, id est, sicut duæ priuatiuæ: quia scilicet, sicut ad simplicem affirmatiuam sequitur negatiua infinita, & non conuertitur, eo quod negatiua infinita est in plus, ita etiam ad simplicem affirmatiuam sequitur negatiua priuatiua, quæ est in plus, & non conuertitur. Sed sicut simplex negatiua sequitur ad infinitam affirmatiuam, quæ est in minus, & non conuertitur, ita etiam negatiua simplex sequitur ad priuatiuam affirmatiuam, quæ est in minus, & non conuertitur, ex quo patet, quod eadem est habitudo in consequendo infinitarum ad simplices, quæ est etiam priuatiuarum. Sequitur ¶ Duæ autem } scilicet simplices, quæ relinquuntur remotis duabus, scilicet, infinitis a quatuor præmissis } minime, } id est, ita se habent ad infinitas in consequendo, sicut priuatiuæ se habent ad eas, quia videlicet, ex vna parte simplex affirmatiua est in minus quam negatiua infinita, sed negatiua priuatiua est in plus quam negatiua infinita: ex alia vero parte, negatiua simplex est in plus quam affirmatiua infinita, sed affirmatiua priuatiua est in minus q̄ infinita affirmatiua. Sic ergo patet, quod simplices, non ita se habent ad infinitas in consequendo, sicut priuatiuæ sed habent ad infinitas. Quamuis autem secundum hoc, litera Philosophi subtiliter exponatur, tamen videtur esse aliquantulum expositio extorta. Nam litera Philosophi videtur sonare diuersas habitudines non esse attendendas respectu diuersorum, sicut in prædicta

In ista Cap. 4. Quare quatuor ob id ipsum erunt hæc, quorum duo quidem sic se habebunt ad affirmationem negationem-ue similitudine rationis, ut ipsa priuationes, quæ sunt de finito prædicato, quod non se habent ad speciem affirmationis & negationis, secundum priuationem, sed simpliciter. Hæc enim, homo est iustus, est simpliciter affirmatiua, & hæc, homo non est iustus, est simpliciter negatiua. Sed nec hic sensus conuenit verbis Aristot. Dixit enim infra { Hæc igitur quæ admodum in resolutoriis dictum est, sic sunt disposita. } vbi nihil inuenitur ad hunc sensum pertinens. Et ideo Amōnius ex his, quæ in fine primi Priorum dicuntur de propositionibus, quæ sunt de finito vel infinito, vel priuatiuo prædicato, alium sensum accipit. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut ipse dicit, enunciatio aliqua virtute se habet ad illud, de quo rotum id quod in enunciatōne significatur vere prædicari potest: sicut hæc enunciatio, homo est iustus, se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere potest dici, quod est homo iustus, & similiter hæc enunciatio, homo non est iustus se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere dici potest, quod non est homo iustus. Secundum ergo hunc modum loquendi, manifestū est quod simplex negatiua in plus est quam affirmatiua infinita, quæ ei correspondet. Nam, quod sit homo non iustus, vere potest dici quod de quolibet homine, qui non habet habitum iustitiæ, sed quod non sit homo iustus, potest dici non solum de homine non habente habitum iustitiæ, sed etiam de eo qui penitus non est homo, hæc enim est vera, lignum non est homo iustus. Tamen hæc est falsā, lignum est homo non iustus, & ita negatiua simplex est in plus quam affirmatiua infinita, sicut etiam animal est in plus quam homo, quia de pluribus verificatur. Simili etiam ratione, negatiua simplex est in plus quam affirmatiua priuatiua, quia de eo quod non est homo, non potest dici quod sit homo iniustus. Sed affirmatiua infinita est in plus quam affirmatiua priuatiua: potest enim dici de puero, & de quocunq; homine nondum habente habitum virtutis, aut viti, quod sit homo non iustus, nō tamen de aliquo eorum vere dici potest, quod sit homo iniustus. Affirmatiua vero simplex in minus est quam negatiua infinita, quia quod non sit homo non iustus potest dici non solum de homine iusto, sed etiam de eo quod penitus non est homo. Similiter etiam negatiua priuatiua in plus est quam negatiua infinita. Nam, quod non sit homo iniustus potest dici non solum de homine habente habitum iustitiæ, sed de eo quæ penitus non est homo, de vltimius potest dici de omnibus hominibus, qui nec habent habitum iustitiæ, neq; habent habitum iniustitiæ. His igitur visis, facile est exponere præsentem literam, hoc modo. Quarum scilicet, quatuor enunciationum prædictarum, duæ quidem scilicet, infinite se habebunt ad affirmationem & negationem, id est ad duas simplices, quarum vna est affirmatiua, & altera negatiua secundum consequentiam, id est, in modo consequendi ad eas, vt priuationes, id est, sicut duæ priuatiuæ: quia scilicet, sicut ad simplicem affirmatiuam sequitur negatiua infinita, & non conuertitur, eo quod negatiua infinita est in plus, ita etiam ad simplicem affirmatiuam sequitur negatiua priuatiua, quæ est in plus, & non conuertitur. Sed sicut simplex negatiua sequitur ad infinitam affirmatiuam, quæ est in minus, & non conuertitur, ita etiam negatiua simplex sequitur ad priuatiuam affirmatiuam, quæ est in minus, & non conuertitur, ex quo patet, quod eadem est habitudo in consequendo infinitarum ad simplices, quæ est etiam priuatiuarum. Sequitur ¶ Duæ autem } scilicet simplices, quæ relinquuntur remotis duabus, scilicet, infinitis a quatuor præmissis } minime, } id est, ita se habent ad infinitas in consequendo, sicut priuatiuæ se habent ad eas, quia videlicet, ex vna parte simplex affirmatiua est in minus quam negatiua infinita, sed negatiua priuatiua est in plus quam negatiua infinita: ex alia vero parte, negatiua simplex est in plus quam affirmatiua infinita, sed affirmatiua priuatiua est in minus q̄ infinita affirmatiua. Sic ergo patet, quod simplices, non ita se habent ad infinitas in consequendo, sicut priuatiuæ sed habent ad infinitas. Quamuis autem secundum hoc, litera Philosophi subtiliter exponatur, tamen videtur esse aliquantulum expositio extorta. Nam litera Philosophi videtur sonare diuersas habitudines non esse attendendas respectu diuersorum, sicut in prædicta

In ista Cap. 4.

Le. 9.

Table with 3 columns: 'Hō est iustus', 'angulares contrapōsitæ', 'Homo nō est iustus'. Includes marginal notes 'angulares sub- iuncte postæ' and 'angulares sub- iuncte postæ'.

Commentariorum D. Thomæ Aquinatis, quæ ob eius mortem incompleta manserant, finis.



prædicta expositione, primo accipitur similitudo habitudinis ad simplices, & postea similitudo habitudinis respectu infinitarum. Et ideo simplicior & magis conueniens literæ Arist. est expositio Porphyrii quam Boethus ponit, secundum quam expositionem attenditur similitudo & dissimilitudo secundum consequentiam affirmatiuarū ad negatiuas. Vnde dicit. Quarū, scilicet quatuor præmissarum, duæ quidem, scilicet affirmatiuæ, quarum vna est simplex & alia infinita, se habebunt secundū consequentiam ad affirmationem & negationem, vt scilicet ad vnam affirmatiuam sequatur alterius negatiua. Nam ad affirmationem simplicem, sequitur negatiua infinita: & ad affirmatiuam infinitam, sequitur negatiua simplex. Duæ vero, scilicet negatiuæ, minime, id est, non ita se habent ad affirmatiuas, vt scilicet ex negatiuis sequantur affirmatiuæ, sicut ex affirmatiuis sequantur negatiuæ, & quantum ad vtrunq; similiter, se habent priuatiuæ sicut infinitæ. Deinde cum dicit. ¶ Manifestat quoddam quod supra dixerat, scilicet quod sint quatuor prædictæ enunciationes. loquimur enim nunc de enunciationibus, in quibus hoc verbum est, solum prædicatur secundum quod est adiacens alicui nomini finito, vel infinito: puta secundum quod adiacet iusto, vt cum dicitur homo est iustus, vel secundum quod adiacet non iusto, vt cū dicitur, homo est non iustus. Et quia in neutra harum negatio apponitur ad verbum, consequens est, quod vtraque sit affirmatiua, Omni autem affirmationi opponitur negatio, vt supra in primo ostensum est relinquatur ergo, quod prædictis duabus enunciationibus affirmatiuis respondent duæ aliæ negatiuæ. Et sic consequens est quod sint quatuor simplices enunciationes. Deinde cum dicit.

Manifestat quod supra dictum est per quandam figuralem descriptionem. Dicit enim, quod id quod in prædictis dictum est, intelligi potest ex sequenti subscriptione. Sic enim quædam quadrata figura, in cuius vno angulo describitur hæc enunciatio, homo est iustus, & ex opposito describitur ei negatio quæ est, homo non est iustus, sub quibus scribatur duæ aliæ infinitæ, scilicet homo est nō iustus, homo non est non iustus: in qua descriptione apparet, quod hoc verbū est, affirmatiuum vel negatiuum adiacet iusto, & non iusto. Et secundum hoc diuersificantur quatuor enunciationes. Vltimo autem concludit quod prædictæ enūciationes disponuntur secundū ordinem consequentie, prout dictum est. Nam ipsum est, aut iusto adde- tur, aut non iusto, quare & negatio similiter eisdem addetur, quatuor igitur erunt. Intelligimus autem id quod dicitur ex his quæ subscripta sūt, est iustus homo, huius negatio est, non est iustus homo: est non iustus homo, huius negatio est, non est non iustus homo. est. n. hoc loco, & non est iusto, & non iusto adiacet. Hæc igitur quemadmodum in Resolutoriis dictū est, sic sunt disposita.

Intelligimus autem id quod dicitur ex his quæ hic subscribuntur. homo iustus est, huius negatio est, homo non iustus est, huius negatio est, homo non iustus non est, hic enim ipsum est, & item non est iusto, & non iusto ad- iungitur, Hæc igitur sic ordine posita sunt, vt in Resolutoriis dictum est. Alio litera habet. Le. 9. Dico autem, quoniam est, aut homini, aut non homini adiacet, & in figura, est hic loco homini: & non homini, adiacet iusto & non iusto. Quod quidem non est intelligendum, vt homo, & non homo accipi- tur ex parte subiecti, non enim nunc agitur de enunciationibus quæ sunt de infinito subiecto. Vnde oportet, quod homo & non homo acci- piantur ex parte prædicati. Sed quia Philosophus explicat de enun- ciatione in quibus ex parte prædicati ponitur iustum & non iustum: visum est Alexandro, quod prædicta litera sit corrupta. Quibusdam aliis videtur quod possit sustineri, & quod signa- ter Arist. nomina in exemplis variaverit, vt ostenderet quod non differt in quibusdam nomi- nibus ponatur ex- pla.

Le. 9.

THOMAE AQUINATIS

IN PRIMVM ET SECVNDVM LIBROS

POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS

EXPOSITIO

LECTIO PRIMA.

ICVT dicit Philosophus in primo Metaphy. hominum genus arte & rationibus viuunt: in quo videtur Philosophus tangere quoddam hominis proprium in quo a ceteris animalibus differt. Alia enim animalia quodam naturali instinctu ad suos actus aguntur: homo autem rationis indio in suis operibus dirigitur. Et inde est, quod ad actus humanos facilliter & ordinate perficiendos, diuersae artes deferuntur. Nihil enim aliud ars esse videtur, quam certa ordinatio rationis qua per determinata media ad debitum finem actus humani perueniunt. Ratio autem non solum dirigere potest inferiorum partium actus sed etiam actus sui directiua est. Hoc enim est proprium intellectus partem, ut in se ipsa reflectatur. Nam intellectus intelligit seipsum, & similiter ratio de suo actu ratiocinari potest. Sicut igitur ex hoc quod ratio de actu manus ratiocinatur adiuuata est ars aedificatoria, vel fabrilis, per quas homo facilliter & ordinate huius actus exercere potest: eadem ratione ars quaedam necessaria est, quae sit directiua ipsius actus rationis, per quam scilicet homo in ipso actu rationis ordinate, & facilliter, & sine errore procedat. Et haec est ars logica, id est rationalis scientia. Quae non solum rationalis est ex hoc quod est secundum rationem, quod est omnibus artibus commune: sed etiam ex hoc, quod est circa ipsum actum rationis sicur circa propriam materiam. Et ideo videtur esse ars artium, quia in actu rationis nos dirigit, a quo omnes artes procedunt. Oportet igitur Logicam partes accipere, secundum diuersitatem actuum rationis. Sunt autem rationis tres actus: quorum primi duo sunt rationis, secundum quod est intellectus quidam. Vna enim actio intellectus, est intelligentia indiuisibilem, siue incomplexorum: secundum quam concipit quid est res. Et haec operatio a quibusdam dicitur informatio intellectus, siue imaginatio per intellectum. Et ad hanc operationem rationis ordinatur doctrina, quam tradit Aristot. in lib. Praedicamentorum. Secunda vero operatio intellectus, est compositio vel diuisio intellectus, in qua est iam verum vel falsum. Et huius rationis actus deseruit doctrina, quam tradit Aristot. in lib. Perihermynias. Tertius vero actus rationis, est secundum id quod est proprium rationis, scilicet discurre ab vno in aliud, ut per id quod est notum deueniat in cognitionem ignoti. Et huius actus deseruiunt reliqui libri Logicarum. Attendendum est autem, quod actus rationis sunt similes, quantum ad aliquid actibus naturae. Vnde & ars imitatur naturam in quantum potest. In actibus autem naturae necessitate agit: ita quod non potest deficere. In quibusdam vero, natura ut frequentius operatur, licet quandoque possit deficere a proprio actu. Vnde in his necessesse est esse duplicem actum, vnum, qui sit ut in pluribus, sicut cum ex semine generatur animal perfectum. alium, quando natura deficit ab eo quod est sibi conueniens: sicut cum ex semine generatur aliquid monstrum, propter corruptionem alicuius principii. Et haec etiam tria inueniuntur in actibus ra-

tionis. Est enim aliquis rationis processus necessitatem inducens: in quo non est possibile esse veritatis defectum, & per huius rationis processum, scientiae certitudo acquiritur. Est autem alius rationis processus, in quo ut in pluribus verum concluditur, nec tamen necessitatem habens. Tertius vero rationis processus est in quo ratio a vero deficit propter alicuius principii defectum, quod in ratiocinando erat obseruandum. Pars autem logicae quae primo deseruit processui sui, pars Iudicatiua dicitur, eo quod iudicium est cum certitudine scientiae. Et quia iudicium certum de effectibus haberi non potest, nisi resoluen- do in prima principia: ideo pars haec Analytica vocatur, id est resolutoria. Certitudo autem iudicii, quae per resolutionem habetur est, vel ex ipsa forma syllogismi tantum, & ad hoc ordinatur liber Priorum analyticorum, qui est de syllogismo simpliciter, vel etiam cum hoc ex materia, quia sumuntur propositiones per se & necessariae, & ad hoc ordinatur liber Posteriorum analyticorum, qui est de syllogismo demonstratiuo. Secundo autem rationis processui, deseruit alia pars Logicae, quae dicitur Inuentiua. Nam Inuentio non semper est cum certitudine. Vnde de his quae inuenta sunt, iudicium requiritur, ad hoc quod certitudo habeatur. Sicut autem in rebus naturalibus, in his quae ut in pluribus aguntur, gradus quidam attenditur (quia quanto virtus naturae est fortior, tanto rarius deficit a suo effectu) ita & in processu rationis, qui non est cum omnimoda certitudine, gradus aliquis inuenitur: secundum quod magis & minus ad perfectam certitudinem acceditur. Per huiusmodi enim processum, quandoque quidem & si non fiat scientia, fit tamen fides, vel opinio, vel probabilitas, propter probabilitatem propositionum ex quibus proceditur: quia ratio totaliter declinat in vnam partem contradictionis, licet cum formidine alterius, & ad hoc ordinatur Topica siue Dialectica. Nam syllogismus dialecticus ex probabilibus est, de quo agitur ab Aristot. in libro Topicorum. Quandoque vero, non fit complete fides, vel opinio, sed suspitio quaedam, quia non totaliter declinat ad vnam partem contradictionis, licet magis declinetur in hanc, quam in aliam. Et ad hoc ordinatur Rhetorica. Quandoque vero sola existimatio declinat in aliquam partem contradictionis, propter aliquam representationem, ad modum quo fit homini abhominatio alicuius cibi, si representetur ei sub similitudine alicuius abhominabilis. Et ad hoc ordinatur Poetica. Nam poeta est inducere ad aliquod virtuosum, per aliquam praecedentem representationem. Omnia autem haec ad Rationalem Philosophiam pertinent. Inducere enim ex vno in aliud, rationis est. Tertio autem processui rationis, deseruit pars Logicae, quae dicitur Sophistica, de qua agit Aristot. in libro Elenchorum. Alis igitur partibus Logicarum praetermissis, ad praesens attendendum est circa partem iudicatiuam, prout traditur in lib. Post. analytico: qui diuiditur in duas partes. In prima ostendit necessitatem demonstratiui syllogismi: de qua est iste liber. In 2. parte de ipso syllogismo determinat: ibi & scire autem opinamur. Necessitas

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER PRIMVS.

ANTIQA TRANSLATIO.

IOAN. ARGIROPOLI TRANSLATIO.

OMNIS doctrina, & omnis disciplina intellectualiua, ex praexistente fit cognitione. Manifestum est autem hoc, speculantibus in omnes.

OMNIS doctrina, & omnis disciplina intellectualiua: ex antecedenti cognitione fieri solet. Id, si omnes quo sunt pacto considerabimus, manifestum profecto fiet.

logismi tantum, & ad hoc ordinatur lib. Priorum analyticorum, qui est de syllogismo simpliciter, vel etiam cum hoc ex materia, quia sumuntur propositiones per se & necessariae, & ad hoc ordinatur liber Posteriorum analyticorum, qui est de syllogismo demonstratiuo. Secundo autem rationis processui, deseruit alia pars Logicae, quae dicitur Inuentiua. Nam Inuentio non semper est cum certitudine. Vnde de his quae inuenta sunt, iudicium requiritur, ad hoc quod certitudo habeatur. Sicut autem in rebus naturalibus, in his quae ut in pluribus aguntur, gradus quidam attenditur (quia quanto virtus naturae est fortior, tanto rarius deficit a suo effectu) ita & in processu rationis, qui non est cum omnimoda certitudine, gradus aliquis inuenitur: secundum quod magis & minus ad perfectam certitudinem acceditur. Per huiusmodi enim processum, quandoque quidem & si non fiat scientia, fit tamen fides, vel opinio, vel probabilitas, propter probabilitatem propositionum ex quibus proceditur: quia ratio totaliter declinat in vnam partem contradictionis, licet cum formidine alterius, & ad hoc ordinatur Topica siue Dialectica. Nam syllogismus dialecticus ex probabilibus est, de quo agitur ab Aristot. in libro Topicorum. Quandoque vero, non fit complete fides, vel opinio, sed suspitio quaedam, quia non totaliter declinat ad vnam partem contradictionis, licet magis declinetur in hanc, quam in aliam. Et ad hoc ordinatur Rhetorica. Quandoque vero sola existimatio declinat in aliquam partem contradictionis, propter aliquam representationem, ad modum quo fit homini abhominatio alicuius cibi, si representetur ei sub similitudine alicuius abhominabilis. Et ad hoc ordinatur Poetica. Nam poeta est inducere ad aliquod virtuosum, per aliquam praecedentem representationem. Omnia autem haec ad Rationalem Philosophiam pertinent. Inducere enim ex vno in aliud, rationis est. Tertio autem processui rationis, deseruit pars Logicae, quae dicitur Sophistica, de qua agit Aristot. in libro Elenchorum. Alis igitur partibus Logicarum praetermissis, ad praesens attendendum est circa partem iudicatiuam, prout traditur in lib. Post. analytico: qui diuiditur in duas partes. In prima ostendit necessitatem demonstratiui syllogismi: de qua est iste liber. In 2. parte de ipso syllogismo determinat: ibi & scire autem opinamur. Necessitas

1. Phyl. it. c. 22.

Lec. 4.

Necessitas autem cuiuslibet rei ordinatae ad finem, ex suo fine acquiritur, finis autem demonstratiui syllogismi est scientiae acquisitio. Vnde, si scientia non possit acquiri per syllogismum vel argumentum; nulla esset necessitas demonstratiui syllogismi. Posuit autem Plato, quod scientia non causatur in nobis ex syllogismo, sed ex impressione formarum idealium in animas nostras, ex quibus etiam effluere dicebat formas naturales in rebus naturalibus, quas ponebat esse participationes quasdam formarum a materia separatarum. Ex quo sequebatur quod agentia naturalia non causabant formas in rebus inferioribus: sed solum materia praeparabant, ad partem praeparandum formas separatas. Et similiter ponebat, quod per studium, & exercitium non causabatur in nobis scientia: sed tantum remouebantur impedimenta, & reducitur homo, quasi in memoriam eorum, quae naturaliter scit ex impressione formarum separatarum. Sententia autem Aristot. est contraria quantum ad vtrumque. Ponebat enim, quod formae naturales reducuntur in actum a formis, quae sunt in materia, scilicet a formis naturalium agentium. Et similiter ponit, quod scientia fit in nobis actu, per aliquam scientiam in nobis praexistentem. Et hoc est fieri in nobis scientiam per syllogismum, aut argumentum quodcumque. Nam, ex vno in aliud argumentando procedimus.

Dupliciter autem necessarium est praecognoscere. Aliqua namque quia sunt, prius opinari necesse, alia vero, quid est quod dicitur intelligere oportet, quaedam autem vtraque. Ut quonia


LECTIO II.

LECTIO II.

Dupliciter autem oportet praecognoscere. Quaedam enim esse, quaedam quid dicitur significem, quaedam vtroque modo antea percipiamus oportet. Veluti de quouis quidem affirmationem, aut negationem dici verum

LECTIO SECVNDA

Ostendam ostendit Philosophus, quod omnis disciplina ex praexistente fit cognitione: nunc ostendit quid sit modus praecognitionis. Et circa hoc duo facit. Primo determinat modum praecognitionis, quantum ad illa quae oportet cognoscere: ut habeatur conclusionis cognitio, cuius scientia quaeritur. Secundo, determinat modum praecognitionis ipsius conclusionis: cuius scientia per demonstrationem quaeritur: ibi & Antequam sit inducere. In praecognitione autem, duo includuntur, scilicet cognitio, & cognitionis ordo. Primo ergo determinat modum praecognitionis, quantum ad ipsam cognitionem. Secundo, quantum ad cognitionis ordinem: ibi & Est autem cognoscere. Circa primum sciendum est, quod id cuius scientia per demonstrationem quaeritur, est conclusio aliqua in qua propria passio de aliquo subiecto praedicatur: quae quidem conclusio inferitur ex aliquibus principii. Et quia cognitio simplicium praecedit cognitionem compositorum, necesse est quod antequam habeatur cognitio conclusionis, cognoscatur aliquo modo subiectum & passio. Et similiter oportet, quod cognoscatur principium, ex quo conclusio inferitur: cum ex cognitione principii conclusio innotescat. Horum autem trium, scilicet principii, subiecti, & passionis, est duplex modus praecognitionis. scilicet quia est, & quid est. Ostensum autem est in 7. Met. quod complexa non diffiniuntur. Homini, n. albi non est aliqua definitio, & multominus enunciationis alicuius. Vnde, cum principium suuenciatio quaedam, non potest praecognosci de ipso quid est: sed solum quia verum est. De passione autem potest quidem sciri quid est, quia ut in eodem libro ostenditur, accidentia quodammodo diffinitionem habent. Passionis autem esse & cuiuslibet accidentis est inesse subiecto: quod quidem in demonstratione concluditur. Non ergo de passione praecognoscitur quia est, sed solum quid est. Subiectum autem diffinitionem habet, & eius esse a passione non dependet: sed suum esse proprium praecognoscitur: quod ipse esse passionis in eo. Et ideo de subiecto oportet praecognoscere & quid est, & quia est: praesertim cum ex diffinitione subiecti & passionis, sumatur medium demonstrationis. Propter hoc ergo dicit Philosophus, quod dupliciter necessarium est praecognoscere: quia duo sunt quae praecognoscuntur de his, quorum praecognitionem habemus, scilicet quia est, & quid est. Et alia sunt de quibus necesse est primo cognoscere: quia sunt, sicut principia de quibus postea exemplificat, ponens in



Lec. 3.

Tex. c. 12. 13. & 14. c. 3. ex. 4.


Tex. c. 17. lect. 4. ex. 4.

C exemplo

exemplo primum omnium principiorum, scilicet, quod de vnoquoque est affirmatio vel negatio vera. Alia vero sunt, de quibus oportet præintelligere quid est quod dicitur, id est, quid significatur per nomen scilicet de passionibus. Et non dicitur quid est simpliciter, sed quid est quod dicitur, quia antequam sciatur de aliquo an sit, non potest sciri proprie de eo quid est. Non enim rium enim, non sunt diffinitiones. Vnde questio, an est, præcedit questionem quid est. Sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur quid significatur per nomen. Propter quod etiam Philosophus in 4. Metaphysicis in disputatione contra negantes principia, docet incipere a significatione nominum. Exemplificat autem de triangulo, de quo oportet præscire quoniam nomen eius hoc significat, quod scilicet in sua diffinitione continetur. Cum autem accidentia quodam ordine ad subiecta referantur: non est inconueniens id, quod est accidens in respectu ad aliquid, esse etiam subiectum respectu alterius. Sicut superficies est accidens respectu substantiæ corporalis: quæ tamen superficies est primum subiectum coloris. Id autem quod est subiectum, ita quod nullius est accidens, substantia est. Vnde in illis scientiis, quorum subiectum est aliqua substantia, id quod est subiectum, nullo modo potest esse passio: sicut est in philosophia prima, & in scientia naturalibus: quæ est de subiecto mobili. In his autem scientiis, quæ sunt de aliquibus accidentibus: nihil prohibet id quod accipitur vt subiectum, respectu alius cuius passionis, accipi etiam vt passio respectu anterioris subiecti. Hoc tamen non in infinitum procedit. Est enim devenire ad aliquod primum in scientia illa, quod ita accipitur vt subiectum, quod nullo modo vt passio, si cut patet in Mathematicis scientiis, quæ sunt de quantitate continua vel discreta. Supponunt enim in his scientiis ea, quæ sunt prima in genere quantitatis: sicut unitas, & linea, & superficies, & alia huiusmodi. Quibus suppositis per demonstrationem quæritur

eodem modo cognoscuntur, non est mirum si eorum diversæ præcognitio sit. Deinde cum dicitur.

Triangulus in semicirculo.



Determinat modum præcognitionis ex parte ipsius ordinis, quem quidem præcognitio importat. Est enim aliquid prius altero & secundum tempus, & secundum naturam. Et hic duplex ordo in præcognitione considerandus est. Aliquid enim præcognoscitur prius, sicut prius notum tempore. Et de his dicit, quod alia contingit cognoscere aliquem cognoscens eam prius tempore, quam illa quibus præcognosci dicuntur. Quædam vero cognoscuntur simul tempore: sed sunt prius natura. Et de his dicit, quod quorundam præcognitorum simul tempore est accipere notitiam, & illorum, quibus præcognoscuntur. Quæ autem sunt ista, manifestat subdens, quod huiusmodi sunt, quæcunq; continentur sub aliquibus vniuersalibus, quorum habent cognitionem, id est de quibus notum est ea sub talibus vniuersalibus contineri. Et hoc vltimum manifestat per exemplum. Cum enim ad conclusionem inferenda duæ propositiones requirantur, maior & minor: scita propositione maiori, nondum habetur conclusionis cognitio. Maior ergo propositio præcognoscitur conclusioni: non solum natura, sed tempore. Rursus autem si in minori propositione inducatur, siue assumatur aliquod contentum sub vniuersali propositione, quæ est maior, de quo manifestum non sit, quod sub hoc vniuersali contineatur, nondum habetur conclusionis cognitio, quia nondum erat certa veritas minoris propositionis. Si autem in minori propositione assumatur terminus, de quo manifestum sit quod continetur sub vniuersali in maiori propositione: patet veritas minoris propositionis, quæ id quod accipitur sub vniuersali, habet eius cognitionem, & sic statim habetur conclusionis cognitio. Vt si sic demonstraretur aliquis, Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus reëctis: ista cognita, nondum habetur conclusionis cognitio: sed cum postea accipitur, hæc figura in semicirculo descripta, est triangulus, statim scit quod habet tres angulos æquales duobus reëctis. Si autem non esset manifestum, quod hæc figura in semicirculo descripta esset triangulus, nondum statim inducta assumptione sciretur conclusio: sed oportet vltimus aliquid medium querere, per quod demonstraretur hanc figuram esse triangulum. Exemplificans autem Philosophus de his quæ cognoscuntur ante conclusionem prius tempore, dicit quod aliquis per demonstrationem conclusionis cognitionem accipiens, hanc propositionem præscit etiam secundum tempus, scilicet quod omnis triangulus habet tres angulos duobus reëctis æquales. Sed inducens hanc assumptionem, id est quod hoc quod est in semicirculo sit triangulus, supple tempore, simul cognouit conclusionem, quia hoc inductum habet notitiam vniuersalem, sub quo continetur, vt non oportet vltimus medium querere. Et ideo subdit, quod quorundam est hoc modo disciplina, id est eorum accipitur


esse, triangulum autem hoc significare. Vnitatem uero, utroque modo & quid significet, & etiam esse. Non enim vnumquodque istorum, simili modo nobis est manifestum.

Fit autem vt cognoscamus quædam prius cognoscens. Quorundam etiam simul accipientes cognitionem, ueluti quæcunq; sunt sub vniuersali, quorum habetur cognitio. Nam omnem triangulum tres angulos duobus reëctis æquales habere antea sciimus: at id quod est in semicirculo triangulum esse simul inducens agnouimus. Hoc enim pacto nonnullas discimus rerum, & non per medium extremum cognoscimus, quæcunq; iam singulares sunt, & de nullo prædicantur subiecto.

ranantur. In maiori & minori: scita propositione maiori, nondum habetur conclusionis cognitio. Maior ergo propositio præcognoscitur conclusioni: non solum natura, sed tempore. Rursus autem si in minori propositione inducatur, siue assumatur aliquod contentum sub vniuersali propositione, quæ est maior, de quo manifestum non sit, quod sub hoc vniuersali contineatur, nondum habetur conclusionis cognitio, quia nondum erat certa veritas minoris propositionis. Si autem in minori propositione assumatur terminus, de quo manifestum sit quod continetur sub vniuersali in maiori propositione: patet veritas minoris propositionis, quæ id quod accipitur sub vniuersali, habet eius cognitionem, & sic statim habetur conclusionis cognitio. Vt si sic demonstraretur aliquis, Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus reëctis: ista cognita, nondum habetur conclusionis cognitio: sed cum postea accipitur, hæc figura in semicirculo descripta, est triangulus, statim scit quod habet tres angulos æquales duobus reëctis. Si autem non esset manifestum, quod hæc figura in semicirculo descripta esset triangulus, nondum statim inducta assumptione sciretur conclusio: sed oportet vltimus aliquid medium querere, per quod demonstraretur hanc figuram esse triangulum. Exemplificans autem Philosophus de his quæ cognoscuntur ante conclusionem prius tempore, dicit quod aliquis per demonstrationem conclusionis cognitionem accipiens, hanc propositionem præscit etiam secundum tempus, scilicet quod omnis triangulus habet tres angulos duobus reëctis æquales. Sed inducens hanc assumptionem, id est quod hoc quod est in semicirculo sit triangulus, supple tempore, simul cognouit conclusionem, quia hoc inductum habet notitiam vniuersalem, sub quo continetur, vt non oportet vltimus medium querere. Et ideo subdit, quod quorundam est hoc modo disciplina, id est eorum accipitur

Tex. c6. 11. Lec. 7.

In probe phy.



vt passio, in secundo se habet vt subiectum. Vnde Philosophus hic exemplificat de triangulo, vt passio est, non vt est subiectum: cum dicit De triangulo oportet præscire, quoniam hoc significat. Dicit etiam quod quædam sunt, de quibus oportet præscire vt rursus, scilicet quid est, & quia est. Et exemplificat de unitate quæ est principium in omni genere quantitatis. Et si enim aliquo modo sit accidens respectu substantiæ, tam in scientiis mathematicis, quæ sunt de quantitate, non potest accipi vt passio, sed vt subiectum tantum, cum in hoc genere non habeat prius. Rationem huiusmodi diuersitatis ostendit, quia non est similis modus manifestationis prædicatorum, scilicet principij, passionis, & subiecti. Non enim est eadem ratio cognitionis in ipsis. Nam principia cognoscuntur per actum componentis & diuidentis. Subiectum autem & passio, per actum apprehendentis quod quid est. Quod quidem non similiter competit subiecto & passioni, cum subiectum diffiniatur absolute: quia in diffinitione eius non ponitur aliquid, quod sit extra essentiam ipsius. Passio autem diffinitur cum dependentia ad subiectum: quod in eius diffinitione ponitur. Vnde ex quo non

commen. 4.

Ostendit Philosophus quomodo oportet præcognoscere quædam alia, antequam de conclusione cognitio sumatur, nunc vult ostendere, quomodo ipsam conclusionem contingit præcognoscere, antequam cognitio sumatur de ea per syllogismum, vel inductionem. Et circa hoc duo facit. Primo namque determinat veritatem, dicens quod antequam inducatur inductio, vel syllogismus ad faciendum cognitionem de aliqua conclusione, illa conclusio quodammodo scitur, & quodammodo non: simpliciter enim nescitur: sed solum secundum quid. Sicut si debeat probari ista conclusio, triangulus habet tres angulos æquales duobus reëctis, antequam demonstraretur, ille, qui per demonstrationem accipit scientiam eius, nescit simpliciter, sed scit secundum quid. Vnde quodammodo præscit, simpliciter autem non. Cuius quidem ratio est, quia sicut iam ostensum est oportet principia conclusionis præcognoscere. Principia autem se habent ad conclusiones in demonstratiuis: sicut cause actiue in naturalibus ad suas effectus. Vnde in secundo Physicorum propositiones syllogismi ponuntur in genere cause efficientis. Effectus autem antequam producat in actu, præexistit quidem in causis actiuis virtute: non autem actu, quod est simpliciter esse. Et similiter antequam ex principiis demonstratiuis deducatur conclusio, in ipsis principiis quidem præcognoscitur præcognoscitur conclusio virtute, non tamen actu. Sic enim in eis præexistit. Et sic patet quod non præcognoscitur simpliciter, sed secundum quid est. Secundo ibi.

Lec. præcedenti.

Tex. 31. Lec. 5.

Tex. vlt.

Excludit ex veritate determinata quandam dubitationem, quam Plato ponit in libro Menonis, sic intitulato ex nomine sui discipuli. Est autem dubitatio talis. Inducit enim quandam, omnino imperitum artis Geometricæ interrogatum ordinatæ de principiis per se notis: ex quibus geometrica conclusio concluditur, incipiendo ex principiis per se notis: ad quæ omnia illa, ignarus geometricæ, id quod verum est respondit: & sic deducendo quæstiones vsque ad conclusionem per singula verum respondit. Ex hoc igitur vult habere, quod & illi, qui videntur imperiti aliquarum artium, antequam de eis instruantur, earum notitiam habent. Et sic sequitur, quod vel

accipitur cognitio per se, & non oportet ea cognoscere per aliquid aliud medium, quod sit vltimum in resolutione, quæ mediata ad immediatam reducuntur. Vel potest legi sic. Quod vltimum, id est extremum, quod accipitur sub vniuersali medio, non cognoscatur esse sub illo vniuersali, per aliquod aliud medium. Et quæ sunt ista, quæ habent cognitionem sui vniuersalem, manifestat subdens, quod huiusmodi sunt singularia, quæ non dicuntur de aliquo subiecto: cum inter singularia & speciè nullum medium possit inueniri.

LECTIO III.



Ntequam sit inducere aut accipere syllogismum, quodammodo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non. Quod enim nesciuit si est simpliciter, hic quodammodo sciuit. Et quod duos reëctos habet hoc nesciuit simpliciter, sed manifestum est quod sic, quidem sciuit, simpliciter autem non scit.

Si vero non, Menonis ambiguitas contingit. Aut enim nihil discunt, aut quæ nouerunt.

Non enim sicut quidam argumentantur, soluere, dicendum est, Nunquid sciuitis omnem dualitatem, quoniam par est, aut non? Dicite autem sic, attulerant quandam dualitatem, quam non opinatus est esse. Soluunt enim dicentes: non cognoscere omnem dualitatem parem esse, sed quam sciunt quod dualitas sit.

Et etiam sciunt quod cuius vere demonstrationem habent, & cuius acciperunt. Acciperunt autem de omni, cuius utique sciunt quod triangulus, aut numerus sit, sed simpliciter de omni numero, & triangulo. Neque enim vna propositio accipitur huiusmodi, quod quem tu nosti numerum, aut quam nosti reëctam lineam, sed de omni.

LECTIO III.



Ntea uero, quam sit inductio uel ratiocinatio facta, partim fortasse dicendum est scire, partim nescire. Quod enim non sciuit si scit simpliciter, id quoque modo sciuit. Duobus reëctis æquales habere simpliciter: at patet hoc pacto quidem scire, quia vniuersaliter scit simpliciter uero nescire.

Quod nisi ita sit, eueniet ea profecto, quæ est in Menone dubitatio. Aut enim nihil quisquam discet, aut ea quæ scit.

Non enim ita dicendum est, ut quidam soluere eniuntur. Scis ne omnem dualitatem esse parem? Annuenu uero interrogato, offerunt ei dualitatem quandam, quam quidem non putabat esse, quare nec parem esse. Soluunt igitur non omnem se scire, dicentes esse parem dualitatem, sed eam, quam sciunt esse dualitatem.

Et tamen sciunt quidem id cuius habent demonstrationem, & acceperunt. Acceperunt autem non omnem eius, quod sciunt esse triangulum, aut numerum, sed simpliciter de omni numero, atque triangulo, demonstrationem. Nulla enim huiusmodi propositio sumitur, quem tu scis numerum, aut quam scis reëctarum linearum figuram, sed absolute de quolibet.

tia pars senarii, concluderetur quod sciret tertiam partem senarii esse numerum parem, quod erat ei incognitum, sed per demonstrationem inductam addidit. Et sic videtur sequi, quod vel non hoc addicat, vel addiderit quod prius sciuit. Vt igitur hanc dubitationem euitarent, soluebant dicentes, quod illæ interrogatus, qui respondet se scire quod omnis dualitas sit numerus par, non dixit se cognoscere omnem dualitatem simpliciter: sed illam, quam sciuit esse dualitatem. Vnde cum ista dualitas, quæ est illata fuerit ab eo penitus incognita, siue ignota, nullo modo sciuit quod hæc dualitas esset numerus par. Et sic sequitur, quod apud cognoscentem principia nullo modo conclusio sit præcognita, neque simpliciter, neque secundum quid. Tertio ibi.

Linea reëcta.

Improbat hæc solutio hoc modo. Illud scitur, de quo de monstratio habetur, vel de quo de nouo accipitur demonstratio. Et hoc dicitur propter addidit, qui incipit scire. Addidit autem non accipit demonstrationem de omni dualitate de qua sciunt: sed de omni simpliciter, & similiter de omni numero, aut de omni triangulo. Non ergo verum est, quod sciat de omni numero, quem scit esse numerum, aut de omni dualitate, quæ scit esse dualitatem: sed de omni simpliciter. Quod autem non sciat de omni numero, quæ scit esse numerum, sed de omni simpliciter, probat: ibi Neque enim vna propositio &c. Conclusio cum præmissis conuenit in terminis. Nam subiectum Poster. Diui. Tho. C 2 & prædi

Radicatum conclusionis sunt maior & minor extremitas in præmissis, sed in præmissis non accipitur aliqua propositio de numero, aut de recta linea, cum hac additione, quam tu non habes, sed simpliciter de omni. Neque ergo conclusio demonstrationis est, cum additione prædicta: sed simpliciter de omni. Quarto ibi, dicitur Ponit veram solutionem dubitationis prædictæ secundum prædeterminatam veritatem dicere, quod illud quod quis addidit, nihil prohibet primo quodammodo scire, & quodammodo ignorare, Non enim est inconueniens, si aliquis quodammodo præcitat id, quod addidit, sed esset inconueniens, si hoc modo præcognosceret, secundum quod addidit. Addidit enim proprie est, scientiam in aliquo generari. Quod autem generatur, ante generationem non fuit omnino ens: sed quodammodo ens, & quodammodo non ens. Ens quidem in potentia, non ens vero actu. Et hoc est generari, reduci de potentia in actum. Vnde nec id quod quis addidit, erat omnino prius notum, ut Plato posuit, nec omnino ignotum, ut secundum solutionem supra improbatam ponebatur. Sed erat notum potentia, sive virtute in principiis præcognitis vniuersalibus, ignotum autem actu, secundum propriam cognitionem. Et hoc est addidit reduci de cognitione potentia, seu virtuali, aut vniuersali, in cognitionem propriam & actualem.

LECTIO IIII, G

Scire autem opinamur vnumquodque simpliciter sed non sophisticum modo, quod est secundum accidens. Cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est: & quoniam illius causa est, & non est contingere hoc aliter se habere. Manifestum igitur est, quod huiusmodi aliquid scire scit. Et nanque non scientes, & scientes, hi quidem opinantur ipsi sic se habere: scientes autem & eam habent.

LECTIO QVARTA.

Rostquam ostendit Philosophus necessitatem syllogismi demonstratiui, hic iam incipit de ipso syllogismo demonstratiuo determinare. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de syllogismo demonstratiuo procedit, et hoc in secundo libro: ibi **¶** Quæstiones sunt æquales numero. **¶** Prima diuiditur in duas. In prima determinat de syllogismo demonstratiuo absolute. In secunda comparando demonstrationem vniuersalem ad demonstrationem particularem: ibi **¶** Cum autem demonstratio sit alia quidem vniuersalis. **¶** Prima in duas diuiditur. In prima determinat de syllogismo demonstratiuo. In secunda, ostendit quod non sit in demonstrationibus in infinitum procedere: ibi **¶** Est autem omnis syllogismus per tres terminos. **¶** prima diuiditur in duas. In prima determinat de syllogismo demonstratiuo per quem acquiramus scientiam. In secunda ostendit quomodo etiam in nobis per syllogismum acquiratur ignorantia: ibi **¶** Ignorantia autem secundum negationem. **¶** Circa primum tria facit. Primo determinat de syllogismo demonstratiuo ostendendo quid sit. Secundo, determinat de materia syllogismi demonstratiui: ostendendo quæ & qualia sint, ex quibus est: ibi **¶** Quoniam autem impossibile est, **¶** Tertio determinat de forma ipsius: ostendendo in qua figura præcipue fiat: ibi **¶** Figuratum autem magis faciens scire. **¶** Circa primum tria facit. Primo, ostendit de demonstratione syllogismo, quid est. Secundo, notificat quædam, quæ in diffinitione syllogismi demonstratiui ponuntur, ibi **¶** Est autem principium demonstrationis. **¶** Tertio, excludit quosdam errores, qui ex præmissis circa demonstrationem oriri possunt: ibi **¶** Quibusdam quidem igitur. **¶** Circa primum sciendum est, quod in omnibus quæ sunt propter finem, diffinitio quæ est per causam finalem, est ratio diffinitionis, quæ est per causam materialem, & medium probans ipsam: propter hoc enim oportet ut domus fiat ex lapidibus &

Tex. 1.
Lec. 37.
Lec. 31.
Lec. 27.
Lec. 9.
Lec. 5.
Lec. 7.

lignis, quia est operimentum protegens nos a frigore & estu. Sic igitur de demonstratione dat hic duas diffinitiones: quæ vna tumitur a fine demonstrationis, quod est scire. Et hæc concluditur altera, quæ tumitur a materia demonstrationis. Vnde circa hoc tria facit. Primo, diffinit ipsum scire. Secundo, diffinit demonstrationem per finem eius, qui est ipsum scire: ibi **¶** Dicimus autem scire. **¶** Tertio, ex utraque diffinitione concludit diffinitionem demonstrationis, quæ tumitur per comparationem materiae demonstrationis, ibi **¶** Si igitur est scire ut posuimus. **¶** Circa primum quinq; facit. Primo enim, determinat cuiusmodi scire sit, quod diffinitur intendit. Circa quod sciendum est, quod aliquid dicitur scire simpliciter, quando scimus id in seipso. Dicimus scire aliquid secundum quid, quando scimus illud in alio, in quo est, vel sicut pars in toto. Si autem scietes domum, dicimus scire parietem. Vel sicut accidens in subiecto, si cur scientes Coriscum, diceremur scire venientem. Vel sicut effectus in causa, sicut dicitur est supra, quod conclusionem percipimus in principiis. Vel quocumque simili modo. Et hoc est scire per accidens, quia scito aliquo per se, dicitur scire id quod accidit ei quocumque modo. Intendit igitur Philosophus diffinit scire simpliciter, non autem scire secundum accidens. Hic enim modus sciendi est sophisticus. Utitur enim sophisticæ tali modo arguendi. Cognosco Coriscum; Coriscus est veniens. ergo cognosco venientem.

Sed nihil (ut arbitror) obstat, ut id sciat, quod discit, sed si hoc pacto uelut ea ratione, qua discit, eodem modo.

LECTIO IIII.

Scire autem unamquamque rem simpliciter, sed non ut sophisticæ per accidens, arbitramur.

Cum causam, ob quam res est illius causam esse, & fieri non posse, ut res aliter se se habeat, cognoscere arbitramur.

Patet igitur ipsum scire tale quid esse. Nam & hi qui nesciunt, & hi qui sciunt ita se se habere putant, quorum ipsi scientes, & ita se se etiam habent.

re venientem. Vel sicut effectus in causa, sicut dicitur est supra, quod conclusionem percipimus in principiis. Vel quocumque simili modo. Et hoc est scire per accidens, quia scito aliquo per se, dicitur scire id quod accidit ei quocumque modo. Intendit igitur Philosophus diffinit scire simpliciter, non autem scire secundum accidens. Hic enim modus sciendi est sophisticus. Utitur enim sophisticæ tali modo arguendi. Cognosco Coriscum; Coriscus est veniens. ergo cognosco venientem.


Lec. prox.

Secundo cum dicit. **¶** Circa quod considerandum est, quod scire aliquid est perfecte cognoscere ipsum, hoc autem est perfecte apprehendere ipsius veritatem. Eadem enim sunt principia esse rei, & veritatis ipsius: ut patet ex 2. Metæ. Oportet ergo scientem si est perfecte cognoscens, quod cognoscat causam rei scire. Et propter hoc dicitur Cum causam arbitramur. **¶** Si autem cognosceret causam tantum, nondum cognosceret effectum in actu, quod non est scire simpliciter, sed virtute tantum: quod est scire secundum quid, & quasi per accidens. Et ideo oportet scientem simpliciter, cognoscere etiam applicationem causæ ad effectum. Et propter hoc dicitur **¶** Et quoniam illius causa est. **¶** Quia vero scientia est etiam certa cognitio rei, quod autem contingit aliter se habere, non potest aliquis per certitudinem cognoscere: ideo ulterius oportet quod id quod scitur non possit aliter se habere. Quia igitur scientia est perfecta cognitio, ideo dicitur **¶** Cum causam arbitramur cognoscere. **¶** Quia vero est actualis cognitio, per quam scimus simpliciter, addit **¶** Et quoniam illius est causa. **¶** Quia vero est certa cognitio, subdit. **¶** Et non est contingere aliter se habere. **¶** Tertio ibi, **¶** Manifestat positam diffinitionem propter hoc, quod tam scientes, quam non scientes, æstimantes temen se scire, hoc modo accipiunt scire sicut dictum est. Non scientes enim qui æstimant se scire, opinantur sic se habere in cogoscendo, sicut dictum est. Scientes autem vere, sic se habent. Est autem hæc recta manifestatio diffinitionis. Diffinitio enim est ratio, quam significat nomen, ut dicitur in quarto Metaphy. Significatio autem nominis accipienda est ab eo, quod intendunt communiter loquentes: p. id. n. f. nomē intēdūt significare. Vnde & in 2. Topicorū dicitur, quod nominibus vtendum est, ut plures vtantur. Si quis etiam recte consideret, per hanc notificationem magis ostenditur quid significet nomen, quod directe aliquid significetur. Non enim notificat scientiam, de qua proprie posset diffinitio

tex. 6. 11
lect. 15.
Cap. 5.

Presenti le. **¶** Scire aut opinamur &c. **¶** & non dicit. Scire est aliquid tale. Quarto ibi dicitur **¶** Cōcludit corollariū quoddam ex diffinitione, scilicet illud, de quo simpliciter est scia, oportet esse necessarium. Quinto ibi dicitur **¶** Responderet taceat quæstioni, verū. s. sit aliq; ali' modus sciendi a p. dicto. Quod pmittit se dictū in sequētib'. Est. n. scire p. effectū: ut infra patebit. Dicimus etiam aliquo modo scire ipsa principia indemonstrabilia: quorum nō est accipere causam. Sed proprius & perfectus sciendi modus est, qui prædictus est. **¶** Diffinit syllogismum demonstratiuum per operationē ad finem suum: qui est scire. Circa quod tria facit. Primo ponit quod scire est finis syllogismi demonstratiui, siue effectus eius, cum scire nihil aliud esse videatur, quam intelligere veritatem alicuius conclusionis per demonstrationem. Secundo ibi dicitur **¶** Diffinit syllogismum demonstratiuum per huiusmodi finem: dicens, quod demonstratio est syllogismus scientialis, id est, faciens scire. Tertio exponit hoc, quod dixerat scientialem: ibi **¶** Dicens quod scientialis syllogismus dicitur, secundum quod scientialem intelligeret, quo aliqua scientia vtetur. Deinde cum dicitur **¶** Concludit ex prædictis diffinitionem syllogismi demonstratiui ex materia sumptam. Et circa hoc duo facit. Primo, concludit. Secundo, manifestat: ibi **¶** Verum quidem igitur oportet scire. **¶** Circa primum tria facit. Primo, proponit consequentiam: qua demonstrationis materialis diffinitio concluditur ex præmissis: dicens, quod si scire hoc significat quod diximus, causam rei cognoscere &c. necesse est quod demonstratiua scientia, id est, quæ per demonstrationem acquiritur, procedat ex propositionibus veris, primis, & immediatis, id est, quæ nō per aliquod medium demonstratur, sed per se ipsas sunt manifestæ. Quæ qui dem immediatæ dicuntur, in quantum carent medio demonstrante: primæ autē in ordine ad alias propositiones, quæ per eas probantur. Et iterum ex notioribus, & prioribus, & causis conclusionis. Secundo ibi dicitur **¶** Excusatur se ab additione alteri' paratula, quæ videbatur apponēda: quod scilicet demonstratio ex propriis principii procederet. Sed ipse dicit, quod hoc intelligitur per ea, quæ dicta sunt. Nam quia propositiones demonstrationis sunt causæ conclusionis, necesse est quod sint propria principia eius. Oportet enim esse causas proportionatas effectibus. Tertio ibi dicitur **¶** Manifestat præmissæ consequentiæ necessitatem: dicens, quod licet syllogismus non requirat præmissas condiciones in propositionibus, ex quibus procedit: requirit tamen eas demonstrationem. Aliter enim non faceret scientiam. Deinde cum dicitur.

Lect. 25.



Manifestat positam diffinitionem: manifestans etiam quod immediate dixerat, scilicet quod nisi præmissæ condiciones demonstrationis adefsent, scientiam facere non possent. Primo ergo, ostendit, quod semper procedit ex veris ad hoc quod scientia faciat: quæ quod non est, non contingit scire: sicut diametrum esse symetrum, id est, commensurabile lateri quæ drati. Dicitur enim quantitates incommensurabiles, quarum non potest accipi aliquid mensura communis: & huiusmodi quantitates sunt, quarum non est proportio ad inuicem sicut numeri ad numerū, quod quidem contingit de diametro quæ drati & eius lateris: ut patet ex 10. Euclidis. Quod aut non est verū, nō est. Nam esse, & eē verū cōuertitur. Oportet ergo, id quod scit esse verū. Et sic cōclusio demonstrationis, quæ facit scire, oportet esse verā, & p. cōsequēs eius propositiones. Non enim contingit verū sciri ex falsis, & sic concludi possit ex eis: ut infra ostēdet. Secūdo ibi nō ostēdit quod demonstratio sit ex primis & immediatis, siue indemonstrabilibus. Non enim contingit aliquid habere scientiam, nisi habeat demonstrationem eorū, quorū potest esse demonstratio, & hoc dico p. se, & nō p. accidēs. Et hoc id dicit, quia possibile esset scire aliquā cōclusionē, nō habēs demonstrationē præmissarū, et si essent indemonstrabilia: quæ sciret eā p. alia principia, & hoc esset in accidens. Detur ergo quod aliquis demonstrator syllogizet ex demonstrabilibus, siue

¶ Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile est aliter se habere.

¶ Si igitur & alius sciendi sit modus, posterius explicabimus.

¶ At dicimus, per demonstrationem etiam scire.

¶ Demonstratiōnem autem dico rationem eam, qua scientiā efficit.

¶ Eam uero scientiam efficere dico, qua scimus, eam ipsam habendo.

¶ Si igitur ipsum scire tale est, quale posuimus, necesse est & demonstratiuam scientiam ex ueris, & primis, medioque uacantibus, & ex notioribus & prioribus ipsa conclusione causisque eiusdem esse.

¶ Sic enim erunt & ipsa principia propria eius, quod demonstratur.

¶ Nam ratiocinatio quidem sine his erit: demonstratio uero non erit, scientiam enim non faciet.

¶ Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, ut id, quod non est, sciatur: ueluti diametrum commensurabilem esse.

¶ Ex primis autem, & indemonstrabilibus esse, quia non sciet non habens demonstrationem ipsorum. Scire enim est habere demonstrationem, quorum demonstratio est, non secundum accidens.

¶ Manifestat præmissæ consequentiæ necessitatem: dicens, quod licet syllogismus non requirat præmissas condiciones in propositionibus, ex quibus procedit: requirit tamen eas demonstrationem. Aliter enim non faceret scientiam. Deinde cum dicitur.

2. Metæ. 10.
com. 4. le. 2.
cc. ex. pri.

Lec. 15. ex. 2.
po. 2.

C 3 mediatis:

mediaris: aut ergo habet illorum demonstrationem, aut non habet: si non habet, ergo non scit premissas, & ita nec conclusionem propter premissas. Si autem habet, cum in demonstrationibus non sit procedere in infinitum, ut infra ostendit, tandem erit deuenire ad aliqua immediata & indemonstrabilia.

Lec. 13. vsq; ad 36. ex inme.

Cap. 1.

Et sic demonstratio oportet quod procedat ex immediatis: vel statim, vel per aliqua media. Unde & in primo libro Topiorum dicitur, quod demonstratio est ex propriis, & veris, aut his, quae per ea sive sumperunt. Tertio ibi. Oportet quod demonstratio sit ex causis conclusionis, quia tunc scimus, cum causas cognoscimus. Et ex hoc ostendit ulterius, quod sint priores & notiores, quia omnis causa est naturaliter prior, & notior suo effectu. Oportet autem, quod causa conclusionis demonstratiuae, sit notior, non solum quantum ad cognitionem quid est, sed et quantum ad cognitionem quia est. Non enim ad demonstrandum quod eclipsis solis est, sufficit scire quod est luna interpositio, sed oportet etiam scire quod luna interponitur inter solem & terram. Et quia prius, & notius dicitur dupliciter, scilicet quo ad nos, & secundum naturam dicitur, sunt priora, & notiora simpliciter, & secundum naturam, & non quo ad nos. Et ad huiusmodi expositionem dicit, quod priora & notiora simpliciter sunt illa, quae sunt remota a sensu, ut vniuersalia. Priora & notiora quo ad nos, sunt proxima sensui, scilicet singularia, quae opponuntur vniuersalibus, sive oppositioe prioris & posterioris, sive oppositioe propinqua & remoti.

In princ. co. 3.

Tex. c. 2.

LECTIO V. **S**t autem principium demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est, qua non est altera prior.

Videtur autem contrarium huius haberi in 1. Physic. ubi dicitur, quod vniuersalia sunt priora quo ad nos, & posteriora secundum naturam. Sed dicendum est, quod hic loquitur de ordine singularis ad vniuersale simpliciter, quorum ordinem oportet accipere secundum ordinem cognitionis sensitiuae, & intellectiuae in nobis. Cognitio autem sensitiua est in nobis prior intellectiua, quia intellectualis cognitio ex sensu procedit in nobis. Unde & singulare est prius & notius quo ad nos, quam vniuersale. In 1. autem Physic. non ponitur ordo vniuersalis ad singulare simpliciter, sed magis vniuersalis ad minus vniuersale, ut puta, animalis ad hominem, & sic oportet quod quo ad nos, vniuersalis sit prius, & magis notum. In omni enim generatione, quod est in potentia, est prius tempore, & posterius natura. Quod autem est completum in actu, est prius natura, & posterius tempore. Cognitio autem generis, est quasi potentialis, in comparatione ad cognitionem speciei, in qua actu sciuntur omnia essentialia rei. Unde & in generatione scientiae nostrae, prius est cognoscere magis commune quam minus commune. Item, in libro Physic. dicitur quod innata est nobis via ex nobis notioribus. non ergo demonstratio sit ex his quae sunt priora simpliciter, sed quo ad nos. Sed dicendum, quod hic loquitur secundum quod, id quod est in sensu, est notius quo ad nos, eo quod est in intellectu. Ibi autem secundum quod id, quod est notius quo ad nos, est etiam in intellectu. Ex singularibus autem quae sunt in sensu, non sunt demonstrationes, sed ex vniuersalibus tantum, quae sunt in intellectu. Vel dicitur

dum, quod in omni demonstratione, oportet quod procedatur ex his, quae sunt notiora quo ad nos, non tamen singularibus, sed vniuersalibus. Non enim aliquid potest fieri nobis notum, nisi per id, quod est magis notum nobis. Quandoque autem id quod est magis notum quo ad nos, est etiam magis notum simpliciter, & secundum naturam, sicut accidit in mathematicis, in quibus propter abstractionem a materia, non sunt demonstrationes nisi ex principiis formalibus. Et in talibus sunt demonstrationes ex his, quae sunt notiora simpliciter. Item, quandoque id, quod est notius quo ad nos non est notius simpliciter, sicut accidit in naturalibus, in quibus essentiae & virtutes rerum, per hoc quod in materia sunt, sunt occultae, sed innotescunt nobis per ea, quae exteriora de ipsis apparent. Unde in talibus sunt demonstrationes ut plurimum per effectus, quae sunt notiores quo ad nos, & non simpliciter. Nunc autem non loquitur de hoc modo demonstrationum, sed de primo. Quia vero in hac manifestatione hoc etiam omiserat manifestare, quod demonstratio est ex propriis principiis, consequenter subdit, quod habetur etiam ex praemissis. Per hoc enim quod dicitur, quod demonstratio est ex primis, habetur quod sit ex propriis principiis, sicut & superius dictum est. Idem enim videtur esse primum & principium. Nam primum in vnoquoque genere & maximum, est causa omnium eorum, quae sunt post, ut dicitur in secundo Metaphysicæ.

Causa etiam sint oportet, & notiora, ac priora. Causa, quia tunc scimus, cum cognoscimus causam. Priora siquidem, & causae sunt, & antea cognita, non illo modo solum, quid significant, sed altero etiam modo. Dupliciter autem sunt priora notiora. Non enim idem est prius natura & nostra ex parte prius, neque notius & nobis etiam notius. Atque ea quidem ad nos priora, notioraue dico. quae propinquiora sensui sunt, ea vero simpliciter priora notioraue: quae a sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quae sunt vniuersalia maxime. Propinquissima vero, singularia ipsa. Atque haec inter se se opponuntur. Ex primis autem esse, nihil aliud est, quam ex propriis principiis esse. Idem enim primum, atque principium dico.

LECTIO V. **S**t autem demonstratio principium propositio medio vacans. Ea vero medio vacat, qua nulla est alia prior.

hoc enim quod dicitur, quod demonstratio est ex primis, habetur quod sit ex propriis principiis, sicut & superius dictum est. Idem enim videtur esse primum & principium. Nam primum in vnoquoque genere & maximum, est causa omnium eorum, quae sunt post, ut dicitur in secundo Metaphysicæ.

LECTIO QVINTA. **V**ia superius Philosophus dixerat quod demonstratio est ex primis, & immediatis, & haec ab ipso nondum manifestata erant, ideo inrendit ista manifestare. Et diuiditur in tres partes. In prima parte ostendit quid sit propositio immediata. In secunda, ostendit quod oportet huiusmodi propositiones esse notiores conclusioni, ibi. Quoniam autem oportet credere & scire. In tertia excludit quosdam errores, qui ex praedictis occasionem habebant, ibi. Quibusdam quidem igitur. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quid sit propositio immediata. Secundo diuidit eam: ibi. Immediata autem principij. Circa primum hoc modo procedit. Primo nanque resumptum quod supra dictum est, scilicet quod principium demonstrationis sit propositio immediata. Nam etiam supra dixerat, quod demonstratio est ex primis & immediatis. Secundo, ibi. Immediata autem, diffinitur immediatam propositionem, & dicit quod immediata propositio est, qua non est altera prior. Cuius quidem notificationis ratio ex praedictis patet. Dicitur enim supra, quod demonstratio ex prioribus est. Quandoque igitur aliqua propositio est mediata, id est habens medium, per quod demonstratur praedicatum de subiecto, oportet quod priores ea sint propositiones, ex quibus demonstratur. Nam praedicatum conclusionis per prius inest medio, quam subiecto, cui etiam per prius inest medium, quam praedicatum. Relinquitur ergo, quod illa propositio, quae non est altera prior, sit immediata. Tertio ibi.

T.c. 4. l. 1. expo. prima.

Lect. p. re. ex. 9.

Lec. immo seq. lec. 7.

Lect. 4.

Lect. 4. l. 1. expo. 8.

Ostendit

Propositio est quae ponitur in diffinitione immediatae propositionis. Et circa hoc tria facit. Primo nanque diffinitur propositio simpliciter, quod propositio est altera pars enunciationis, in qua praedicatur vnum de vno. Habet enim enuntiatio duas partes, affirmationem & negationem.

Oportet enim quod omnis syllogizans alteram earum proponat, non autem vtramque. Hoc enim est proprium eius, qui a principio quaestionem mouet. Unde per hoc separatur propositio a problema. Sicut enim in vno syllogismo non concluditur nisi vnum, ita oportet quod propositio, quae est syllogismi principium, sit vna. Vna autem est in qua est vnum de vno. Unde per hoc quod Philo sophus dicit, vnum de vno, separatur propositio ab enunciatione, quae dicitur plures, in qua plura de vno, vel vnum de pluribus dicitur. Secundo, ibi.

Propositio autem est enunciationis altera pars, vnum de vno. Dialectica similiter est accipiens quamlibet. Demonstratiua alterum determinate, quoniam verum est. Enunciatio autem contradictionis quamlibet partem. Contradictio autem est oppositio, cuius non est medium secundum se inuenire. Pars autem contradictionis, quae quidem aliquid de aliquo, affirmatio est, quae vero aliquid ab aliquo, negatio est.

Immediata autem principij syllogistici, positionem quidem dico, quam non est demonstrare, neque est necesse habere docendum quemlibet. Quam vero necesse est habere docendum quemlibet, dignitatem, vel maximam propositionem. Sunt enim quaedam huiusmodi. Hoc enim maxime in huiusmodi nomen consueuimus dicere.

Positionis autem, quae est quamlibet partium enunciationis accipiens, ut dico aliquid esse,

et in proponendo accipit vtramque partem contradictionis, & quaerendo vtramque ponit. Demonstratiua autem propositio accipit alteram partem determinate, quia nunquam habet demonstratiua viam nisi ad vnum demonstrandum. Unde etiam semper proponendo, accipit vtramque partem contradictionis. Propter hoc etiam non interrogat, sed sumit quod demonstrat, quasi notum. Tertio ibi.

Diffinitur enunciationem quae ponitur in diffinitione propositionis, dicens, quod enuntiatio complectitur vtramque partem contradictionis, ut ex dictis patet. Quid autem sit contradictio, consequenter ostendit, dicens, quod contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se. Quamuis enim in priuatione, & in habitu, & in contrariis immediatis, non sit medium circa determinatum subiectum, tamen est medium simpliciter, nam lapis neque egeus, neque videns, & alium, neque par, neque impar est. Hoc etiam quod habens de immediate circa determinatum subiectum, habent in quantum aliquid participant contradictionis. Nam priuatio est negatio in subiecto determinato. Et alterum etiam contrarium immediatarum est habens aliquid contradictionis. Sed contradictio simpliciter in omnibus caret medio. & hoc non habet ab alio, sed ex seipso, & propter hoc dicit quod eius non est medium secundum se. Exponit etiam consequenter quid sit pars contradictionis, est enim contradictio oppositio affirmationis & negationis. Unde altera pars eius est affirmatio, quae praedicat aliquid de aliquo, altera vero negatio, quae remouet aliquid ab aliquo. Deinde cum dicit.

Diuiditur immediatam principium. Et circa hoc duo facit. Primo diuidit. Secundo subdiuidit, ibi. Positionis autem quaedam. Dicit ergo primo, quod immediatam principium syllogismi est duplex. Vnum quidem quod dicitur positio, quam non contingit demonstrare, & ex hoc immediatum dicitur, neque tamen aliquid docendum, id est qui doceri debet in demonstratiua scientia, necesse est habere, id est esse conspicere, sive ei assentire. Aliud vero est, quod dicitur

aitur dignitas, vel maxima propositio, quam necesse est habere in mente, & ei assentire, quemlibet qui doceri debet. Et manifestum est quod quaedam principia talia sunt, ut probatur quarto Metaphysicæ, de hoc principio, quod affirmatio & negatio non sunt simul vera, quorum contrarium nullas credere mente potest, & si ore proferat. Et in talibus vnum nomine praedicto, scilicet dignitatis, vel maximae propositionis, propter huiusmodi principiorum certitudinem ad manifestandum alia. Ad huius autem diuisionis manifestationem sciendum est, quod quamlibet propositio, cuius praedicatum est in ratione subiecti, est immediata, & per se nota, quantum est de se. Sed quaedam propositionum termini sunt tales, quae sunt in notitia omnium, sicut ens, & vnum, & alia, quae sunt entis, in quantum ens. Nam ens est prima conceptio intellectus. Unde oportet quod tales propositiones non solum in se, sed etiam quod ad nos, quasi per se nota habeantur. Sicut quod non contingit idem esse & non esse, & quod totum sit maius sua parte, & similia. Unde & huius principia omnes scientiae accipiunt a metaphisica, cuius est considerare ens simpliciter, & ea, quae sunt entis. Quaedam vero propositiones sunt immediatae, quarum termini non sunt apud omnes notii. Unde, licet praedicatum sit de ratione subiecti, tamen quia diffinitio subiecti non est omnibus nota, non est necessarium quod tales propositiones ab omnibus concedantur. Sicut haec propositio. Omnes

Propositio altera enunciationis est pars, vnum de vno complectens

Differendi quidem, quae vtramvis accipit. Demonstrandi vero, quae definit alterum, quod est verum,

Enunciatio est contradictionis vtraque pars. Contradictio est oppositio, cuius nullum per se medium est. Contradictionis partium, ea quidem quae quippiam cuiuspiam adiungitur, affirmatio dicitur. Ea vero, quae quippiam a quoquam semouetur, negatio nuncupatur.

Principiorum autem ratiocinandi vacantium medio, id quod quidem, fieri nequit, ut demonstretur, quodque non necesse est eum habere, qui discendo, quoduis est percepturus: positio nominatur. Quod vero necesse est habere docendum quemlibet, dignitas appellatur. Sunt enim talia quaedam, quae se se offerunt hisce qui discunt ad vnamquamque scientiam perdiscendam. Atque talibus hoc potissimum nomen tribuere consueuimus.

Rursus ea quidem positionum, quae vtramvis enunciationis accipit partem esse inquam quippiam, aut

physica, cuius est considerare ens simpliciter, & ea, quae sunt entis. Quaedam vero propositiones sunt immediatae, quarum termini non sunt apud omnes notii. Unde, licet praedicatum sit de ratione subiecti, tamen quia diffinitio subiecti non est omnibus nota, non est necessarium quod tales propositiones ab omnibus concedantur. Sicut haec propositio. Omnes

nes recti anguli sunt aequales, quantum est in se, est per se nota, sive immediata, quia aequalitas cadit in diffinitione anguli recti. Angulus enim rectus est, quem facit linea recta, super aliam lineam rectam cadens: ita quod ex vtraque parte anguli reddantur aequales. Et ideo, cum quadam positione recipiuntur huiusmodi principia. Est & alius modus, quo aliquae propositiones, dicuntur suppositiones. Sunt enim quaedam propositiones, quae non possunt probari nisi per principia alterius scientiae, & ideo oportet quod in illa scientia supponantur, licet probentur per principia alterius scientiae. Sicut a puncto ad punctum, est rectam lineam ducere, supponit geometria, & probat naturalis: ostendens quod inter quemlibet duo puncta sit linea recta media. Deinde cum dicit.

Subdiuidit alterum membrum primae diuisionis, scilicet positionem: dicens, quod quaedam positio est, quae accipit aliquam partem enunciationis, scilicet affirmationem, vel negationem, quod significat, cum dicit, ut dico esse aliquid, aut non esse. Et haec positio, suppositio, dicitur, quia tanquam veritatem poster. Diui. Tho. C 4 habens

T.c. 9. l. 6. tex. 3.

habens supponitur. Alia autem est positio, quæ non significat esse, vel non esse, sicut diffinitio, quæ positio dicitur. Ponitur enim ab arithmetico diffinitio unitatis, tanquam quoddam principium, scilicet, quod unitas est indivisibilis secundum quantitatem. Sed tamen diffinitio non ponitur suppositio. Illud enim proprie supponitur, quod verum vel falsum significat. Et ideo subdit, quod id non idem est, quod quid est unitas, quod neque verum, neque falsum significat, & esse unitatem, quod quid significat verum, vel falsum. Sed potest queri cum diffinitio non sit propositio significans esse vel non esse, quomodo ponatur in subdiuisione immediatæ propositionis. Sed dicendum, quod in subdiuisione non sumit immediatam propositionem ad subdiuendum, sed immediatam principium. Principium autem syllogismi dici potest non solum propositio, sed etiam diffinitio. Vel potest dici, quod licet diffinitio in se non sit propositio in actu, est tamen in uirtute, quia cognita diffinitione apparet diffinitionem de subiecto vere prædicari.

LECTIO VI.

ostquam ostendit philosophus quæ sunt immediata principia, hic de eorum cognitione determinat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod immediata principia sunt magis nota conclusione. Secundo ostendit, quod falsitas contrariorum debet esse notissima, ibi Non solum autem &c. Circa primum tria facit. Primo, proponit intentionem, dicens, quod quia omnia nos credimus alicui rei conclusæ, & scimus ea per hoc, quod habemus syllogismum demonstratiuum, & hoc quidem est inquirere scimus syllogismum demonstratiuum, necesse est non solum præcognoscere prima principia conclusionis, sed etiam ea magis cognoscere, quam conclusionem. Addidit autem, aut omnia, aut quædam, quia quædam principia probatione indigent, ad hoc quod sint nota, & antequam probentur, non sunt magis nota conclusione. Sicut, quod angulus exterior trianguli ualeat duos æquales intrinsecos sibi oppositos, antequam probetur, ita ignotum est, sicut quod triangulus habet tres angulos æquales duobus relictis. Quædam uero principia sunt, quæ statim posita, sunt magis nota conclusione. Vel aliter, quædam conclusiones sunt, quæ sunt notissimæ, ut puta per sensum sumptæ, quæ acceptæ, sicut quod sol eclipsetur. Vnde principium per quod probatur non est notum magis simpliciter, scilicet quod luna interponatur inter solem & terram, licet sit magis notum in uia rationis procedentis ex causa in effectum. Vel aliter hoc ideo dicit, quia etiam

aut non esse, suppositio quidem est. Quæ uero sine hoc, diffinitio est. Diffinitio enim quædam est positio. Ponit enim arithmeticus unitatem indivisibile esse, secundum quantitatem. Suppositio autem non est. Id enim, quod quid est unitas, & esse unitatem, non idem est.

LECTIO VI.

Quoniam autem oportet credere, & scire rem in huiusmodi habendo syllogismum, quem uocamus demonstrationem, est autem hoc quod est scire ea, ex quibus est syllogismus, necesse est non solum præcognoscere prima, aut omnia, aut quædam, sed etiam magis.

Semper enim, propter quod unumquodque & illud magis est, ut propter quod amamus, illud amicum magis est. Quare si quidem scimus per prima, & credimus, illa scimus & credimus magis, quoniam propter illa, & posteriora.

Non potest autem credere magis quæ scit, quæ non contingunt, neque sciens, neque melius dispositus, quam sciens, si contingit. Accidit autem hoc, nisi aliquis præcognouerit per demonstrationem creditum.

Magis enim necesse est credere omnibus principiis, aut quibusdam, quam conclusioni, debent habere scientiam per demonstrationem.

dixerat supra, quod quædam principia tempore prius cognoscuntur, quam conclusio, quædam uero simul tempore nota sunt cum conclusione. Secundo, ibi.

Probat propositum dupliciter. Primo ratione ostensura, scilicet. Propter quod unumquodque & illud magis, sicut si amamus alicuiem, propter alterum, ut si magister propter discipulum, discipulum amamus magis. Sed conclusiones scimus & eis credimus propter principia. Ergo multo magis scimus principia, & magis eis credimus, quam conclusioni. Attendendum est autem circa hanc rationem, quod causa semper est potior effectui suo. Quando ergo causa & effectus conueniunt in nomine, tunc illud nomen magis prædicatur de causa, quam de effectu, sicut ignis est magis calidus, quam ea, quæ per ignem calefit. Quandoque uero causa, & effectus non conueniunt in nomine, & tunc licet nomen effectus non conueniat cause, tamen conuenit ei aliquid dignius, sicut & si in sole non sit calor, est tamen virtus in eo quædam, quæ est principium caloris. Deinde, cum dicitur.

LECTIO VI.

Utrum autem credere, scire, quæ rem oportet talem rationem habendo, quam demonstrationem uocamus, hæc uero sunt, quæ sunt ea, ex quibus extruitur ratio, necesse est non solum antea prima ipsa, uel omnia, uel aliqua cognoscantur, sed etiam magis noscantur.

Semper enim illud est tale magis, ob quod unumquodque est tale. Vel uti magis, id est dilectum, atque amatum, ob quod amamus, atque diligimus. Quare si ob prima scimus, ac credimus, illa sane scimus ac credimus magis, quoniam ob illa & ipsa scimus posteriora.

Fieri autem non potest, ut ea magis quisquam, quæ nescit, & circa quæ non melius dispositus est, quam si scierit, quam ea, quæ cognoscit, credat atque assentiat. At euenit id profecto, si non prius cognouerit principia quæ sunt, quam ea, quæ per demonstrationem creduntur.

Magis enim principiis, aut omnibus, aut quibusdam credere, quam conclusioni necesse est ei, qui per demonstrationem, scientiam est habuiturus.

principia non sint magis nota conclusione. Litera sic exponitur. Neque sciens, neque alius melius dispositus in cognoscendo, quam sciens, si contingeret alicui esse talem, quod dicitur propter intelligentem principia, de quo adhuc non est manifestum, si non potest magis credere quæ non contingunt sciri ab eo, his, quæ iam scit. Accidit autem hoc, nisi aliquis de numero credentium conclusionem per demonstrationem præcognouerit, id est magis nouerit principia. In græco planius habetur sic. Non est autem possibile credere magis his, quæ nouit, qui non existit, nec sciens, neque melius dispositus, quam si contingerit, sciens. Tertio, ibi.

Exponit quod dixerat, dicens, quod hoc, quod dictum est, quod magis necesse est credere principiis, aut omnibus, aut quibusdam, quam conclusioni, intelligendum est de illo, qui debet accipere disciplinam per demonstrationem. Si enim aliunde conclusio esset nota, sicut per sensum, nihil prohiberet principia non esse magis nota conclusione in uia illa. Deinde, cum dicitur.

ostquam determinauit philosophus de cognitione principiorum demonstrationis, hic excludit errores ex prædeterminata ueritate exortos. Et circa hoc tria facit. Primo ponit errores. Secundo, rationes errantium; ibi Supponentes quidem igitur. Tertio, excludit rationum radices; ibi Nos autem dicimus. Dicit ergo primo quod ex una ueritate superiorum determinata, duo errores contrarii sunt exorti. Determinatum est enim supra, quod oportet principia demonstratiuis præcognoscere, immo quod oportet etiam magis scire. Sed primum horum sufficit ad propositum. Propter hoc autem uidetur quibusdam, quod nullius rei sit scientia. Quibusdam autem uidetur quod sit scientia, & quod omnium possit haberi scientia per demonstrationem. Neutri autem istorum est uerum, nec necessario sequitur ex rationibus eorum. Deinde cum dicitur.

Ponit rationes quibus in prædictos errores incidunt. Et primo ponit rationem dicentium quod non est scientia, quæ talis est. Principia præcognoscuntur conclusione, ut supra habitum est, & sic quædo principia cognoscuntur, nondum conclusio est cognita. Si igitur principia non essent magis cognita quam conclusio, sequeretur quod homo, uel plus, uel æqualiter cognosceret ea, quæ non nouit, quam ea quæ nouit. Hoc autem impossibile est. Ergo impossibile est quod

ostendit quod non solum magis oportet cognoscere principia quam conclusionem demonstratiuam, sed etiam nihil debet esse certius, quam quod opposita principiis sint falsa. Et hoc ideo, quia oportet scientem non esse incredibilem principis, sed firmissime eis assentire. Quicumque autem dubitat de falsitate ueritatis oppositorum, non potest firmiter in hære re opposito: quia se performat de ueritate alterius oppositi.

At quæ distantes putantes concurrere, tum geometricæ, tum ingometricæ est. Duplex est enim ingometricum, & perinde atque informe: atque alterum ex eo, quia nihil habet geometricæ, ut informe, quod uacat forma: alterum ex eo, quia aliquid eius prave completitur, ut informe, quod turpem habet formam sedamque. At hæc ignorantia, & quæ ex talibus est principis Geometriæ contraria est.

monstratiuis, sit syllogismus ex oppositis scientie, id est ex falsis procedens, aut paralogismus, scilicet peccans in forma: qui non est syllogismus, sed apparet. Deinde cum dicitur,

Soluit secundam questionem dicens, quod est interrogatio de Geometria, id est de his, quæ pertinent ad geometriam

Lex. præd. imine.

Tex. c. 23.

Cap. 1.

vtrum interrogatur de aliquo aliquis, quod est contra veritatem geometricæ. Sicut si fiat questio, de hoc quod est & parallelas subire, id est lineas quæ distantes concurrere, est quodammodo geometrica, & quodammodo non geometrica. Sicut enim arithmeton, id est, quod est sine rithmo, vel sono dupliciter dicitur.

In doctrinis autem similiter non est paralogismus: eo quod medium sit semper dupliciter, & de hoc enim omni: & hoc iterum de alio dicitur omni. Quod autem prædicatur non dicitur omne. Hæc autem sunt ut videre est intellectu. Sed in rationibus latet, vtrum omnis circulus figura sit. Si autem scribatur manifestum est. Quod autem sunt carmina circulus, manifestum quoniam non est.

Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiua. Sicut enim neque propositio est, quæ non est in pluribus (non enim ita erit in omnibus) ex vniuersalibus autem est syllogismus, manifestum est quod neque instantia est. Eadem enim sunt propositiones & instantia. Quam enim fert instantiam, hæc fiet utique propositio, aut demonstratiua, aut dialectica.

Contingit autem quosdam non syllogistice dicere propter id, quod accipiunt vtrisque inheretia. ut & Ceneus facit quod ignis in multiplicata analogia sit. Nanque ignis cito generatur, sicut dicit, & hoc analogia.

Cum autem secundum sex locos sophisticos fiat paralogismus in dictione, ex his accipit unum paralogismum: qui fit secundum æquiuocationem, ostendens, quod talis paralogismus in scientiis demonstratiuis esse non potest: de quo tamen magis videtur. Dicit ergo, quod & in doctrinis non fit paralogismus, scilicet syllogismus peccans in forma, sicut in dialecticis. In demonstratiuis enim oportet medium idem semper esse dupliciter: id est ad duo extrema comparari. Quia & de medio maior extremitas vniuersaliter prædicatur: & medium vniuersaliter de minori extremitate. Sed quod prædicatur, non dicitur omne, id est signum vniuersale non ponitur ad prædicatum. In fallacia vero æquiuocationis est quidem idem medium secundum vocem, non autem secundum rem. Et ideo quando in voce proponitur, later. Sed si ad sensum demonstratur, non potest esse aliqua deceptio. Sicut hoc nomen circulus, æquiuoce de figura dicitur, & de poemate. Similiter & in rationibus, id est in argumentationibus latet, id est deceptio potest accidere, ut si dicitur. Omnis circulus est figura, poema Homeri est circulus. Ergo poema Homeri est figura. Si vero scribatur ad sensum circulus, nulla potest esse deceptio: manifestum enim erit, quod carmina non sunt circulus. Sicut autem hæc deceptio excluditur per hoc, quod medium demonstratur ad sensum: ita & in demonstratiuis excluditur per hoc, quod medium demonstratur ad intellectum. Cum enim aliquid diffinitur, ita se habet ad intellectum, sicut id quod sensibilibus describitur, se habet ad visum. Et ideo dicit, quod hæc scilicet diffinita in demonstratiuis scientiis, sunt, quæ videntur in intellectu. In demonstratiuis autem proceditur semper ex diffinitionibus. Vnde non potest ibi esse deceptio æquiuocationis, & multominus secundum

alias fallacias in dictione. Deinde cum dicitur, Ostendit, quod non potest fieri paralogismus in demonstratiuis, secundum fallaciam extra dictionem. Et quia huiusmodi paralogismus frequenter obuiatur ferendo instantiam, per quam ostenditur defectus in forma syllogizandi, ideo primo ostendit, qualiter ferenda est instantia in demonstratiuis. Secundo ostendit, quod in eis non potest esse paralogismus secundum fallaciam extra dictionem: ibi & Contingit autem quosdam. Dicit ergo primo, quod non oportet in demonstratiuis istam instantiam in ipsum ferre. i. in aliquem paralogismum, sumendo aliquam propositionem inductiuam, id est particularem. Nam inductio ex particularibus procedit, sicut syllogismus ex vniuersalibus. Et hoc ideo est, quia in demonstratiuis non sumitur propositio, nisi quæ est in pluribus. Nisi enim sit in pluribus, non est in omnibus. Oportet autem syllogismum de monstratiuis ex vniuersalibus procedere. Vnde manifestum est, quod neque instantia potest esse in demonstratiuis, nisi vniuersalis, quia eadem sunt propositiones & instantia. Tamen in dialecticis quam in demonstratiuis, illud quod sumitur ut instantia, postea vnitur ut propositio, ad syllogizandum contrarium eius quod probat. Deinde cum dicitur,

In mathematicis autem non similiter fraus fit cum disseritur: quia medium est semper duplex. Nam alter extremorum de hoc omni: & hoc rursum, id est eundem de altero dicitur, atque prædicatum non dicitur omne. Hæc autem licet quasi cernere mentis perceptione, in disserendi vero facultatis disceptionibus latent. Est ne omnis circulus figura? si designauerit, patet. Sed quidnam vltra? Carmina ne sunt circulus? Continuo patet non esse.

Atque non oportet inficiationem ad ipsum afferre, si sit propositio inductiua. Ut enim neque propositio est ea, quæ non ad plura se extendit, (non enim erit de omnibus) ex vniuersalibus autem extruit ratiocinatio, sic patet nec eam inficiationem esse, quæ vniuersalis non est. Etenim eadem sunt propositiones, inficiationesque, Nam quam assert quispiam inficiationem, ea uel disseredi, uel demonstrandi propositio fieri potest.

Fit autem ut quidam uitiöse concludant, propterea quod eos medios sumunt, qui terminos utroque sequuntur. Quale quidem facit & Ceneus, igne gigni multiplicata ratione concludens hoc pacto. Ignis, ut dicit, celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem non constare ratiocinatio nequit. Sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio: & ignem celerrime generatio.

Ostendit, quod in demonstratiuis non accidit deceptio per paralogismos extra dictionem. Et sicut ostendit supra, quod non erat paralogismus in dictione in demonstratiuis, ostendit de uno paralogismo, qui fit secundum fallaciam æquiuocationis: ita hic ostendit, quod in demonstratiuis non est paralogismus extra dictionem, ostendendo de uno, qui fit secundum fallaciam consequentis. Patet enim quod secundum alias fallacias extra dictionem non potest fieri paralogismus in demonstratiuis. Neque enim secundum accidens, cum demonstrationes procedant ex his quæ sunt per se. Neque secundum quid, & simpliciter, cum ea quæ in demonstrationibus sumuntur, sint vniuersaliter, & semper, & non secundum quid. Circa ergo hoc duo facit. Primo ostendit, qualiter fiat paralogismus secundum fallaciam consequentis. Secundo, quod ex hoc modo non accidit deceptio in demonstratiuis: ibi & Aliquando quidem. Dicit ergo primo, quod quosdam non contingit syllogistice dicere. id est non seruare formam syllogismi, propter hoc, quod accipiunt vtrunque inheretiam, id est quia accipiunt medium affirmatiue prædicatum de utroque extremorum, quod est syllogizare in secunda figura ex duabus propositionibus affirmatiuis, quod facit fallaciam consequentis. Sicut facit quidam Philosophus nomine Ceneus, ad ostendendum, quod ignis sit in multiplicata analogia, id est quod in maiori quantitate generatur ignis, quam fuerit corpus ex quo generatur: eo quod ignis cum sit rarissimum corpus, per rarefactionem ex aliis corporibus generatur. Vnde oportet, quod materia prioris corporis sub maioribus dimensionibus extendatur, formam ignis assumens. Ad hoc autem probandum utebatur tali syllogismo. Quod generatur ex multiplicata analogia, cito generatur: sed ignis

Lex. præd.

ignis cito generatur. ergo ignis generatur ex multiplicata ana-

logia. Deinde cum dicit. **¶** Ostendit, quod per hunc modum syllogizandi non accidit deceptio in demonstratiuis scientiis. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat, quod ex hoc modo syllogizandi non semper accidit deceptio: di-

g Aliquando quidem igitur syllogizare non contingit ex acceptis, aliquando vero contingit, sed non videtur. **h** Si autem esset impossibile ex falso verum monstrare, utique facile esset resolvere. Conuertentur enim ex necessitate. Sit enim A esse: hoc autem cum sit & ea vtrique sunt, quæ noui, quoniam sunt, ut B: ex his demonstrabo quod illud est.

i Conuertuntur autem magis quæ sunt in mathematicis, quoniam nullum accidens recipiunt: sed in hoc differunt ab his quæ sunt in dialogis, sed diffinitiones.

K Augentur autem non per media, sed in post assumendo ut A de B hoc autem de C iterum hoc de D & hoc in infinitum. Et in latius, ut A de C & de E ut est numerus quantus finitus, aut infinitus. Hoc autem in quo fit A: impar numerus quantus in quo B, numerus impar in quo fit C. Est itaq; A de C & est par quantus numerus, in quo fit D par numerus in quo est E. Est ergo A de E.

LECTIO XXIII.

¶ Ed quia differt & propter quid scire. Primum quidem in eadem scientia, & in hac dupliciter. Vno quidem modo, si non per non medium fiat syllogismus. Non enim accipit prima causa.

Sicut si conuerso arguatur sic, Est animal. ergo est homo. Sed si præmissa est falsa, conclusione existente vera, tunc accidit deceptio in conuertendo. Sicut si dicam, Si asinus est homo, est animal, ergo si est animal, est homo. Si ergo falsus esset impossibile ostendere verum, & semper oporteret verum ostendi ex veris, tunc facile esset resolvere conclusionem in principia absque deceptioe, quia nulla falsitas esset, si ex conclusione inferretur aliqua præmissarum. Tali enim suppositione facta, conuertetur de necessitate conclusio & præmissa, quantum ad veritatem. Sicut enim præmissa existente vera, conclusio est vera, ita & conuerso. Sit enim, quod A sit, & hoc postea, sequitur, eadem esse de quibus certum est nihil quod sunt vera: sicut B. Vnde cum vtrunque sit verum, ex hoc etiam, scilicet ex B potero iterum intret A. Sic ergo vna ratio est quod deceptio non accidit in demonstratiuis scientiis, per fallaciam consequentis: quia in demonstratiuis scientiis impossibile est syllogizari ex falsis, sicut ostensum est supra. Secunda rationem ponit ibi.

In terminis enim conuertibilibus non accidit deceptio per fallaciam consequentis, eo quod in his consequentia conuertitur. Illa vero, quæ sunt in mathematicis, id est in demonstratiuis scientiis, ut plurimum sunt conuertibilia, quia non accipiunt pro medio aliquid prædicatum per accidens, sed solum

diffinitiones: quæ sunt demonstrationis principia, ut ostensum est. Et in hoc differunt ab his, quæ sunt in dialogis. In dialecticis syllogismis, in quibus frequenter recipiuntur accidentia. Tertiam rationem ponit ibi.

Interdum igitur fieri nequit, ut ex his, quæ sumuntur ratiocinatio construatur, interdum vero fieri potest, sed non cernitur.

Quod si fieri non posset, ut verum ostendatur ex falsis, facile esset resolvere. Conuersio namque necessaria fieret. Si enim A verum, quod cum sit, hæc sunt, quæ quidem esse scio, veluti B. Ex his igitur illud esse ostendam.

Conuertuntur autem ea magis, quæ in mathematicis sunt: quia nullum accidens, sed diffinitiones, accipiunt, atque hoc etiam ipso a differendi differunt facultate.

Accrescit etiam ratiocinatio non per media sed assumendo: nam A de B sumitur, & hoc de C, & hoc rursus de D atque hoc in infinitum procedit. Versus quoque latius eius fit incrementum: A namque de C atque de E concluditur. Si enim A quidem numerus absolute, B vero simpliciter numerus impar: & C definitus numerus impar: A igitur de C concluditur. Altera rursus in parte, D quidem sit par numerus simpliciter sumptus, E vero definitus numerus par. A igitur de E concluditur.

LECTIO XXIII.

¶ Differt autem scire esse & propter quid est: primo quidem in eadem scientia. Atque in hac dupliciter, uno quidem modo, si ratiocinatio non per ea, quæ uacant medio fiat: non enim prima sumitur causa: scientia autem eius propter

tus, aut est finitus aut infinitus. Et hoc ponat in quo fit A. esse finitum vel infinitum. Sed impar est numerus quantus. Et hic scilicet numerus quantus, ponatur in quo fit B, sed numerus impar ponatur in quo fit C. Sequitur ergo, quod A prædicetur de C id est quod numerus impar sit numerus finitus vel infinitus. Et similiter potest iterum concludi de numero pari, & per idem medium. Potest autem & hæc pars, quæ incipit ibi, Augentur autem, introduci aliter. Ut quia dixerat, quod in demonstratiuis assumuntur diffinitiones pro mediis, vnius autem rei vnicæ est diffinitio, ex hoc sequitur, quod demonstrationes non augeantur per media.

LECTIO XXIII.

¶ Ostendit Philosophus determinauit de demonstratione propter quid, hic ostendit differentiam inter demonstrationem quia, & demonstrationem propter quid. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit differentiam vtriusque in eadem scientia. Secundo in diuersis: ibi. Alio autem modo. Circa primum duo facit. Primo, ponit differentiam differentiarum vtriusque demonstrationis in eadem scientia. Secundo, manifestat per exempla: ibi. Vt quod prope sunt planetæ. Dicit ergo primo. Superius dictum est, quod demon-

Sec. 16. expo.

stratio est syllogismus faciens scire, & quod demonstratio ex causis rei, procedit ex primis & immediatis. Quod intelligendum est de demonstratione propter quid. Sed tamen differt scire, quia ita est, & propter quid ita est. Et cum demonstratio sit syllogismus faciens scire, ut dictum est, oportet etiam, quod demonstratio quæ facit scire quia, differat a demonstratione, quæ facit scire propter quid. Et hæc quidem differentia consideranda est in eadem scientia, postea consideranda est in diuersis. In vna autem, dicitur dupliciter differre vtriusque prædicatum, secundum duo, quæ requirebantur ad demonstrationem simpliciter, quæ facit scire propter quid. scilicet quod sit ex causis, & sit ex immediatis.

Vno igitur modo differt scire quia, ab hoc, quod est scire propter quid, quia scire quia est, si non fiat syllogismus demonstratiuus per non medium, id est per immediatum, sed fiat per mediata. Sic non accipietur prima causa, cum tamen scientia, quæ est propter quid, sit secundum primam causam. Et ita non erit scientia propter quid. Alio modo differt scire quia est, est quando fit syllogismus non quidem per media, id est per mediata, sed per immediata, & non fit per causam: sed fit per conuertentiam, id est per effectus conuertibiles & immediatos. Et ista talis demonstratio fit per notius, scilicet nobis, alias non faceret scire. Non enim peruenimus ad cognitionem ignoti, nisi per aliquid magis notum. Nihil enim prohibet duorum æquæ prædicantium, id est conuertibilium, quorum vnum sit causa, & aliud effectus, notius esse aliquando non causam, sed effectum magis. Nam effectus aliquando est notior causa, quod ad nos & secundum sensum, licet causa sit notior simpliciter, & secundum naturam. Et ita per effectum notioris causæ, potest fieri demonstratio, non faciens scire propter quid, sed tantum quia. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat prædictam differentiam per exempla. Et diuiditur in duas partes. In prima, manifestat exemplum de demonstratione quia, quæ est per effectum: ibi. Amplius in quibus medium. In prima, ponit exemplum de syllogismo, qui fit per effectum conuertibilem. In secunda de syllogismo, qui fit per effectum non conuertibilem: ibi. In quibus autem media. In prima diuiditur in duas partes, secundum duo exempla, quæ ponit. Secunda pars incipit ibi. Item sic lunam. Circa primum duo facit. Primo ponit exemplum de demonstratione quia, quæ est per effectum. Secundo, docet quomodo posset conuerti in demonstrationem propter quid: ibi. Contingit autem. Dicit ergo primo, quod demonstratio quia, est per effectum. Vt si-

¶ Contingit autem & per alterum alterum monstrare: & erit per propter quid demonstratiuonem. Vt sit Cerraticæ: in quo B prope esse, A non scintillare. Est igitur & B in C: quare & in C A & in B A, quod est non scintillare. Et erit propter quid syllogismus. Accepta est enim prima causa.

¶ Item sic lunam demonstrant quia per incrementa circularis sit. Sic quidem igitur ipsius quia factus est syllogismus, eodem modo differt scire quia est, est quando fit syllogismus non quidem per media, id est per mediata, sed per immediata, & non fit per causam: sed fit per conuertentiam, id est per effectus conuertibiles & immediatos. Et ista talis demonstratio fit per notius, scilicet nobis, alias non faceret scire. Non enim peruenimus ad cognitionem ignoti, nisi per aliquid magis notum. Nihil enim prohibet duorum æquæ prædicantium, id est conuertibilium, quorum vnum sit causa, & aliud effectus, notius esse aliquando non causam, sed effectum magis. Nam effectus aliquando est notior causa, quod ad nos & secundum sensum, licet causa sit notior simpliciter, & secundum naturam. Et ita per effectum notioris causæ, potest fieri demonstratio, non faciens scire propter quid, sed tantum quia. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat prædictam differentiam per exempla. Et diuiditur in duas partes. In prima, manifestat exemplum de demonstratione quia, quæ est per effectum: ibi. Amplius in quibus medium. In prima, ponit exemplum de syllogismo, qui fit per effectum conuertibilem. In secunda de syllogismo, qui fit per effectum non conuertibilem: ibi. In quibus autem media. In prima diuiditur in duas partes, secundum duo exempla, quæ ponit. Secunda pars incipit ibi. Item sic lunam. Circa primum duo facit. Primo ponit exemplum de demonstratione quia, quæ est per effectum. Secundo, docet quomodo posset conuerti in demonstrationem propter quid: ibi. Contingit autem. Dicit ergo primo, quod demonstratio quia, est per effectum. Vt si-

Le. ime. se.

quis concludat, quod planetæ sunt prope, propter hoc, quod non scintillant. Non enim non scintillare est causa quod planetæ sint prope, sed conuerso. Propter hoc enim non scintillant planetæ: quia sunt prope. Stellæ enim fixæ scintillant: quia visus in comprehensione earum caligatur propter earum distantiam.

¶ quid est per primam su causam. Alio vero modo, si per ea quidem quæ uacant medio, non tamen per causam: sed per notius eorum, quæ conuertuntur efficiuntur. Atque nihil prohibet ut eorum, quæ de se se mutuo prædicantur, notius interdum sit id, quod non est causa. Quare demonstratio per B id ipsum efficietur.

¶ Veluti vagæ stellæ esse prope, quia non micant. Vagæ stellæ sunt C non micare B: prope esse collocetur in A. Verè igitur B dicitur de C: uagæ namque stellæ non micant. At uere etiam A de ipso dicitur B, quod enim non micat, id est propinquum. Hoc autem per inductionem vel sensum sumatur. A igitur necesse est ipsi competere C. Quare demonstratum est vagas esse propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est. Non enim quia non micant, vagantes stellæ ideo sunt prope, sed quia sunt prope, ideo non micant.

¶ Fieri etiā potest, ut per alterū alterū ostendatur: atque tunc erit ipsius propter quid est, ratiocinatio. Nam stellæ vagantes quidem sint C, prope autem esse in B & non micare collocetur in A. Et B igitur competit ipsi C. Nam vagantes stellæ sunt prope: & A constat ipsi competere B ea namque non micat, quæ prope sunt. Quibus sit ut A quoque competit ipsi C. Atque hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est. Nam si præmissa est ipsa causa prima.

¶ Rursus sit ut Luna per accretiones demonstratur esse rotunda, quæ admodum quidam demonstrat. Nam si rotundum est id omne quod sic accrescit: Luna autem sic

alterum demonstrare alterum, id est propter hoc, quod est prope esse, demonstrare quod non scintillant, & sic erit demonstratio propter quid. Vt sit Cerraticæ. id est accipiat stella erratica, minor extremitas. In quo B, sit prope, id est prope esse, accipiat ut medius terminus, quod supra erat maior extremitas. A fit non scintillare. id est, accipiat non scintillare, maior extremitas, quod supra erat medius terminus. Est igitur & B in C, quia omnis planeta prope est, & A est in B, quia omnis planeta, qui prope est, non scintillat. Quare sequitur, quod & A fit in C, scilicet, quod omnis planeta non scintillet. Et sic est syllogismus propter quid, cum accepta sit prima & immediata causa. Deinde cum dicit.

Tex. c. 30.

Le. 13. te. expo. 8.

Non enim ideo est circularis luna, quia sic augetur: sed quia circularis est, ideo talia augmenta recipit.

Uerfo autem in syllogismo propter quod. Deinde cum dicitur. Ostendit quod sit demonstratio quia, per effectum non conuenientem, dicens quod illis etiam syllogismis in quibus media non conuertuntur cum extremis, & accipitur ut notius quo ad nos, scilicet loco medii, quod non est causa, sed magis effectus, demonstratur quod quia, sed non propter quod. Et quidem si tale medium conuertatur cum maiori extremitate, & excedat minorem, manifestum est, quod conueniens fit syllogismus. Sicut si probecur de uenere quod sit prope, quia non scintillar. Si autem econuerso minor terminus esset in plus quam medium: non esset conueniens syllogismus. Non enim potest de stella vniuersaliter concludi, quod sit prope, propter hoc quod non scintillar. In comparatione autem ad maiorem terminum, est econuerso. Nam si medium sit in minus quam maior terminus, conueniens fit syllogismus. Sicut si per hoc, quod est motu progressi uo, probetur de aliquo quod habeat animam sensibilem. Si autem sit in plus, non fit conueniens syllogismus. Nam ab effectu, qui a pluribus causis procedere potest, non potest vna illarum concludi. Sicut non potest concludi, quod aliquis habeat febrē, ex excitatione pulsus.

Uerfo, aut posito medio, ipsius propter quod fit. Non enim propter augmenta circularis est: sed quia circularis est, accipit augmenta huiusmodi. Luna in quo C: in quo B augmentum fit: in quo A circularis.

In quibus autem media non conuertuntur, sed transcendent, & est notius quod non est causa quia demonstratur quidem, sed propter quod, non.

LECTIO XXIII.

Mplius in quibus medium extra ponitur, & in his enim ipsius quia, non propter quod demonstratio est. Non enim dicitur causa.

At quare non respirat paries, quia non est animal. Si enim hoc causa est non respirandi, oportet animal causam esse respirandi. Ut si negatio causa est ipsius non esse, affirmatio est esse. Sicut si sine mensura esse calida & frigida non sanandi causa est, & cum mensura esse sanandi causa est. Similiter autem est si affirmatio ipsius esse, & negatio non esse. In his autem sic demonstratis, non contingit quod dictum est. Non enim oē respirat animal.

Syllogismus autem fit huiusmodi causę in media figura. Ut sit A animal, in quo B respirare, in quo C parias. In B quidem igitur omni est A, omne enim respirans animal est, in C autē nullo. Quare B in C nullo est. Non igitur respirat paries.

Comparatur huiusmodi causarum secundum excellentiam

LECTIO XXIII.

ostquam manifestauit Philosophus per exempla, qualiter demonstratur quia per effectum, hic ostendit qualiter demonstratur quia per non immediata. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum. Secundo ostendit, qualiter in hōiō demonstrationibus media se habeat ad conclusiones: ibi Comparantur autē hōiō &c. Circa primum tria facit. Primo proponit intentum. Secundo, manifestat per exempla: ibi Ut quia non respirat. Tertio, ordinat in forma syllogistica: ibi Syllogismus autē. Dicit ergo primo, quod solū in his, quod probatur per effectum demonstratur quia, & non propter quod: sed etiam in quibus medium extraponitur. Dicitur autē medium extraponi, quod est diuersum a maiori termino, ut accidit in syllogismo negatiuis.

Vel medium extraponi dicitur, quod medium est quasi cōius, & non conuertitur cum maiori termino. Quod autem per tale medium non possit demonstrari propter quod, probat ex hoc, quod demonstratio propter quod, est per causam. Tale autem medium non est per causam proprie loquendo. Deinde cum dicitur.

accrescit, perspicuum est lunam esse rotundam. Atque hoc quidem modo ea facta, est rōcinatio: quia ipsum esse ostenditur. At si medium contra ponatur, extruetur ipsius propter quod est rōcinatio. Non enim ob excretiones tales, rotunda est luna, sed quia est figura rotunda, ideo talia sciuntur incrementa. Atque sit in C luna: rotundum in B sit accrescere ponatur in A.

In quibus autem ipsa media non conuertuntur, & est id notius, quod non est causa, ostenditur quidem esse ipsum autē propter quod est, non demonstratur.

LECTIO XXIII.

Ratere in his, quibus medium extra ponitur, & in his enim ipsius esse, non propter quod, est demonstratio. Non enim dicitur causa ipsa.

Veluti propter quod paries non respirat, quia non animal est. Nam si hoc non respirandi causa est, oportet animal respirandi causam esse. Cuius negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi. Ut si calidum, ac frigidum intemperatio sanitatem non habendi causa est, eorundem temperatio sanitatem habendi causa est. Pari quoque modo, si affirmatio essendi causa est. Ad hęc autem, hęc hoc pacto assignata, non accomodatur id, quod est dictum. Non enim animal omne perspirat.

Atque rōcinatio causę talis in media fit figura. A nanque sit animal B respirare, paries C. Igitur ipsum A cuiuslibet quidem B competit, omne nanque quod respirat animal est, nulli autem uerit C. Quare neque B cuiuspiam competit C. Paries igitur non respirat.

Tales uero causę similes sunt hisce quę per exuperationem dicuntur.

coniugetur cum animali, quod est medium secundum negationem. Et sic oportet, quod maior sit affirmatiua & minor negatiua. Quod quidem nunquam fit in prima figura: sed solum in secunda. Accipiat ergo animal A, id est medium terminus B respirare, id est maior extremitas, & paries C, id est minor extremitas. Sit ergo A in omni B, quia omne respirans est animal. In nullo autem C est A, quia nullus paries est animal. Quare sequitur, quod etiam B in nullo C sit, id est quod nullus paries respiret. Si autem acciperetur medium propinquum, esset demonstratio propter quod. Ut si ostenderetur, quod paries non respiret, quia non habet pulmonem. Omne enim habens pulmonem, respirat, & econuerso. Deinde cum dicitur.

Ostendit, quomodo media se habeant ad conclusionem dicens, quod huiusmodi causę remotę comparantur dictis secundum excellentiam, quia excedunt cōmunitatem conclusionis probandę

probandę. Et huiusmodi medium contingit dicere, quod est multum distans. Ut patet in probatione Anacharsidis, qui probat, quod apud Scythas non sunt sibilatores, propter hoc, quod non sunt ibi uites. Hoc enim est medium valde remotum. Propter quod enim esset, non habere vinum, & adhuc propinquius, non bibere vinum, ex quo sequitur letitia cordis quę mouet ad cantandum, ut sic sibilatio pro cantu intelligatur. Vel melius potest dici, quod sibilus hic accipitur non pro quolibet cantu: sed pro cantu uindictam, quod uocat celeuma. Deinde cum dicitur.

Epilogat quod dixerat, dicens: quod hęc sunt differentię syllogismi quia, ad syllogismum, qui est propter quod, in eadem scientia, & secundum eorundem positionem, id est eorū qui habet eundem ordinem. Quod dicitur ad remouendum illud, quod post dicit, quod una scientia est subaltera.

LECTIO XXV.

Lio autem modo differt propter quod ab ipso quia, quod est per aliam scientiam utrumque speculari.

Huiusmodi autem sunt quęcunque sic se habent adinuicem, quod alterum sub altero est: ut Speculatiua ad Geometriam: & Machinatiua, ad Stereometriam, & Harmonica ad Arithmetica: & Apparentia ad Astrologiam.

Fere autem uniuersę sunt harum quędam scientiarum: ut astrologia mathematica, quę & naualis est, & harmonica, & mathematica, quę est secundum auditum.

Hoc enim ipsum quia, sensibile est scire: sed propter quod mathematicorum. Hi enim

quod in diuersis scientiis considerantur, id est quod ad unam scientiam pertinet propter quod, & ad aliam scientiam, quia. Secundo cum dicitur.

Manifestat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum in scientiis, quarum una est sub altera. Secundo in scientiis, quarum una non est sub altera: ibi Multę autem non sibi. Circa primum duo facit. Primo ostendit, qualiter se habeant scientię adinuicem, quarum una est sub altera, ad quarum unam pertinet propter quod, ad alteram autem quia. Secundo ostendit, quomodo in predictis scientiis ad unam eorundem pertinet quia, & ad aliam propter quod: ibi Hoc enim ipsum &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quomodo predictę scientię se habeant adinuicem secundum ordinem. Secundo ostendit, qualiter se habeant adinuicem secundum cōuenientiam ibi Fere autem uniuersę. Dicit ergo primo, quod huiusmodi scientię sunt, scilicet ad quarum unam pertinet quia: ad aliam autem propter quod, quęcunque sic se habent adinuicem, quod altera est sub altera. Hoc autem contingit dupliciter. Vno quidem modo, quod subiectum unius scientię, est species subiecti superioris scientię: sicut animal est species corporis naturalis, & ideo scientia de animalibus est sub scientia naturali. Alio autem modo, quando subiectum inferioris scientię, non est species subiecti superioris scientię: sed subiectum inferioris scientię, comparatur ad subiectum superioris, sicut materialis ad formale. Et hoc modo accipit hic unam scientiam esse sub altera, sicut speculatiua, id est per se habet ad geometriam. Geometria enim est de linea & aliis magnitudinibus. Per se autem est circa lineam determinatam ad materiam, id est circa lineam visualem. Linea autem uisualis: non est species lineę simpliciter, si-

cut nec triangulus ligneus est species trianguli. Non enim ligneus est differentia trianguli. Et similiter Machinatiua, id est scientia de fabricis machinis, se habet ad Stereometriam, id est ad scientiam quę est de mensurationibus corporum. Et hæc scientia dicitur esse sub scientia per applicationem formalis ad materiam. Nam mensurę corporum simpliciter comparantur ad mensuras linearum & aliarum materiarum, quę requiruntur ad machinas per applicationem formalis ad materiam. Et similiter se habet harmonica, id est musica, ad arithmetica. Nam musica, applicat numerum formalem, quem considerat arithmetica ad materiam, id est ad sonos. Et similiter se habet apparetia, id est scientia naualis, quę considerat signa apparetie serenitatis, vel tempestatis, ad astrologiam, quę considerat motus & situs astrorum. Deinde cum dicitur.

Hoc autē est medium id dicere, quod superat causam, cuius generis est Anacharsidis illud, in scythia modulatrix non sum, nam neque uites.

In eadem igitur scientia, & in eadem positione, hęc sunt differentię rōcinationis ipsius esse, ad ipsius propter quod est rōcinationem.

LECTIO XXV.

Lio uero modo differunt esse, & propter quod est, quod per aliam, a que aliam utrumque consideratur.

Tales autem sunt hęc, quę ita se habent ut altera sub altera collocetur, ut ad Geometriam Perspectiua: & ad solidorum scientiam, machinarum facultas extruendarum, & ad Arithmetica Musica: & ad Astrologia se se habet eorū scientia, quę apparet.

Atque harum nonnullę scientiarum nomine, ratione fere conueniunt, cę astrologia est, & ipsa mathematica & nauigadi scientia, & musica, ea est, quę mathematica, & quę auditum oblectat.

Hic enim ipsum quidem esse ad eos pertinet scire qui sensu utuntur, ipsum autem propter quod est ad

dam autem per applicationem principiorum mathematicorum ad res materiales, sicut astrologia dicitur mathematica & naturalis scientia, & similiter harmonica, id est musica dicitur mathematica, & quę est secundum auditum, id est practica musica, quę cognoscit ex experientia auditus, sonos. Vel potest dici, quod sunt uniuersę, quia etiam in nomine speciei conueniunt. Nam & naualis dicitur astrologia, & practica musica, dicitur musica. Dicit autē fere, quia hoc non contingit in omnibus, sed in pluribus. Manifestat, quomodo in predictis scientiis ad unam scientiam pertinet quia, & ad aliam propter quod. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod scientię, quę sub se continent alias, habent dicere propter quod. Secundo, quomodo scientię, quę sub eis continentur, habent dicere propter quod, respectu aliarum scientiarum: ibi Habet autem se. Sciendum ergo est, quod circa primum, quod in omnibus prænominatis scientiis, illę quę continentur sub aliis, applicant principia mathematica ad sensibilia. Quę autem sub se continent alias, sunt magis mathematicę. Et ideo dicit primo Philosophus, quod scire quia, est sensibile, id est scientiarum inferiorum, quę applicant ad sensibilia: sed scire propter quod, est mathematicorum, id est scientiarum, quarum principia non applicantur ad sensibilia. Huiusmodi autem habent demonstrare ea, quę sumuntur ut causę in inferioribus scientiis. Et quia potest aliquis dicere, quod qui sciret propter quod, sciret & de necessitate quia, conuenienter hoc remouet dicens, quod multoties illi, qui sciunt propter quod, nesciunt quia. Et hoc manifestat per exemplum. Scilicet considerat eas, multoties nesciunt quędam singularia, propter hoc, quod hoc non intendunt per considerationem. Sicut qui scit omnem mulam esse sterilem, nescit de ista, quam non considerat. Et similiter

Post. Diu. Tho. B a mathe-

mathematicus qui demonstrat propter quid, nescit quandoq; quia, quia non applicat principia superioris scientiæ ad ea, quæ demonstrantur in inferiori scientia. Et quia dixerat quod scire propter quid, est mathematicorû, vult ostendere cuiusmodi genus causæ a mathematicis sumatur. Vnde dicit, quod ista scientiæ, quæ accipiunt propter quid a mathematicis, sunt alterum quid dam, id est differunt ab eis secundum substantiam, scilicet in quantum applicant ad materiam. Vnde huiusmodi scientiæ sunt specieb; id est formalib; principis, quæ accipiunt a mathematicis. Mathematica enim scientiæ sunt circa species. Non enim horum consideratio est de subiecto, id est de materia, quia quamuis, de quibus Geometria considerat, sint in materia, sicut linea, superficies, & huiusmodi: non tamen considerat de eis geometria, secundum quod sunt in materia, sed secundum quod sunt abstracta. Nam geometria, ea quæ sunt in materia secundum esse, abstrahit a materia secundum considerationem. Scientiæ autem subalternatæ econuerso, accipiunt ea, quæ sunt considerata in abstractione a geometria, & applicant ad materiam. Vnde patet, quod geometria dicitur propter quid in istis scientiis secundum causam formalem. Deinde cum dicitur, ostendit etiam, quod scientia subalternata dicitur propter quid non respectu subalternatæ: sed respectu cuiusdam alterius. Perspectiua enim subalternatur geometriæ. Et si cõparemus perspectiuam ad geometriam, perspectiua dicitur quia, & geometria propter quid. Sed sicut perspectiua subalternatur geometriæ, ita scientia de iride subalternatur perspectiue. Applicat enim principia, quæ perspectiua tradit simpliciter, ad determinatam materiam. Vnde ipsius physici qui tractat de iride, est scire quia: sed perspectiuus, est scire propter quid. Dicit enim Physicus conuersionem visus ad nubem aliquo modo dispositam ad solem, esse causam iridis. Propter quid autem, sumit a perspectiuo. Deinde cum dicitur, ostendit, quomodo quia, & propter quid, in diuersis scientiis non subalternis differunt. Et dicit, quod multæ scientiarum, quæ non sunt subinueniunt, sic se habent adinuicem, scilicet quod ad vnam pertinet quia, & ad alteram pertinet propter quid. Sicut patet de medicina & geometria. Non enim subiectum medicinæ sumitur sub subiecto geometriæ, sicut subiectum perspectiue. Sed tamen ad aliquam conclusionem in

habent causarum demonstrationes, & multoties nesciunt ipsum quia. Sicut vniuersale considerantes multoties quædam singularium nesciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hæc quæcunque alterum quiddam sunt secundum substantiam: & vtuntur speciebus. Mathematicæ enim circa species sunt, non enim de subiecto aliquo. Si enim & de subiecto aliquo geometricæ sunt, sed non secundum quod de subiecto sunt.

e Habet autem se scientiæ de iride ad perspectiuam, sicut hæc ad geometriam: & alia ad istam, vt est id, quod est de iride. Ipsum quidem, quia physici est scire: sed propter quid perspectiuus aut simpliciter, aut secundum doctrinam.

f Multæ autem & non sibi inuicem scientiarum, habent se sic vt medicina ad geometriam. Quod enim vulnera circularia tardius sanantur medici est scire quia: propter quid autem, geometriæ.

LECTIO XXVI.

Figurarum autem magnis faciens scire, maxime prima est. Mathematica enim scientiarum per hanc primam figuram demonstrationes ferunt, vt Arithmetica, & Geometria. & Perspectiua. & fere dicere est quæcunque propter quid faciunt speculationem. Aut enim omnino, aut sicut frequētius, & in pluribus per hanc figuram, qui est propter quid, fit syllogismus. Quare & per hanc erit faciens scire, propter quid speculari.

quod quæ talis est. Quod quid est, potissimum locum in demonstrationis scientiis habet, quia sicut dictum est, diffinitio aut est principium demonstrationis, aut conclusio, aut demonstratio positione differens. Ad inuestigandum autem diffinitionem, sola prima figura conuenit. Nam in sola prima figura concluditur vniuersalis affirmatiua, quæ sola competit ad scientiam quod quid est. Nam quod quid est, per affirmationem cognoscitur. Prædicatur enim diffinitio de diffinito affirmatiue, & vniuersaliter. Non enim quidam homo est animal bipes, sed omnis homo. Ergo prima figura maxime est faciens scire, & accomoda demonstratio. Tertiam rationem ponit ibi. Quæ talis est. Alie figuræ in demonstrationibus indigent prima: prima autem non indiget aliis. Ergo prima figura efficacius facit scire, quam alie. Quod autem alie figuræ indigent prima, ex hoc manifestum est, quod oportet ad perfectam scientiam habendam, quod propositiones mediata, quæ sumuntur in demonstrationibus ad immediata reducatur. Quod quid est fit dupliciter, scilicet densando media, & augmentando. Densando quidem: quando medium acceptum coniungitur mediatae vtriq; extremo, vel alteri. Vnde quando accipiuntur media alia, inter medium primum, & extrema, fit quasi quedam condensatio mediourum. Sicut si acciperetur primo sic. Omne E est C: omne C est A, & deinde inter C & E, sumatur medium D, & inter C & A medium B. Augmentando autem, quando medium est immediatum minori extremitati, & mediatum maiori. Tunc enim oportet accipere plura media alia, supra medium primum acceptum. Vt si dicatur. Omne E est D, omne D est A, etiam postea supra D accipiatur alia media. Hæc autem condensatio, & augmentatio mediourum fit solum per primam figuram: tum, quia solum in prima figura concluditur vniuersalis affirmatiua, tum, quia solum in prima figura medium sumitur inter extrema. In secunda autem medium accipitur extra extrema, quasi prædicatum de eis. In tertia vero figura, infra extrema, quasi subiectum de eis. Deinde cum dicitur, Docet et quomodo propositio negatiua possit esse immediata. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentum, dicens, quod sicut contingit omne A esse in B individualiter, id est immediate: sic & conceditur non esse, id est ita potest concedi, quod propositio significans A non esse in B sit immediata. Vnde exponit, quid est, individualiter esse, vel non

medicina consideratam, applicabilia sunt principia geometriæ. Sicut quod vulnera circularia tardius sanantur, medici est scire quia, qui hoc experitur, sed propter quid scire, est geometriæ, ad quem pertinet cognoscere, quod circulus est figura sine angulo. Vnde partes circularis vniuersis, non appropinquant sibi, vt possint de facili coniungi. Sciendum autem est, quod illa differentia quia, & propter quid, quæ est secundum diuersas scientias, continetur sub altero dictorum modorum, scilicet licet quando fit demonstratio per causam remotam.

mathematicos ipsos. Hi nanque causarum demonstrationes habent. Et persepe nesciunt ipsum esse quemadmodum hi, qui contemplantur ipsum vniuersale, nonnulla singularium, quia non animaduertunt, sepe numero nesciunt. Hæc autem sunt, quæ formis ipsis utuntur, quæ quidem sunt alia quædam, substantiæque diuersa. Mathematica nanque scientiæ sunt, circa formas. De nullo, n. subiecto dicuntur. Nam & si geometrica ipsa sunt in subiecto, non tamen vt in subiecto sunt, geometricæ considerationi subiiciuntur.

LECTIO XXVI.

Ostendam Philosophus determinauit de materia syllogismi, hic determinat de forma ipsius, ostendens in qua figura præcipue fiat syllogismus demonstratiuus. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quod syllogismus demonstratiuus, maxime fit in prima figura. Et quia in prima figura proceditur etiam ex negatiuis, & oportet demonstratione ex immediatis procedere, ostendit in secunda parte, quomodo contingit propositione negatiuam esse immediatam: ibi. Sicut autem esse A in B & C. Primum ostendit tribus rationibus. Quarum prima talis est. In quacunque figura maxime fit syllogismus propter quid, figura ista maxime est faciens scire, & propter hoc est magis accommodata demonstrationibus: cum demonstratio sit syllogismus faciens scire. Sed in prima figura maxime fit syllogismus propter quid. Quod patet ex hoc, quod mathematicæ scientiæ vt Arithmetica, & geometria, & quæcunque alie propter quid demonstrant, vt plurimum figura prima vtuntur. Ergo prima figura est maxime faciens scire & maxime accommodata demonstrationibus. Causa autem, quare demonstratio propter quid maxime fit in prima figura, est hæc. Nam in prima figura, medium terminus subiicitur maiori extremitati, quæ est prædicatum conclusionis: & prædicatur de minori termino, qui est subiectum conclusionis. Oportet autem in demonstrationibus propter quid, medium esse causam passionis, quæ prædicatur a conclusione de subiecto. Et vnus modus dicendi per se, est quando subiectum est causa prædicati, vt interfectus interit, sicut supra dictum est, & hoc competit primæ figuræ, in qua medium subiicitur maiori extremitati, vt dictum est. Secundam rationem ponit ibi.

Ut autem perspectiua se se habet ad geometriam: sic alia se se habet ad perspectiuam, veluti de iride. Nam ipsum quidem esse ad naturalem pertinet scire, ipsum autem propter quid est, ipsius est perspectiuus: aut simpliciter, aut eius, qui complectitur mathematicam.

LECTIO XXVI.

Prima autem rationationis figura, maxime ad scientiam ipsam accommodatur. Mathematica scientiæ nãque vt Arithmetica, Geometria, & perspectiua, per hanc, vt patet, suas afferunt demonstrationes, atq; etiam omnes fere, quæ ipsis propter quid est, faciunt considerationem. Aut. n. omnino, aut persepe & in plurimis, hac in figura ipsius propter quid est, exteritur ratio. Quare propter hoc etiam ipsum maxime ad scientiam erit accommodata. Propriissimus enim sciendi modus est, contempleri ipsum propter quid est.

scientiæ vt Arithmetica, & geometria, & quæcunque alie propter quid demonstrant, vt plurimum figura prima vtuntur. Ergo prima figura est maxime faciens scire & maxime accommodata demonstrationibus. Causa autem, quare demonstratio propter quid maxime fit in prima figura, est hæc. Nam in prima figura, medium terminus subiicitur maiori extremitati, quæ est prædicatum conclusionis: & prædicatur de minori termino, qui est subiectum conclusionis. Oportet autem in demonstrationibus propter quid, medium esse causam passionis, quæ prædicatur a conclusione de subiecto. Et vnus modus dicendi per se, est quando subiectum est causa prædicati, vt interfectus interit, sicut supra dictum est, & hoc competit primæ figuræ, in qua medium subiicitur maiori extremitati, vt dictum est. Secundam rationem ponit ibi.

lect. 16. te. expo. 5.

Quæ

lect. 16. te. expo. 5.

b Postea ipsius quod quid est, scientiam, per solam hanc primam figuram venari possibile est. In media quidem enim figura, non fit categoricus syllogismus: sed ipsius quod quid est scientia affirmationis est. In vltima autem fit quidem, sed non vniuersaliter: sed quod quid est vniuersalius est. Non enim quodam modo est animal bipes homo.

c Amplius, hæc quidem illis nihil indiget, illæ autem per hanc densantur & augmentantur, quousque vtique ad immediata veniant. Manifestum igitur est, quod maxime proprium scientiæ prima figura.

d Sicut autem esse A in B contingit individualiter, sic & non esse conceditur. Dico autem in diuidualiter esse, aut non esse, cum nihil est eorum medium.

e Cum igitur aut A quidem, aut B in toto quodam sint, aut ambo, non contingit A in B primo non esse. Sit enim A in toto C, igitur si B non est in toto C, potest enim A esse quidem in quodam toto: sed B non esse in hoc, syllogismus erit quod non sit A in B. Si enim in A quidem omni est C, in B autem nullo est C, in nullo B est A. Similiter autem est & si B in toto quodam est vt in D. D autem in omni B est: A autem in nullo B erit per syllogismus. Eodem autem modo demonstrabitur, & si vtraque in quodam toto sunt.

f Quod autem contingit B non esse in quo toto est A: aut iterum A in quo est B: manifestum ex coordinationibus est,

quod quæ talis est. Quod quid est, potissimum locum in demonstrationis scientiis habet, quia sicut dictum est, diffinitio aut est principium demonstrationis, aut conclusio, aut demonstratio positione differens. Ad inuestigandum autem diffinitionem, sola prima figura conuenit. Nam in sola prima figura concluditur vniuersalis affirmatiua, quæ sola competit ad scientiam quod quid est. Nam quod quid est, per affirmationem cognoscitur. Prædicatur enim diffinitio de diffinito affirmatiue, & vniuersaliter. Non enim quidam homo est animal bipes, sed omnis homo. Ergo prima figura maxime est faciens scire, & accomoda demonstratio. Tertiam rationem ponit ibi. Quæ talis est. Alie figuræ in demonstrationibus indigent prima: prima autem non indiget aliis. Ergo prima figura efficacius facit scire, quam alie. Quod autem alie figuræ indigent prima, ex hoc manifestum est, quod oportet ad perfectam scientiam habendam, quod propositiones mediata, quæ sumuntur in demonstrationibus ad immediata reducatur. Quod quid est fit dupliciter, scilicet densando media, & augmentando. Densando quidem: quando medium acceptum coniungitur mediatae vtriq; extremo, vel alteri. Vnde quando accipiuntur media alia, inter medium primum, & extrema, fit quasi quedam condensatio mediourum. Sicut si acciperetur primo sic. Omne E est C: omne C est A, & deinde inter C & E, sumatur medium D, & inter C & A medium B. Augmentando autem, quando medium est immediatum minori extremitati, & mediatum maiori. Tunc enim oportet accipere plura media alia, supra medium primum acceptum. Vt si dicatur. Omne E est D, omne D est A, etiam postea supra D accipiatur alia media. Hæc autem condensatio, & augmentatio mediourum fit solum per primam figuram: tum, quia solum in prima figura concluditur vniuersalis affirmatiua, tum, quia solum in prima figura medium sumitur inter extrema. In secunda autem medium accipitur extra extrema, quasi prædicatum de eis. In tertia vero figura, infra extrema, quasi subiectum de eis. Deinde cum dicitur, Docet et quomodo propositio negatiua possit esse immediata. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentum, dicens, quod sicut contingit omne A esse in B individualiter, id est immediate: sic & conceditur non esse, id est ita potest concedi, quod propositio significans A non esse in B sit immediata. Vnde exponit, quid est, individualiter esse, vel non

A esse, scilicet quando affirmatiua, vel negatiua non habet medium per quod probetur. Secundo ibi, e Manifestat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo propositio negatiua sit mediata. Secundo, quomodo immediata: ibi. Si vero neutrum &c. Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum. Secundo ostendit, quodammodo quod supposuerat ibi. Quod autem contingit B non esse, &c. Dicit ergo primo quod cum A, id est, maior terminus, aut B, id est minor terminus sunt in quodam toto, sicut species in genere, aut etiam ambo sunt sub aliquo genere diuersorum non contingit A non esse in B primo, id est, non contingit quod hæc propositio, nullum B est A, sit immediata. Et primo manifestat hoc, quod A scilicet est in quodam toto, scilicet in C: B autem in nullo. Vt puta si A sit homo, C autem substantia, B quantitas, potest syllogismus fieri ad probandum, quod A nullum B in se per hoc, quod C omni A inest, B autem nulli C, vt si fiat syllogismus in secunda figura. Omnis homo est substantia, nulla quantitas est substantia, ergo nulla quantitas est homo. Et similiter est, si B, id est terminus minor sit in quodam toto, vt in D: A autem non sit in aliquo toto, syllogizari poterit, quod A sit in nullo B. Vt sic, A substantia, B linea, D quantitas, & fiat syllogismus in prima figura sic. Nulla quantitas est substantia, omnis linea est quantitas, ergo nulla linea est substantia. Eodem autem modo poterit demonstrari conclusio negatiua: si vnum

Deinde hac tantum figura ipsius quid est, venari scientiam possumus. In figura nanque media, nulla fit affirmatiua ratiocinatio: scientia vero ipsius quid est, affirmationis nimirum est. In vltima vero fit quidem, at non est vniuersalis, vt patet: ipsum autem quid est, vniuersalium esse constat. Non enim aliqua ex parte homo est animal bipes.

In super, hæc figura caterarum non indiget figurarum, at indigent huius illæ profecto. Nam hac densantur, at que accrescunt, quousque ad ea perueniant, quæ medio vacant. Patet igitur primam figuram exactissimam, atque accommodatissimam ad scientiam esse.

tum esse totaliter falsa, quæcunque sit illa. Et manifestat primo in secundo modo secundæ figuræ, in quo maior est affirmatiua, & minor negatiua. Sic ergo medium sic se habens ad extrema, vt vniuersaliter prædicetur de vtroque, sicut vniuersaliter viuus de animali prædicatur, & de homine. Si ergo accipiat maior affirmatiua, vt dicamus, omne animal est viuus, & accipiat minor negatiua, vt dicatur, Nullus homo est viuus, maior erit vera, & minor falsa, & conclusio falsa. Similiter et si accipiamus in primo modo secundæ figuræ maiorem negatiuam, vt si dicamus, Nullum animal est viuus, & minorem affirmatiuam, vt dicamus, Omnis homo est viuus, erit maior falsa, & minor vera, & conclusio falsa. Ex his dictis, epilogando concludit dictum esse, quando, & per quæ possit fieri deceptio, si syllogismus deceptiuus sit priuatiuus. Deinde cum dicitur. Ostendit, quomodo fiat affirmatiuus syllogismus deceptionis in propositionibus mediatis. Et primo, quædo fit per proprium mediâ. Secundo, quædo fit per medium simile proprio: ibi. Similiter autem & si ex alio &c. Tertio, quædo fit per medium extraneum: ibi. Cum vero fit per non proprium. Dicit ergo primo, quod si fiat syllogismus deceptionis affirmatiuus in propositionibus mediatis, si accipiat proprium medium, vt supra positum est, impossibile est, quod vtriusque sit falsa. Quia cum talis syllogismus non possit fieri nisi in prima figura, vtriusque existente affirmatiua, necesse est, quod minor propositio maneat hoc modo, sicut erat in vero syllogismo. Vnde oportet maiorem propositionem esse mutam. f. de negatiua in affirmatiuam, & oportet quod sit falsa. Puta si velimus concludere, quod omnis homo sit quantitas, quod est contrarium huic, Nullus homo est quantitas, cuius proprium medium est substantia, accipiemus istam falsam, Omnis substantia est quantitas, & hanc veram, omnis homo est substantia. Deinde cum dicitur. Ostendit, quomodo fit syllogismus ignorantie, quando accipitur medium non proprium, quod non sit eiusdem ordinis, sed ex alia coordinatione. Puta si dicerem, Omne agens est quantitas: omnis homo est agens, ergo omnis homo est quantitas. Oportet enim minorem manere, maiorem autem mutari de

Lea. pceden

ri de negatiua in affirmatiuum. Vnde & hæc deceptio similis est priori deceptio, sicut dicebatur in syllogismo priuatiuo. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quomodo fiat syllogismus deceptiois affirmatiuus per medium extraneum, & dicit quod si accipitur tale medium extraneum, quod contineatur sub maiori extremitate, tunc maior erit vera, & minor falsa. Potest enim A, quæ est maior extremitas, de pluribus vniuersaliter prædicari, quæ non sunt subinuenientem: puta habitus de grammatica & uirtute, hæc enim est mediata, nulla grammatica est uirtus. Possumus ergo concludere contrarium huius. Omnis grammatica est uirtus, per aliquod medium, quod contineatur sub uirtute, & tunc maior erit vera, & minor falsa. Puta si dicam, Omnis temperantia est uirtus: omnis grammatica est temperantia, ergo omnis grammatica est uirtus. Si uero accipitur aliquod medium quod non sit sub maiori extremo, maior semper erit falsa, quia accipitur affirmatiua. Sed minorem contingit esse cum hac quandoque quidem falsam, & tunc ambæ erunt falsæ, puta si dicamus: omnis albedo est uirtus: omnis grammatica est albedo, ergo &c. Quandoque autem potest esse uera: nihil enim prohibet sic se habere terminis, quod A remoueat ab omni D, & D sit in omni B, sicut est terminis his, animal, scientia, musica. Animal enim quod est maior extremitas, remouetur vniuersaliter ab omni scientia, unde hæc, quæ sumitur ut maior in syllogismo ignorantie, omnis scientia est animal, est falsa. Minor uero, scilicet, Omnis musica est scientia, est uera, sed conclusio fiat contraria negatiua ueræ mediata. Contingit etiam quod A sit in nullo D, & D in nullo B ut dictum est. Sic igitur patet quod quando medium non continetur sub maiori extremitate, possunt esse utraq; falsæ, & altera earum quæcunque contingit, quia maior & minor potest esse falsa: maior autem non potest esse uera, sic habentibus terminis, ut supra dictum est. Ultimo autem epilogando concludit, manifestum esse ex prædictis, quot modis, & per quas propositiones ueras vel falsas possunt fieri deceptioes per syllogismum, tam in propositionibus immediatis, quam in propositionibus mediatis, quæ demonstratione probantur.

LECTIO XXX.

Manifestum autem est, & si aliquis sensus defecerit, necesse est & scientiam aliquam deficere: quam impossibile est accipere.

b Siquidem addicimus, aut per inductionem, aut per demonstrationem. Est autem demonstratio quidem, ex uniuersalibus, inductio autem ex his, quæ sunt secundum partem. Impossibile est autem uniuersalia speculari, nisi per inductionem: quoniam, & quæ ex abstractione dicuntur, est per inductionem nota facere, quia inuisum in uno quoque genere quadam, & si non separabilia sint, secundum quod huiusmodi unumquodque est. Inducere autem non habentes sensum impossibile est. Singularium sensus est enim: non enim contingit accipere ipsorum scientiam. Neque enim ex uniuersalibus est sine inductione, neque per inductionem sine sensu.

modi, quia demonstratio procedit ex uniuersalibus. Inductio autem procedit ex particularibus. Si ergo uniuersalia ex quibus procedit demonstratio, cognosci possent absque inductione, sequeretur quod homo posset accipere scientiam eorum, quorum non habet sensum. Sed impossibile est uniuersalia speculari absque inductione. Et hoc quidem in rebus sensibilibus est magis manifestum, quia in eis per experientiam quam habemus circa singularia sensibilia, accipimus notitiam uniuersalem, sicut manifestatur in 1. Metaphy. Sed maxime uidetur hoc de

LECTIO XXX.

ostquam Philosophus determinauit de ignorantia dispositionis, quæ fit per syllogismum: hic determinat de ignorantia simplicis negationis, quæ fit absque syllogismo. Et primo ostendit in quibus habetur talis ignorantia ex necessitate. Secundo, probat propositionibus: Siquidem addicimus &c. Dicit ergo primo, quod si alicui deficiat aliquis sensus, puta uisus, aut auditus: necesse est quod deficiat ei scientia priorum sensibilibus. Puta, si cui deficiat uisus uirtus, necesse est quod deficiat ei scientia de coloribus. Et sic habebit ignorantiam negationis de coloribus, uino ignorat coloris. Sed hoc intelligendum est, quando nullo quæ habuit sensum uirtus, sicut patet in cæco nato. Siquidem, amittat uisum prius habitum, non oportet propter hoc quod careat scientia colorum, quia ex his, quæ prius sensit, remanet in eo colorum memoria. Contingit autem de aliquibus rebus haberi ignorantiam negationis, quæ tamen cognosci possunt per sensum quæ habemus: sicut si alicuius habens uisum, semper inuenit in tenebris, careret quidem scientia colorum, sed non ex necessitate, quia posset accipere sentiendo colores, quod non contingit in eo, qui caret uisum uirtus. Et ideo addit, quod impossibile est accipere, quia uirtus delict et ille, qui caret potentia uirtus, non potest etiam percipere cognitionem colorum. Deinde cum dicit.

Sed cum non per proprium rationem conficitur medium, si D quidem collocatur sub A, propositio quidem A D erit uera, D B autem falsa. Fieri nanque potest, ut A cuidam in se, cuidam non in se: quorum neutrum sub altero collocatur. Si uero D non subiicitur ipsi A, tum A D quidem semper est falsa: quippe cum affirmatiua eam esse oporteat, D B uero fieri potest ut nunc uera, nunc falsa sumatur. Nihil enim uetat, ut A quidem nulli D competat, D uero cullibet in se B. Animal enim, nulli scientiæ competit. At scientiæ musicæ, cullibet in se B. Neque rursus prohibet quicquam, ut neque A cuiquam D, neque D cuiquam in se B. Patet igitur fieri posse, ut ambæ atque altera sit falsa: cum medium non collocatur sub A. Perspicuum igitur est, quot modis per rationationem error, & per quæ fieri potest circa propositiones uacantes medio, & ut eas, quæ demonstrari possunt.

LECTIO XXX.

Manifestum est etiam, si sensus quæsiam defuerit, necesse est & scientiam aliquam deficere, quam impossibile est accipere.

Siquidem discimus, uel inductione, uel demonstratione. Est autem demonstratio quidem ex uniuersalibus, inductio uero ex particularibus. Fieri uero non potest, ut uniuersalia percipiantur, nisi per inductionem, quoniam & ea, quæ abstracta dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis nota uoluerit facere in se inquam non nulli generi cuique & si non separabilia sunt, & unumquodque est tale. In inductionem autem eum, qui sensu caret, conficere unum eorum esse constat, quæ nullo pacto fieri possunt. Ipsorum namque singularium, est ipse sensus. Non enim fieri potest, ut ipsorum accipiantur scientia. Neque enim ex uniuersalibus absque inductione: neque per inductionem sine uis sentiendi.

modi, quia demonstratio procedit ex uniuersalibus. Inductio autem procedit ex particularibus. Si ergo uniuersalia ex quibus procedit demonstratio, cognosci possent absque inductione, sequeretur quod homo posset accipere scientiam eorum, quorum non habet sensum. Sed impossibile est uniuersalia speculari absque inductione. Et hoc quidem in rebus sensibilibus est magis manifestum, quia in eis per experientiam quam habemus circa singularia sensibilia, accipimus notitiam uniuersalem, sicut manifestatur in 1. Metaphy. Sed maxime uidetur hoc de

circæ prædicatum.

ex.c. 34.

Lecc. vlti. te. eom. 49.

Lecc. priu.

Lecc. priu. expo. 6.

bium in his, quæ dicuntur secundum abstractionem sicut in mathematicis. Cum enim experientia a sensu ortum habeat, ut dicitur in 1. Meta. uidetur quod hoc locum non habeat in his, quæ sunt abstracta a materia sensibili. Et ideo ad hoc excludendum dicit quod etiam ea, quæ dicuntur secundum abstractionem, contingit nota facere per inductionem: quia in unoquoque genere abstractorum sunt quædam particularia quæ non sunt separabilia a materia sensibili, secundum quod unumquodque eorum est hoc. Quamuis enim linea secundum abstractionem dicatur linea in communi, tamen hæc linea quæ est in materia sensibili, in quantum est indiuidua, abstracta non potest, quia indiuiduatio ei est ex hac materia. Non autem manifestatur nobis principia abstractorum: ex quibus demonstrationes in eis procedunt, nisi ex particularibus aliquibus, quæ sensu percipiuntur. Puta ex hoc, quod uideamus aliquid totum singulare sensibile, inducitur ad cognoscendum quid est totum & pars, & cognoscimus quod omne totum est maius sua parte considerando hoc in pluribus. Sic igitur uniuersalia ex quibus demonstratio procedit, non sunt nobis nota, nisi per inductionem. Homines autem carentes sensu aliquo, non possunt inductionem facere de singularibus pertinentibus ad sensum illum, quia singularium ex quibus procedit inductio, est solum cognitio sensus. Vnde oportet, quod omnino sint huiusmodi singularia ignota, quia non contingit, quod aliquis carens sensu accipiat talium singularium scientiam, quia neque ex uniuersalibus potest demonstrare sine inductione: per quam uniuersalia cognoscuntur, ut dictum est, neque per inductionem potest aliquid cognosci sine sensu, qui est singulare, ex quibus procedit inductio. Est autem considerandum quod per uerba Philosophi, quæ hic inducuntur, excluditur duplex positio. Prima quidem est positio Platonis: qui ponebat quod nos habebamus scientiam de rebus per species participatas ab ideis. Quod si esset uerum, uniuersalia fierent nobis nota absque inductione, & ita possemus acquirere scientiam eorum, quorum sensum non habemus. Vnde & hoc argumento utitur Arist. contra Platonem in fine primi Meta. Secunda est positio dicentium quod possumus in hac uita cognoscere substantias separatas, intelligendo quidditates earum, quæ tamen per sensibilia quæ cognoscimus, quæ ab eis omnimode transcendantur, cognosci non possunt. Vnde si ipsæ cognoscerentur secundum suas essentias: sequeretur quod aliqua cognoscerentur absque inductione & sensu: quod Philosophus hic negat, etiam de abstractis.

LECTIO XXXI.

Ostquam Philosophus determinauit de syllogismo demonstratiuo: ostendit ex quibus & qualibus procedat, & in qua figura demonstrationes fieri possunt: hic inquirat, utrum demonstrationes possint in infinitum procedere. Et primo mouet questionem: Secun-

do determinat eam ibi: Quod quidem igitur non contingit media &c. Circa primū duo facit. Primo præmittit quædam antecedentia: quæ sunt necessaria ad intellectum questionis. Secundo mouet questionem: ibi: Sic igitur C huiusmodi &c. Circa primum duo facit. Primo præmittit de forma syllogistica, quam oportet in demonstrationibus obseruare. Secundo resumit qualis debeat esse demonstratio materia, ibi: Manifestum igitur est quod principia. Circa primum tria tangit. Quorum primum est commune omni syllogismo scilicet, quod omnis syllogismus est per tres terminos: ut manifestum est in libro Priorum. Secundum autem pertinet ad syllogismum affirmatiuum: cuius forma talis est: quod concludit A esse in C propter id, quod A est in B, & B est in C: & hæc est forma syllogistica in prima figura, in qua sola potest concludi affirmatiua uniuersalis: quæ maxime queritur in demonstrationibus. Tertium est, quod pertinet ad syllogismum negatiuum, qui de necessitate uiam propositionem habet affirmatiua, aliam autem negatiua, differenter tam in prima figura, & in secunda: ut patet per ea, quæ in libro Priorum sunt ostensa. Deinde cum dicit.

LECTIO XXXI.

Mnis autem ratiocinatio tribus ex terminis constat. Atque alia est affirmatiua quæ quidem ostendere potest A competere ipsi C ex eo, quia A competit ipsi B, & B competit ipsi C: alia est negatiua, quæ quidem alteram propositionem habet affirmatiua, alteram negatiua.

Patet igitur hæc esse principia: & ea quæ suppositiones dicuntur. His enim sumptis necesse est demonstrare A per B medium ipsi competere C. Et rursus A per medium aliud: ipsi inesse B. Et item B per aliud quæpiam, ipsi competere C.

Siquidem probabiliter, solum que desiderandi modo ratiocinari uolumus, id tantum, ut patet considerandum est, si ratiocinatio, ex quam maxime probabilibus uerisimilibusque conficitur. Atque si per A B propositionem, quæ quidem, tamen si uere non uacat medio, uidetur tamen eodē uacare, ratiocinationem quæsiam fecerit, is est ut ad disserentem pertinet ratiocinatus. Sin uero non illo pacto, sed ad ueritatem ratiocinationes extruere libet, id considerandum est, ut ex hisce quæ competunt, ratiocinatio semp conficiatur. Res autem ita se habet. Quoniam est id, quod de alio non per accidens prædicatur: atque per accidens dico, uelut cum dicimus,

strationum. Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit materiam. Secundo ostendit differentiam huius materie ad materiam syllogismi dialectici: ibi: Secundum quidem igitur opinionationem. Tertio, differentiam positam manifestat: ibi: Habet autem sic se. Dicit ergo primo, quod cum syllogismus habeat tres terminos, ex quibus formantur duæ propositiones concludentes tertiam: manifestum est, quod hæc propositiones, ex quibus proceditur in syllogismo demonstratiuo secundum formam prædictam, sunt principia, & suppositiones, de quibus in præcedentibus dictum est. Qui, accipit huiusmodi principia, sic demonstrat per ea, sicut expositum est in forma syllogistica, ut si quia A sic in C probatur per B: & si propositio A B sit iterum mediata, quæ A sit in B demonstratur per aliquod medium, & simile est si propositio minor, scilicet B C sit mediata. Deinde cum dicit.

Ostendit quantum ad prædicta differentiam inter syllogismum demonstratiuum & syllogismum dialecticum: quæ n. syllogismus dialecticus ad hoc redit, ut opinionationem faciat, hoc solum est de intentione dialectici, ut præcedat ex his, quæ sunt maxime opinabilia, & hæc sunt ea, quæ uidentur, uel pluribus, uel maxime sapiētibus. Et ideo si dialectico in syllogizando occurrit aliqua propositio, quæ in rei ueritate habeat medium, quod possit probari, sed tamen non uideatur habere medium: sed propter sui probabilitatem uideatur per se nota, hoc sufficit dialectico, nec inquit aliud medium: licet propositio sit mediata, & ex illa syllogizans, sufficeret perficit dialecticum syllogismum. Sed syllogismus demonstratiuus ordinatur ad scientiam ueritatis: id ad demonstrationem pertinet, ut præcedat ex ueris, quæ sunt in rei ueritate immediata. Et si occurrit ei mediata propositio, necesse est, quod probet eam per medium proprium, quousque ueniatur ad immediatam, nec est contentus probabilitate propositio. Deinde cum dicit. Manifestat quod dixerat: dicens quod hoc quod dictum est, quod demonstrator ad ueritatem ex his, quæ sunt, procedit, sic se habet.

Lecc. sequē.

Lib. primo Cap. 22.

Lib. i. ca. 3. Lecc. 4.

Lecc. 5.

bet ut dicitur. Inuenitur enim aliquid, quod de alio predicatur, non secundum accidens, & exponit per affirmatiuam. dicitur, quod predicatur secundum accidens. Dupliciter enim aliquid predicatur secundum accidens. Vno modo quando subiectum predicatur de accidente, puta cum dicimus, Album est homo. Alio modo quando accidens predicatur de subiecto, sicut cum dicitur, Homo est albus. Et differt hic modus a primo: quoniam hic, quando accidens predicatur de subiecto, dicitur. Homo est albus, non quia aliquid alteri sit album, sed quia ipse homo est albus: & tamen est propositio per accidens, quia album non conuenit homini secundum propriam rationem. Neque enim ponitur in definitione eius, neque e conuerso. Sed quando dicitur, Albus est homo, non dicitur, quia esse hominem inest subiecto albi, cui scilicet accidit esse album. Vnde hic modus est magis remotus a predicatioe proprie, quam primus. Sunt autem quedam quae neutro istorum modorum per accidens predicantur, & ista dicuntur per se. Et talia sunt ex quibus demonstrator procedit. Sed hoc dialecticus non requirit, & ideo quaestio, quae ita ponitur de huiusmodi quae per se predicantur, non habet locum in syllogismis dialecticis: sed solum in syllogismo demonstratiuo. Deinde cum dicitur.

e Sit igitur C huiusmodi quod ipsum quidem non sit in alio: in hoc autem B sit primo, & non est aliud medium. Iterum F in E sit similiter, & hoc in B, nunquid igitur hic necesse est stare, aut contingit in infinitum ire?

f Et iterum si de A quidem nihil predicatur per se. A autem in C est primo, medium autem in nullo priori, & item C sit in I, & hoc in B, nunquid & in hoc stare necesse est, aut in hoc contingit in infinitum abire? Differt autem hoc a priori: quoniam hoc quidem est, nunquid contingit incepturum ab huiusmodi, quod in nullo est altero, sed aliud in illo, in sursum in infinitum abire, alterum autem incepturum ab huiusmodi quod ipsum quidem de alio, de illo autem nihil predicatur, in deorsum intendere, si contingit in infinitum ire?

g Amplius media nunquid contingit infinita esse determinatis terminis. Dico autem, vt si A in C sit, medium autem ipsorum sit B, ab ipso autem B ad A alterum, sed horum alia, nunquid & hoc in infinitum contingit abire, aut impossibile est?

h Est autem hoc intendere idem esse, & si demonstrationes in infinitum veniunt, & si est demonstratio omnis rei, aut adiuuicem includantur.

Secundo ostendit quod haec quaestiones similiter locum habent in demonstrationibus negatiuis: ibi & Similiter autem dico & in priuatiuis. Circa primum duo facit. Primo enim mouet quaestiones. Secundo ostendit ad quid huiusmodi quaestiones pertineant: ibi & Est autem hoc intendere. Circa primum mouet tres quaestiones secundum tres terminos: syllogismi. Et primo, mouet quaestione maioris extremitatis: vtrum sit abire in infinitum in ascendendo. Et in hac quaestione supponitur vltimum subiectum quod non predicatur de alio, & alia predicantur de ipso. Sit ergo hoc C, & in C primo & immediate sit B, & in B sit E quasi de conuersaliter predicatum, & iterum F sit in E similiter de eo conuersaliter predicatum. Est ergo

Mouet. 3. q. Prima. q.

F go quaestio: vtrum iste ascensus alicubi stet, ita quod sit deuenire ad aliquid quod predicatur de aliis vniuersaliter, & nihil aliud predicatur de ipso. Aut hoc non sit necesse, sed contingat ascendere in infinitum. Secundo ibi.

f Mouet quaestione ex parte minoris termini, vtrum scilicet, sit ire in infinitum descendendo. Et in hac quaestione supponitur aliquid primum predicatum vniuersale quod de aliis predicatur, & nihil sit vniuersale eo, quod predicatur de eo. Sit ergo A tale, quod nihil de eo predicatur, sicut totum vniuersale de parte, A vero de C predicatur: & primo & immediate, & C de I, & I de B. Est ergo quaestio: vtrum necesse sit hoc in C descendendo stare, aut contingat in infinitum ire? Et ostendit conuenienter differentiam harum duarum quaestionum, quia in prima quaestione quaeritur, si aliquis incipiat a particulari subiecto, quod nulli inest per modum quo totum vniuersale est in parte, sed alia insunt ei, vtrum contingat procedere in infinitum ascendendo? Secunda vero quaestio est, si aliquis incipiat ab vniuersalissimo predicato, quod predicatur de aliis, sicut totum vniuersale de parte, & nihil hoc modo predicatur de illo, vtrum contingat descendendo procedere in infinitum. Tertio ibi.

Sit itaque C tale, vt ipsum quidem nulli competat rei, B autem huic competat primo, vt non sit inter ipsa media vllum, & rursus D ipsi B, & E ipsi D, & F idem ipsi competat E. Quare redum est igitur, si necesse est hoc stare: an fieri potest in infinitum proficiscatur.

Rursus, sit A quo de nihil per se predicatur. Atque hoc ipsi primo competat H, & nulli priori medio competat. Et H idem ipsi G, & G ipsi F, & F ipsi competat E. Querimus igitur, vtrum & huiusmodi projectionis sit necessario status, an sine modo sit semper ab initio? Atque hoc tantum ab illo differt, quod illud quidem est, fieri ne potest vt quispiam si a tali incipiat, ut ipsum quidem non insit cuiquam, aliud autem de ipso dicatur versus supra pergendo, sine sine semper proficiscatur. Hoc autem est fieri ne potest, ut quispiam si incipiat ab eo de quo nihil dicitur, ipsum vero de altero predicatur patet: quod in inferiora semper hoc pacto proficiscatur, nullusque ei modus occurrat?

Præterea quaerendum est, fieri ne potest, ut si extrema sint finita, vltimi sit A competat ipsi C, & inter ipsa sit medium B, ac inter A & B medium etiam aliud cadat, & inter hæc rursus aliud, vtrum & in his ipsis sit in infinitum processio, an id ipsum fieri nequeat?

Idem est autem hoc considerare, & si demonstrationes in infinitum proficiscantur, & si sit cuiuslibet demonstratio, an ad vtranque partem finis occurrat.

& inter A & C sit medium B, & inter A & B iterum sit aliud quod, & similiter inter B & C, & horum etiam mediolorum sunt alia media, inter ipsa scilicet & extrema, tam ascendendo, quam descendendo. Est ergo quaestio, vtrum hoc possit procedere in infinitum, aut impossibile sit hoc. Deinde cum dicitur.

h Ostendit ad quid tendant huiusmodi quaestiones: in quo declaratur quod huiusmodi quaestiones pertinent ad materiam de qua nunc agitur, scilicet ad demonstrationes. Dicit ergo, quod intendere inquisitioni veritatis in istis quaestionibus, idem est ac si quaeratur, vtrum demonstrationes procedant in infinitum vel ascendendo vel descendendo? Ascendendo quidem, ita quod quilibet propositio ex qua demonstratio procedit sit demonstrabilis

Tex. cō. 9. Lec. 6. ex. 8.

monstrabilis per aliam priorem demonstrationem, & hoc est quod subiungit, & si demonstratio omnis, id est cuiuslibet propositionis. Quod quidam existimantes, circa principia errauerunt, sicut dicitur in 4. Metaph. Descendendo autem, si ex aliqua propositione demonstrata contingat iterum ad aliam demonstrationem posteriorem procedere. Et hoc est vnum membrum dubitationis. Si demonstrationes in infinitum procedunt, vel descendendo vel ascendendo. Aliud autem membrum dubitationis est, si demonstrationes adinuicem terminantur: ita scilicet quod vna demonstratio confirmetur per aliam ascendendo, & ex vna de demonstratione procedat alia descendendo, & hoc vsque ad aliquem terminum. Deinde cum dicitur.

i Similiter autem dico & in priuatiuis syllogismis & propositionibus, vt si A non inest nulli B primo, aut aliquid infra: cui priori non inest A vt ipsi C quod est in omni B. Et iterum hoc etiam in alio priori, vt si C est quod sit in omni I. Et namque in his, aut infinita sunt in quibus non inest prioribus, aut statur.

K Sed in conuertibilibus non similiter se habet. Non enim est in æque predicabilibus de quo primo predicatur, aut vltimo. Omnia enim ad omnia sic similiter se habent, & si sint infinita de ipso predicantur, vtrique sunt prædicta infinita: nisi similiter non contingat conuerti: sed hoc quidem sicut accidens, illud vero sicut prædicamentum.

LECTIO XXXII.

Vod quidem igitur non contingit media infinita esse, si in sursum, & deorsum stent prædicamenta, manifestum est. Dico autem sursum quidem quod in vniuersale magis est, deorsum autem quod in particulare.

b Si enim A prædicante de C infinita sunt media, in quibus est B, manifestum est quod contingit vtrique. Quare ab A in deorsum alterum de altero prædicari contingit in infinitum. Antequam enim in C veniat infinita sunt media: & A C in sursum infinita, antequam in A veniat. Quare si hæc impossibilia sunt, & ipsius A & C impossibile est infinita esse media.

K Ostendit in quibus dictæ quaestiones locum non habeant: quia in his quæ æqualiter de se inuicem prædicantur, & conuertuntur adinuicem, non est accipere aliquod prius, & posterius, secundum illum modum, quo prius est a quo non conuertitur consequentia essendi, prout vniuersalia sunt priora, quia siue sint infinita prædicata, ita scilicet quod procedatur in infinitum in prædicando, siue sint infinita ex vtraque parte, id est tam ex parte prædicati quam ex parte subiecti, omnia huiusmodi infinita similiter se habebunt ad omnia, quia quolibet eorum poterit prædicari de quolibet, & subiecti cuiuslibet conuertibilium nisi solum quod potest esse rationabilis

A lis differentia, quod vnum eorum predicatur vt accidens, & aliud predicatur vt prædicamentum: id est sicut formale prædicatum. Et hæc est differentia propria, & distinctio: quorum vtrumque est conuertibile, & tamen distinctio est prædicatum essentiale, & propter hoc est prius naturaliter proprio, quod est prædicatum accidentale. Et inde est quod in demonstrationibus vtritur distinctio quasi medio ad demonstrandum propriam passionem de subiecto.

Similiter, & de rationationibus negatiuis & propositionibus est dicendum: veluti si A nulli B competat, aut illi primo non inest, aut est aliquod medium cui priori non inest: atque si sit C quod quidem cuiuslibet competit B. Rursus A aut ipsi C primo, aut alii priori non inest quod quidem cuiuslibet competit C, & in his enim, aut infinita sunt ea, quibus non inest prioribus ipsi A aut finita, modusque tandem occurrit.

In his autem, quæ conuertuntur, res non se habet similiter. Non est enim in his, quæ mutua suscipiunt prædicationem, id est de quo primo, vel vltimo predicatur. Omnia namque similiter hoc pacto se habent ad cuncta, siue sint ea infinita, quæ prædicantur de ipso, siue vtraque dubitata sint infinita, præter id ipsum quod non sit, vt similiter conuertantur, sed alterum per accidens, alterum vero natura.


LECTIO XXXIII.

Is hoc pacto dispositis, patet fieri non posse, vt media sint infinita si prædicationes vtriusque superius, inferiusue proficiscantur ad statum. Atque versus quidem superius prædicationem eam dico, quod pergit ad id, quod est magis vniuersale, versus autem inferius eam quod ad particulare descendit.

Nam, si cum A in C predicatur, infinita sunt media, ceu B, patet fieri posse, ut ab A versus inferius in infinitum aliud de alio predicetur. Nam antea quod accedatur ad C, infinita media sint: & A C versus superius infinita similiter sunt, antequam ascendatur ad A. Quare si hæc fieri nequeunt, fieri profecto non potest, vt inter A & C media sint infinita.

Nam, si cum A in C predicatur, infinita sunt media, ceu B, patet fieri posse, ut ab A versus inferius in infinitum aliud de alio predicetur. Nam antea quod accedatur ad C, infinita media sint: & A C versus superius infinita similiter sunt, antequam ascendatur ad A. Quare si hæc fieri nequeunt, fieri profecto non potest, vt inter A & C media sint infinita.

b Ostendit propositum per hunc modum. Sit ita quod A sit summum predicatum, & C sit infimum subiectum, & sint infinita media quorum quodlibet vocetur B, quia igitur A erat primum predicatum, predicabitur de aliquo medio inferiori: & cum media sint infinita, sequitur quod in infinitum procedit predicatio in descendendo, quod est contra propositum. Ponitur autem quod non descendebat predicatio in infinitum. Similiter, si incipiamus a C quod est infinitum subiectum, procedet ascendendo in infinitum antequam perueniat ad A quod etiam est contrarium



Philosophus mouit quaestiones, hic incipit eas determinare, & diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit, quod quardam dubitationum solutio reducit ad solutionem aliarum. In secunda soluit dubitationem, quantum ad illa in quibus per se & principaliter difficultas consistit: ibi & Quod autem in illis si logice & c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit quod dubitatio que potest esse circa media reducitur ad dubitationem, quæ mouetur de extremis, & ea soluta, soluitur. Secundo ostendit, quod dubitatio, quæ est circa negatiuas demonstrationes, reducitur ad dubitationes, quæ est de affirmatiuis: ibi & Manifestum est autem in priuatiuis & c. Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum: ibi & Si enim A prædicante & c. Tertio excludit quædam obuiationem: ibi & Nec si aliquis primo quod manifestum est, si quis rationem sequentem consideret, quod non contingit esse media infinita, si prædicationes tam in sursum, quam in deorsum, stent in aliquibus terminis, scilicet in summo prædicato, & in infimo subiecto. Et exponit quid sit procedere prædicationes sursum, & deorsum, & dicit quod sursum ascenditur, quando proceditur ad magis vniuersale de cuius ratione est quod predicatur: deorsum proceditur, quando itur ad minus particulare, de cuius ratione est quod subiicitur. Deinde cum dicitur.

Leq. sequ. imme.

contrarium posito. Si ergo hæc sint impossibilia, scilicet quod procedatur prædicando in infinitum sursum & deorsum, sequetur, quod impossibile sit media esse infinita. Et ita patet, quod quæstio de infinitate mediolorum, reducitur ad quæstionem de infinitate extremorum. Deinde cum dicit.

Excludit quandam obuiationem. Possent enim aliquis obuiare dicens, quod prædicta probatio procedat, ac si A B C, idest medium & extrema ita se haberent, quod essent habita adinuicem, ita scilicet, quod inter ea non esset aliquod mediū: sic. n. diffinitur habitus in quinto Physi corum, quod scilicet consequenter se habet, cum non cadat mediū. Hoc enim videbatur in prædicta probatione supponi, scilicet quod A prædicet de aliquo medio quasi habito, idest immediate sequenti. Sed ille qui ponit media infinita, dicit quod non contingit accipere. Dicit enim, quod inter quoscūq; terminos acceptos est aliquod mediū. Sed hic Philosophus dicit quod nihil differt, siue sic accipiantur infinita media quod sint habita adinuicem, sicut contingit in discretis, puta in ciuitate, domus domui est habita, & in numeris vnitas vnitati: siue non possit inueniri in medijs aliquid habitum, sed semper inter duo media sit ali quod medium accipere, sicut accidit in continuis, in quibus, inter quælibet duo signa, siue inter duo puncta, semper est aliquod medium accipere. Et quod hoc nihil differat ad propositū, siue vno modo, siue alio, sic manifestat subdens: quia supposito quod sint infinita media inter A & C, quorū quodlibet vocat B, quodcunque horum accipio, necesse est, quod inter illud, A & C sint infinita media, vel non sint infinita respectu alterius eorum: verbi gratia. Ponamus quod media sint habita adinuicem, sicut accidit in discretis, & accipiamus aliquod medium quod sit habitum ad ipsum A, necesse erit quod inter illud medium & C, sint adhuc infinita media. Et similiter si ponantur quædam finita media inter A & illud medium acceptum. Et eadem ratio est si ponatur medium acceptum immediate coniungi ipsi C, vel per finita media ab eo distare. Ex quo igitur semper a medio accepto oportet accipere infinita media ad alterum extremorum, non differt, vtrum statim coniungatur alii extremorum, idest sine medio, vel non statim, idest per aliqua media, quia etiam si coniungatur vni extremo sine medio, necesse est, quod postea inueniatur infinita media respectu alterius. & ita

Neque enim si aliquis dicat, quod hæc quidem quæ sunt A B C, habita sunt adinuicem, quare necesse est media hæc, illa vero non esse accipere nihil differt. Quod enim vtique accipio eorū, quæ sunt B, erit ad A aut ad C, aut infinita media aut non, a quo iam sunt primum infinita, siue statim, siue non statim, nil differt. Quæ enim sunt post hæc, infinita sunt.

Manifestum est autem & in priuatiua demonstratione quoniam statur: siquidem in prædicatiua statur in vtrisque sic. Ab vltimo enim non contingens est, neque in sursum ab eo, in quo statur in infinitum ire. Dico autem in quo statur: quod ipsum quidem in alio nullo est, sed in illo aliud, vt Z. Neque a primo in id, quod statur in vltimum. Dico autem primum quod ipsum quidem de alio, sed de illo nullum aliud. Si igitur hoc erit, & in negationem stabitur.

Tripliciter enim demonstratur non esse. Aut in quo quidem est C B inest omni, sed in quo B nulli inest A. Ipsius quidem igitur C B quod semper alterius spatii, necesse est ire in im mediata: prædicatiua enim hæc est distantia. Sed alterum manifestū est, quod si in alio non est priori, vt in D, hoc indigebit in omni B esse: & si iterum in alio ipso D priore non fuerit, illud indigebit in omni D esse. Quare, quoniam deorsum statur, & quæ est in sursum stabitur, & erit quoddam principium, in quod non erit.

quod inter illud, A & C sint infinita media, vel non sint infinita respectu alterius eorum: verbi gratia. Ponamus quod media sint habita adinuicem, sicut accidit in discretis, & accipiamus aliquod medium quod sit habitum ad ipsum A, necesse erit quod inter illud medium & C, sint adhuc infinita media. Et similiter si ponantur quædam finita media inter A & illud medium acceptum. Et eadem ratio est si ponatur medium acceptum immediate coniungi ipsi C, vel per finita media ab eo distare. Ex quo igitur semper a medio accepto oportet accipere infinita media ad alterum extremorum, non differt, vtrum statim coniungatur alii extremorum, idest sine medio, vel non statim, idest per aliqua media, quia etiam si coniungatur vni extremo sine medio, necesse est, quod postea inueniatur infinita media respectu alterius. & ita

semper oportebit, si est infinitum in medijs, quod veniatur in infinitum in prædicationibus vel ascendendo, vel descendendo, sicut prædicta probatio procedebat. Deinde cum dicit.

Neque quicquam refert, si quispian dicat alia quidem ipsorum A B C inter se se habere, ut nihil prorsus sit inter ipsa. Alia vero non posset alia sumi. Quous nanque medio B sumpto, ab hoc autem ad A, aut ad C infinita, vel finita media crunt. Nihil igitur interest a quo nam primo sint infinita, siue statim, siue non statim. Nam ea, quæ sunt post hæc, infinita esse ponuntur.

At qui patet & in negatiua demonstratione finem esse processionis, si in affirmatiua uersus utrunque statur. Supponatur enim fieri non posse, ut prædicatio aut ab vltimo uersus supra, aut a primo uersus vltimum in infinitum proficiscatur. Atque id vltimum dico, quod non prædicati rationem, sed subiecti tantum modo subit, sitque id C. Primum autem id, quod non subicitur cuiquam sed solum de alio dicitur. Hæc si ita sint, erit profectio in negationes etiam status.

Tripliciter. n. ostendi negatiua conclusio potest. Et primo quidem hoc pacto, cum B cui libet C, & A nulli B cõpetere sumitur: B C igitur propositio ac inueniendum omnino minus, si medio non uacet, in ea necessario reducetur, quæ medio uacat, quæpe cū id sit (ut patet) affirmatiua. Alteri autem inueniendum (si medio non uacet) ad id redigi poterit, quod medio uacat. Nam si A non sine medio non cõpetat ipsi B, tū aliquid erit a quo plus ipsum, quam A B remouetur, quod quidem cui libet cõpetere B oportet, atque illud sit D. Rursus si inter uallū A D non uacat medio, aliquid tū erit a quo prius ipsum A quod A D remouetur. Atque illud sit E: quod quidem necesse est cui libet cõpetere D. Cū igitur eiuus, qua superiora petuntur, finis sit atque status, stabitur & hic tandem erit: ali quod sane primo, cui non cõpetit ipsū A.

Et primo in prima figura. Secundo in secunda: ibi & iterum sit B quidem. Tertio in tertia: ibi & tertius est. In tribus enim figuris contingit negatiuum concludi. Dicit ergo primo, quod tripliciter potest demonstrari propositio negatiua per quam significatur aliquid non esse. Vno quidem modo in prima figura, & secundum hunc modū, quod B inest C vniuersaliter in minori existenti vniuersali affirmatiua, A vero inest nulli B, hoc est maiori existenti vniuersali negatiua. Quia igitur supponitur quod in affirmatiuis statur, & in sursum, & in deorsum, necesse est quod ista propositio, quæ est B C, quæ est affirmatiua, si non sit im mediata, & quodcunque aliud spatium accipitur existente aliquo medio inter B & C necesse erit reducere in immediata, quia ista distantia, quæ attenditur secundum habitudinem mediū ad vniuersam extremitatem, affirmatiua est, in qua, supponitur esse

status, si autem accipiamus alterius spatii, quod est inter B & A, manifestum est quidem quod si hæc propositio, nullum B est A, non est immediata, necesse est quod A remoueat ab aliquo per prius quam a B & sit illud D quod si accipitur vt mediū inter A & B necesse est, quod prædicetur vniuersaliter de B, quia oportet minus esse affirmatiua.

Et iterum si hæc non sit immediata, nullū D est A, oportet quod A negetur ab aliquo alio per prius quam a D, puta, sit illud C quod eadem ratione oportebit vniuersaliter prædicari de D. Quia ergo ascendendo statur in affirmatiuis, vt supponitur, sequitur per consequens quod sit deuenire ad aliquid, de quo primo & immediate neget ipsū A. Alioquin adhuc procederet amplius in affirmatiuis, sicut expressè dicitur. Deinde cum dicit.

Probat idem in negatiua, quæ concluditur in secunda figura. Sit enim ita quod B, quod est mediū, prædicetur vniuersaliter de A & negetur vniuersaliter de C, & ex his concluditur quod nullū C sit A. Si autem iterum negatiua demonstrari oportet propter hoc quod est mediata, necesse est vel quod demonstretur in prima figura, de quo modo demonstratio nis iam ostensum est quod habet statū, si in affirmatiuis sit ita, aut oportet quod demonstretur per hunc modum, idest per secundam figuram. Aut per tertium, idest per tertiam figuram. Dicitur autem in prima figura, quod habet statū in negatiuis, si sit status in affirmatiuis. Sed hoc quidem demonstrabitur nunc quantum ad secundam figuram. Demonstratur ergo hæc propositio. Nullum C est B sic, quod D vniuersaliter prædicetur de B, maiori existente vniuersali affirmatiua, & neget vlt de C, minori existente vlt negatiua. Si vero hæc propositio, nullū C est D est mediata: necesse erit accipere aliquod aliud mediū, quod quidem prædicetur de D vlt, & vlt remoueat a C. Et ita sicut proceditur in negatiuis demonstrationibus, oportebit procedere in affirmatiuis, scilicet quod B prædicabitur de A & D de B & aliqd aliud de D, & sic proceditur in infinitum in affirmatiuis. Quia ergo supponitur quod in affirmatiuis statur in sursum, necesse est quod statur in negatiuis, in istū modū, quo negatiua demonstratur in secunda figura. Deinde cum dicit.

Ostendit idem in tertia figura. Sic ergo medium, vt B de quo A vniuersaliter prædicetur, C vero ab eo remoueat: sequitur particularis negatiua. scilicet quod A negetur a quodā C. Et quod quidem in prima affirmatiua, quod est, oē B est A statur, habetur ex suppo

Ita. pñti.

Tex. cõ. 35.

stione. Quod autem necesse sit stare etiā in hæc negatiua, nullū B est C quæ est minor, patet, quia si hoc debet demonstrari, necesse est quod demonstretur per superius dicta. i. per primā & secundā figurā, vel demonstrabitur similiter sicut concluditur conclusio. scilicet per tertiā figurā ita tamen quod hæc minor non affirmatur, vt vniuersaliter, sed vt particularis.

Secundo autem hoc ostenditur modo. Cū B cui libet quidē A, nulli vero C cõpetere sumitur: & hoc. n. pacto A nulli cõpetere concludetur. Si igitur hoc oportet ostendere, aut per medium superius dictū, aut per hunc, (vt patet) aut per tertium ostenditur. At primus est dictus. Per secundū autem hoc ostenditur pacto, si quis D cui libet quidē B, nulli vero C cõpetere sumperit, modo cõpetat aliquid ipsi B. Quod si D sine mediū segregatur a C, bene est. Sin vero mediū cadit, necesse est illud D quidē cui libet inesse, nulli vero cõpetere C. Cū igitur in affirmatiuis, cū superiora petuntur finis occurrat, & in negatiuis itidem hic se offert tandem.

Tertio hoc ostenditur pacto, si A quidē B cui libet cõpetit, C vero nulli eidem inesse: tunc. n. concluditur C non cui libet cõpetere A. Ex hoc igitur, aut per antea dictos modos aut per hunc tertium ostenditur. At per illos (ut ostendimus) statur, per hunc aut ostenditur: si B quidē sumetur cui libet cõpetere D, ipsum vero C nulli eidem cõpetere. Cū igitur suppositū sit uersus etiā infera prædicatiōis affirmatiue statum, ac vltimū esse, patet ipsius etiam C prædicatiōem negatiuā stare tandē & non in infinitum procedere.

Per specium autem est, & si non una via, sed vniuersis ostenditur, nunc per primam, nunc per secundam, nunc per tertiam figuram, ut patuit, hoc etiam pacto stare, ac finem ipsius esse. Hæc nanque finite. Ea vero, quæ sunt finita finities, necesse est vniuersa esse finita. Patet igitur in negatione statum ac finem esse, si in affirmatiuis statur.

LECTIO XXXIII.

Id ipsum, & illis ita esse patet: primum differendi modo, deinde resolutiue, id

Id ipsum, & illis ita esse patet: primum differendi modo, deinde resolutiue, id

LECTIO XXXIII.

Id ipsum, & illis ita esse patet: primum differendi modo, deinde resolutiue, id

Te. cõ. 26. Lec. 5. expo. 4.

Lec. pñti.

Lec. 35.

Poster. Diui. Tho. F Prima.

Prima autem pars diuiditur in duas partes. In Prima, ostendit qd non fit procedere in infinitum in predicatis, quae predicantur in eo quod quid. In secunda, ostendit quod non fit procedere in infinitum in predicatis affirmatiuis: ibi { Vniuersaliter autem sic dicimus. } Dicit ergo primo, quod cum ostensum sit quod in priuatiuis no est in infinitum ire, si stetur in affirmatiuis: hic iam ostendendum erit, quomodo aliqs speculatur in illis affirmatiuis esse statum per logicas rationes. Et dicitur logicar rationes, quae procedunt ex quibusdam communibus, quae pertinent ad considerationem logicar. Hae autem veritas manifesta est in his, quae predicantur in eo quod quide est, id est predicatis, ex quibus quide est, id est diffinitio constituitur. Si enim huiusmodi predicata duntur esse infinita, sequitur quod non contingat diffinire aliquid. Et si diffinitur aliquid, eius diffinitio non possit esse nota. Et hoc ideo, quia in infinitum non est pertransire. Non autem euenit diffiniri, neq; diffinitionem cognosci, nisi descendendo perueniatur vsq; ad vltimum, & ascendendo perueniatur vsq; ad primum. Si ergo contingat aliquid diffinire, vel si contingat diffinitionem alicuius esse notam, ex utroq; antecedenti sequitur hoc consequens, quod in predicatis predicatis non fit procedere in infinitum: sed in eis contingat stare. Deinde cum dicit.

In his quidem igitur, quae quod quid est predicatur, patens est. Si enim est diffinire, aut si notum est quod quid erat esse, infinita autem non est transire, necesse est finiri in eo quod quid est predicantia.

b Vniuersaliter autem sic dicimus. Est. n. vere dicere albu ambulare: & magnum illud lignu esse, & iterum lignum magnum esse, & hominem ambulare. Alteru igitur est sic dicere, aut illo modo. Cum. n. quidem albu esse dico lignum, tunc dico quod cui accidit album esse, lignu est: sed no qd subiectum ligno albu sit. Et nanq; neque quod album est, neq; quod vere album aliqd factum est lignum. Quare non est hoc secundum se, sed aut secundu accidens. Cu vero huiusmodi lignum albu esse dico, no quod alterum aliquod sit albu, illi autem accidit lignum esse vt cum musicum esse album dico: tunc. n. quoniam homo est alb, cui accidit musicum esse, dico. Sed lignum est subiectum, quod vere factum est albu: no quod alterum aliquod sit, qd quod vere lignum est, aut lignum aliqd. Si igitur oportet nomina ponere, sic dicere predicari: sed illo modo aut nequaqua est predicari, aut predicari quidem non simpliciter, sed secundum accidens predicari. Est autem tanquam album quide, quod predicatur: sed sicut lignu est, de quo predicatur. Subiiciatur igitur predicatu predicari semper, de quo predicatur simpliciter: sed no secundum accidens. Sic enim demonstrationes demonstrant.

a accidit esse lignum, scilicet de hoc particulari ligno: in quo est albedo. Idem enim est sensus cum dico, album est lignum, ac si dicerem, hoc lignum cui accidit esse album, est lignum, non autem est sensus quod album sit subiectu ligni. Et hoc probat, quia subiectum fit hoc, quod predicatur de ipso sicut de subiecto: vel secundum totum, vel secundum partem: sicut homo fit albus: sed neq; albu, neq; aliqua pars albi, quae vere sit albu, id est quae sit de substantia ipsius albedinis fit lignum: non enim accidens est subiectum transmutationis, quae de no ligno fit lignum. Omne aut quod incipit esse hoc, fit hoc: si igitur non fit hoc, hoc non est hoc, nisi detur quod hoc semper fuerit, non autem semper fuit verum dicere album est lignum: quia aliquando non simul fuerunt albedo & lignum. Cum ergo no sit verum dicere quod album fiat lignum, manifestum est qd albu non est lignum proprie & per se loquendo. Sed si hoc concedatur album est lignu, intelligitur per accidens: quia scilicet illud particulare subiectum, cui accidit album, est lignu. Iste ergo est sensus huiusmodi predicationis, in qua subiectum predicatur de accidente. Sed cum dico lignum est albu predicando accidens de subiecto, non significo sicut in predicto modo predicationis, quod alterum aliquid sit substantialiter album, cui accidit lignum esse, quod quide significatur in predicto modo, quo subiectu predicatur de accidente, quam etiam in alio modo, quo accidens predicatur de accidente, vt cum dico, Musicum est album: predicando accidens de subiecto: hic. n. nihil aliud significo, nisi quod ille homo particularis, pura Sorres, cui accidit esse musicum, est album. Sed quando dico, lignum est album, significo qd ipsum lignum vere factum est subiectum albi: non qd aliquid aliud a ligno, vel a parte ligni, quae est lignu aliqd, sit factum album. Est ergo differentia in tribus modis predictis: quia cum predicatur accidens de subiecto, non predicatur per aliquod aliud subiectum: cum autem predicatur subiectum de accidente, vel accidens de accidente, fit predictio ratione eius quod subiicitur termino posito in subiecto: de quo quidem predicatur aliud accidens accidentaliter, ipsa vero species subiecti essentialiter. Et quia in quolibet predictorum modorum vtimur nomine predicationis, & sicut possumus nomina ponere: ita possumus ea restringere: imponamus etiam si nomina in probatione sequenti, vt predicari solu dicamus illud, qd dicitur hoc modo, scilicet non ratione alterius subiecti, vel ut cum subiectum predicatur de accidente, vel accidens de accidente, non dicitur predicari, vel si dicitur predicari,

Vniuersaliter autem dicamus hoc pacto. Fit enim vt vere dicatur, cum album ambulare, & magnum illud dicitur esse lignum: & rursus lignum magnum esse: ac hominem ambulare. At differt hoc, & illo dicere modo. Nam cum album dico esse lignum, tum lignum id esse dico, cui accidit vt sit album: sed non album esse subiectu ipsius ligni. Non enim aut album simpliciter erat, aut aliquod album deinde factum est lignum. Quare non dicitur hoc pacto, nisi per accidens. Cum autem lignum album esse, tunc non dico aliquid aliud album esse, atque illi, vt sit lignum accidere: veluti cum dico, musicum album esse: tunc enim hominem eum album esse dico, cui accidit vt musicus sit: sed lignum esse subiectum. Quod quidem nihil aliud erat, quam aut absolute lignum aut aliquod lignum: deinde factum est album. Quod si oporteat nomina ponere, hoc quidem dicere pacto sit predicare, illo autem pacto, aut nullo pacto predicare, aut non absolute, sed per accidens predicare dicatur. Est autem id quidem, quod predicatur, vt album: id vero de quo predicatur, vt lignum. Supponatur igitur id, quod predicatur absolute, semper de eo, de quo dicitur, sed non per accidens predicari. Hoc enim pacto demonstrationes demonstrant.

te, vt cum dico, Musicum est album: predicando accidens de subiecto: hic. n. nihil aliud significo, nisi quod ille homo particularis, pura Sorres, cui accidit esse musicum, est album. Sed quando dico, lignum est album, significo qd ipsum lignum vere factum est subiectum albi: non qd aliquid aliud a ligno, vel a parte ligni, quae est lignu aliqd, sit factum album. Est ergo differentia in tribus modis predictis: quia cum predicatur accidens de subiecto, non predicatur per aliquod aliud subiectum: cum autem predicatur subiectum de accidente, vel accidens de accidente, fit predictio ratione eius quod subiicitur termino posito in subiecto: de quo quidem predicatur aliud accidens accidentaliter, ipsa vero species subiecti essentialiter. Et quia in quolibet predictorum modorum vtimur nomine predicationis, & sicut possumus nomina ponere: ita possumus ea restringere: imponamus etiam si nomina in probatione sequenti, vt predicari solu dicamus illud, qd dicitur hoc modo, scilicet non ratione alterius subiecti, vel ut cum subiectum predicatur de accidente, vel accidens de accidente, non dicitur predicari, vel si dicitur predicari,

predicari, non dicitur predicari simpliciter, sed secundum accidens. Et accipimus semper illud, quod se habet per modum albi, ex parte predicati: & id, quod se habet per modum ligni, accipitur ex parte subiecti. Hoc ergo supponamus predicari semper in probatione sequenti, quod predicatur de eo, de quo predicatur simpliciter, & non secundum accidens. Et ratio quare debem sic vti vocabulo predicationis, haec est, quia loquimur de materia demonstrationis: demonstrationes autem non vtuntur talibus predicationibus. Deinde cu dicitur.

c Quare autem in quod quid est, aut quoniam quale, aut quantum, aut ad aliquid aut faciens aut patiens, aut vbi, aut quando, cu vnu de uno praedicabit.

d Amplius substantiam quidem significantia, quod vere illud est, aut quod vere illud aliquid est significant. de quo predicantur. Quaecunq; vero no substantiam significant, sed aliquo subiecto dicuntur, quod neque vere illud est, neq; qd vere illud aliqd est, accidentia sunt.

e Vt de homine est album. No enim est homo, neque quod vere album est, neq; quod vere album aliquid est: sed animal forsitan. Quod vere enim animal est, homo est. Quaecunq; vero no substantiam significant, oportet de quoda subiecto predicari & no esse aliquod albu, quod no, cu aliqd alterum sit albu est.

f Species enim gaudeant, monstra. n. sunt. Et si sint, nihil ad rationem sunt: praemonstrationes enim de huiusmodi sunt.

LECTIO XXXIII.

Ampius si non est hoc huiusmodi qualitas, & illud huiusmodi neque qualitatis qualitas est.

Amplius si non est hoc huiusmodi qualitas, & illud huiusmodi neque qualitatis qualitas est. Sed forte dicitur simul quale quid, puta, si dicam, Homo est animal album. Fuit autem necessaria haec additio, quia si multa predicentur de vno, ita quod accipiantur in ratione vnius predicati: poterunt in infinitum predicationes multiplicari secundum infinitos modos combinandi predicata adinuicem. Vnde cum quaeritur status in his, quae predicantur, necesse est accipere vnum de vno predicari. Deinde cum dicitur.

d Ostendit differentiam predictorum predicatorum. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit differentiam. Secundo, manifestat per exempla: ibi { Vt de homine & albo &c. } Tertio, excludit quandam obuiationem: ibi { Species enim gaudeant &c. } Dicit ergo primo, quod illa quae substantiam significant, oportet quod significant respectu eius de quo predicantur, & quod vere illud est: aut quod vere illud aliquid. { Quod potest dupliciter intelligi: vno modo, vt ostendatur distinctio ex parte predicati, quod vel significat totam essentiam ubiecti sicut diffinitio. Et hoc significat, cum dicit, { Quod vere illud &c. } vel significat partem essentiae, sicut genus, vel differentiam. Et hoc significat, cu dicit, { Aut quod vere illud aliquid. } Alio modo, & melius, vt ostendatur distinctio ex parte subiecti, quod quantoque est conuertibile cum predicato essentiali: sicut diffinitio cum diffinitione. Et hoc significat cum dicit, { quod vere illud est. } Quandoq; vero est pars subiectiua predicati, sicut homo animalis. Et hoc significat, cu dicit, { Aut qd vere illud aliquid. } Homo, n. aliqd animal est. Sed illa quae no significat substantiam, sed dicitur de aliquo subiecto, qd quide subiectu nec vere, id est essentialiter est illud predicatu, neq; aliquid eius, omnia huiusmodi predicata sunt accidentalit. Deinde cum dicit.

a e Manifestat praemissarum differentiam per exempla: & dicit, quod cum dicimus, Homo est albus, predicatum illud est accidentale, quia homo non est quod vere album est, id est esse album no est essentiale hominis: neq; quod vere album aliquid, vt supra expositum est. Sed cum dicitur homo est animal, forsitan homo est, quod vere est animal. { Animal enim significat essentiam hominis: quia illud ipsum quod est homo, est essentialiter animal. Et quauis illa, quae non significant substantiam sine accidentia, non tamen per accidens predicantur. Predicantur enim de quoda subiecto no propter aliquod aliud subiectum: puta cu dico, Homo est albus, predicatur albus de homine, non ea ratione, quod aliquod aliud subiectum sit album, ratione cuius homo dicitur albus: sicut supra dictum est in his, quae predicantur per accidens. Deinae cum dicit.

Quare, cum vnum predicatur de vno, illud aut subit rationem eorum, quae diffiniendo subiecto coepetunt, aut est quale, aut quantum, aut ad aliquid aut agens, aut patiens, aut vbi, aut quando

Præterea, omne quod substantiam significat id quod illud est, aut quod illud est quoddam, id esse significat, de quo predicatur. Quod vero non substantiam significat, sed de subiecto dicitur alio, quod quidem nec est id ipsum, quod illud nec id quod illud est quoddam, id omne accidens est.

Vt cum album de homine predicatur. Homo nanque neque id est quod album, neque id, quod albu est quoddam: sed animal fortasse. Est enim homo id quod animal est. Atque ea omnia, quae non substantiam significant, de subiecto aliquo predicari oportet, & non esse quicquam albu, quod quide sit albu no aliud quicquam.

Formae nanq; valeant. Fiduum enim sunt attritiones. Elsi sint nihil profus ad praesentem sermonem pertinent. Ipsae nanq; praemonstrationes de rebus talibus sunt.

LECTIO XXXIII.

Reterea si non hoc illius est qualitas, & illud huius, neque qualitatis est qualitas.

Reterea si non hoc illius est qualitas, & illud huius, neque qualitatis est qualitas. sicut platonici dicebat. Sed ipse responderet: quia si supponatur spes. i. id est esse, debet gaudere, quia fm Platonicos habet aliqd nobilitate esse qd res nobis notae materiales. Hmōi. n. res sunt particulares & materiales: illae aut sunt vtes & immateriales. Sunt. n. qd praemonstrationes respectu naturaliu. i. quada exemplaria horu: vt accipiantur hic monstra vel praemonstrationes, sicut supra praemonstratur aliquid ad aliquid probandum. Quia ergo sunt praemonstrationes vel exemplaria rerum naturalium, necesse est qd in istis rebus naturalibus, inueniantur aliquae participationes illaru specieru, quae pertinent ad essentiam harum reru naturaliu. Et ideo si sint hmōi species separatae sicut Platonici dixerunt siue posuerunt, nihil pertinet ad rationem praesentem. Nos. n. intendimus de huiusmodi rebus, de quibus in nobis scientia per demonstrationem acquiritur. Et huiusmodi sunt res in materia existentes non bis nota, de quibus demonstrationes fiunt. Et ideo si dicitur qd animal sit quoddam separatu, quasi praemonstratio existens animaliu naturaliu, tunc cu dico, homo est animal, secundu qd haec propositione vtimur in demonstrando, li animal significat essentiam rei naturalis: de qua fit demonstratio. Deinde cum dicit.

LECTIO XXXIII.

Ramissis his, quae necessaria sunt ad propositum demonstrandum de distinctione predictorum adinuicem: hic accedit ad propositum ostendendum, scilicet qd no procedatur in predicatis in infinitum. Et diuiditur haec pars in partes duas fm duos modos, quibus ostendit propositum. Secunda pars incipit: ibi { Adhuc autem alius &c. } Circa primum duo facit. Primo, ostendit quod non est procedere in infinitum in predicatis per modum circulationis. Poster. Diui. Tho. F. 2. Secundo.

Leet. seq. imme.

Leet. pñci.

Secundo, quod non procedatur in infinitum in eis secundum...

b Impossibile est æque prædicari adinuicem sic: sed vere qui dem cōtingit dicere, æque autē prædicari vere non contingit.

c Aut enim sicut substātia prædicabitur: vt est, aut cum genus sit, aut differentia.

d Hæc autem ostensa sunt quoniam non erunt infinita nec in sursum, nec in deorsum: vt homo bipes, hoc animal, hoc autē alterum est: & animal de homine, hic autem de Callia, hic autem de alio in eo quodquidest. Substantiā quidem omnem esse diffinire huiusmodi: infinita autem non est transire intelligētem. Quare neque in sursum neque in deorsum infinita sunt. Illā enim non est diffinire, de qua infinita prædicantur.

e Siquidem igitur genera adinuicē æqualiter prædicantur: erit. n. ipsum quod vere ipsum aliquid est.

f Neque tamē de qualitate, aut aliorum nullum, nisi secundum accidēs prædicabit. Omnia hæc accidēt & de subiectis prædicari.

g Sed vtique neque in sursum infinita erunt. Vnumquodque enim quod prædicatur significat, aut quale aliqd, aut quātū aliqd, aut hmōi, aut quæ sunt in substātia. Hęc aut finita sunt. Et gñā prædicamentorū finita. Aut. n. quale aut quātum aut ad aliqd...

rationem prædicadi. Et similiter est in prædicatis essentialibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit propositū. Et primo, in prædicatis essentialibus. Secundo in accidentalibus: ibi ¶ Verū etiam ipsius qualis. Circa primū tria facit. Primo, ponit quandā diuisionē essentialium prædicatorū. Secundo refert quoddā, quod supra probatum est: ibi ¶ Hęc autem ostensa. Tertio probat propositū: ibi ¶ Siquidē igitur genera. Dicit ergo primo quod ad ostendendum quod non sit adinuicem æque prædicari, primo oportet hoc conside rare in essentialibus prædicatis. Aut. n. quod prædicatur æque prædicabitur sicut substantia, aut alio modo. Et sicut substantia: aut sicut genus, aut sicut differentia. Hęc enim duo sunt partes diffinitionis: quæ significant essentiam. Deinde cum dicit.

d ¶ Refert quod supra probauerat in principio prædicentis lectionis. s. huiusmodi prædicata, non esse infinita: quia si in infinitum procederent: non haberet in eis locum reciprocatio, siue circulatio. Dicit ergo quod sicut supra de his ostensum est, in huiusmodi non contingit procedere in infinitum, neq; in sursum, neq; in deorsum, sicut si prædicatur bipes de homine, & animal de bipede, & de animali aliquid alterum, non est hoc procedere in infinitum in sursum, neq; in deorsum, vt si animal dicitur de homine in eo quodquidest, & homo de Callia, & hoc de quodā alio, supposito quod ita esset gen^o cōtinēs sub se multas species, quarum vna esset Callias, non posset sic procedi in infinitum. Et refert rationē ad ostendendum quod supra posuit, quia omnē...

hmōi substantiā, quæ. s. habet aliquid vniuersalius, quod de ipsa prædicatur, & quæ potest de alio inferiori prædicari, contingit diffinire: genera vero generalissima, de quibus alia vniuersaliora non prædicantur, & singularia, quæ non prædicantur de aliquibus inferioribus, non contingit diffinire. Solum autem substantiā mediam diffinire contingit. Illā vero substantiā non contingit diffinire, de qua infinita prædicantur: quia oportet diffinientē intelligendo pertrāsire omnia illa, quæ substantialiter prædicantur de diffinito: cum omnia cadant in diffinitione, vel sicut gen^o, vel sicut differentia. Infinita autē non cōtingit pertrāsire. Ergo oportet omnem vniuersalē substantiā, quæ non est, supremū genus, neq; infimū subiectū, non habere infinita: quæ de ipsa substantialiter prædicantur. Sic ergo non est procedere in infinitum, neq; in sursum, neque in deorsum. Deinde cum dicit.

Fieri profecto nequit, vt hoc patet ex mutuo prædicentur, sed quid idem vt verum dicas, at non sit, ut econtra prædicet vere.

Nam aut accidens, aut vt substantia prædicabitur: veluti si sit genus, vel differentia prædicati.

Hęc aut demonstratū est, neq; ad supera neq; ad infera infinita esse. Neque. n. homo est bipes, & bipes animal, & animal aliud: neque rursus animal de homine, homo de Callia, & is de alio hoc ipso quidest prædicatur. Omnem enim talē substantiā diffinire possimus. At fieri nequit, ut infinita quicquam intelligendo pertrāsseat. Quare neque ad supera: neque ad infera sunt infinita. Fieri enim non potest, ut ea sub substantia, de qua infinita dicuntur diffiniatur.

Vt genera igitur mutuo non prædicantur. Erit enim ipsum id, quod ipsum est quoddam.

At vero neque de qualitate, aut de ceteris quicquam, nisi per accidēs prædicabitur. Hęc enim omnia accidēt, & de substantiis prædicantur.

Sed neque versus supra infinita erunt. De unoquoque namque prædicatur id, quod significat, aut quale quid aut quantum quid, aut aliquid talium, aut ea, quæ in substantia sunt. Hęc autem sunt finita: & genera prædicamentorū finita sunt. Est enim aut quale, aut quātū, & cetera: quæ iā dudū enuncie...

recipit prædicationem ipsius. Si ergo hoc prædicetur de illo vt genus, sequeretur quod ipsum quod particulariter conueniebat alii cui, econuerso particulariter recipiat prædicationem illius: quod est idem respectu eiusdem esse partem & totum, quod est impossibile. Et eadem ratio est de differentiis. Vnde & in primo Topi corum dicitur, quod problema de differentia reducitur ad problema de genere. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quod non potest ire in infinitum per modum circulationis in prædicationibus, in quibus prædicatur accidens de subiecto, & dicit quod neq; etiā ipsius qualis potest esse cōuersio cū suo subiecto: aut aliorū nullum potest habere huiusmodi prædicationem, quæ accidentaliter prædicatur: nisi fiat prædicatio per accidens: secundum quod dictum est quod accidentia non prædicantur de subiectis nisi per accidens. Qualitas enim & omnia alia huiusmodi accidēt substantiæ: vnde prædicantur de subiectis sicut accidens de subiecto. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit vniuersaliter quod in nullo genere prædicationis sit procedere in infinitum in sursum aut deorsum. Et dicit quod non solum non est procedere in prædicationibus in infinitum per circulationē: sed neq; procedendo in sursum infinita erunt prædicata, & similiter nec deorsum. Et ad hoc probandum, Primo refert quædam supra posita. Secundo ex his probat intentionem: ibi ¶ Neq; in sursum ergo &c. Circa primum refert quod de unoquoque possunt aliqua prædicari quicquid significant: siue sit quale, siue quantum, vel quodcunque. aliud genus accidentis,

identis, vel etiam quæ intrant substantiam rei: quæ sunt essentialia prædicata. Secundo, refert quod hæc, scilicet prædicata substantialia sunt finita. Tertio, refert quod genera prædicamentorum sunt finita, scilicet quæle, & quantum &c. Si enim aliquis dicat quod quantitas prædicetur de substantia, & qualitas...

aut facere, aut pati. aut vbi. aut quando. Concessum autem est vnum de vno prædicari. Ipsa autem de ipsis, quæcunque non aliquid sunt, non prædicari dicimus. Accidentia. n. sunt hæc omnia: sed hæc quidem secundum seipsa, illa vero secundum alterum modum. Hęc autē de quodam subiecto omnia prædicari dicimus: secundum accidēs autem non esse subiectum aliquod. Nihil. n. talium ponimus esse subiectum: quod alterum aliquod esse dicat quod dicit: sed ipsum in aliis, & alia quædā de alio. h Neque in sursum ergo vnum de vno, neque in deorsum dicere. De quibus quidem. n. dicuntur accidentia, sunt quæcunque in substantia vniuersaliusq; sunt. Hęc autem nō sunt infinita. Sed in sursum, ipsaque, & accidentia, vtraq; nō infinita sunt. Necessesse est ergo esse aliqd, de quo primum prædicatur: & de hoc aliud: & hoc stare: & esse aliqd. quod non amplius, neque de aliquo priori, neque de illo aliud prius prædicet. Vnus quidē igitur modus dicit demonstratiōis hmōi.

¶ Ostendit quod in substantialibus prædicatis non possit esse processus in infinitum per modum circulationis. Et dicit, quod si aliqua prædicata subiecta prædicantur de aliquo vt genera, nō prædicantur adinuicem æqualiter. i. conuertibiliter quod vnum genus sit alterius, & econuerso. Et ad hoc probadū subdit. ¶ Erit enim ipsum quod vere aliqd, & quasi diceret. Si aliquid prædicatur de aliquo vt gen^o, illud de quo prædicatur, est aliqd quod vere est ipsum. i. est aliquid particulariter quod substantialiter...

i Adhuc autem alius, si de quibus priora quædam prædicantur, erit horum demonstratio, quorum demonstratio est, neque potius habere possunt ad ipsa quam scire: neque scire esse sine demonstratiōe. Si hoc autem per hoc notum est, hoc autem nescimus, neque melius habemus ad ipsa quam scire, neque per hoc notum scimus. Si igitur est aliquid scire per demonstratiōem simpliciter, &

sed hæc prædicantur quidem per se, scilicet de subiectis, vel substantialia prædicata vel accidentia. Illa vero secundum alium modum idest per accidens scilicet cum prædicantur de accidentibus, aut subiecta, aut accidentia. Hęc enim omnia scilicet accidentia habent de sui ratione quod dicantur de subiecto: illud autem quod est accidens, non est subiectum aliquod: vnde nihil proprie loquendo potest de eo prædicari, quia nihil talium scilicet accidentium, ponimus esse tale, quod dicatur id, quod dicitur, idest quod suscipiat prædicationem eius, quod de eo prædicatur, non quasi aliquid alterum existens: sicut accidit in substantiis. Homo enim non dicitur animal, vel album, quia aliquid aliud sit animal vel album: sed quia ipsummet quod est homo, est animal, vel album: sed album ideo dicitur homo, vel muscum, quia aliquid alterum scilicet subiectum albi est homo, vel muscum. Sed ipsum accidens inest aliis: & alia, quæ prædicantur de accidente, prædicantur de altero, idest de subiecto accidentis: & propter hoc prædicatur de ac...

cidente, vt dictum est. Hoc autem introduxit: quia si accidens prædicatur de subiecto, & econuerso, & omnia quæ accidunt subiecto, prædicantur de se inuicē, sequetur quod prædicatio procedat in infinitum: quia vni infinita accidunt. Deinde cū dicit. h ¶ Ostendit propositū ex præmissis, scilicet quod in prædicatione...

quæ prædicatur vni de vno, nō procedit in infinitum, neq; in sursum, neq; in deorsum: quia oia accidentia prædicantur de his, quæ pertinent ad substantiā rei: quæ erat quinta suppositio. Substantialia autē prædicata nō sunt infinita, quæ erant secūda suppositio: & ita ex parte subiectorū nō procedit in infinitum in huiusmodi prædicationibus, quasi in deorsum. In sursum autē neutra sunt infinita. scilicet: substantia prædicata, neq; accidentalia: quia & genera accidentia sunt finita, & in vno quoque generū non est procedere in infinitum: neq; in sursum, neq; in deorsum, sicut neq; in substantialibus prædicatis: quia in quolibet prædicamento, gen^o prædicatur de specie in eo quod quidest. Vnde cōcludi potest vniuersaliter, quod necesse est esse aliqd quod primum subiectū, de quo aliquid prædicatur, existente statu prædicationis in deorsum: & de hoc aliquid aliud prædicatur, & hoc habebit statū in sursum: & erit inuenire aliqd, quod nō amplius prædicabitur de alio, neq; sicut posterior prædicat de priori per accidens: neq; sicut prior prædicatur de posteriori per se. Hic igitur est vnus modus logice demonstrandi propositum: qui sumitur secundū diuersos modos prædicationis. Deinde cum dicit.

Neque igitur ad superiora, neque ad inferiora, unum de uno in infinitum dicitur. De quibus enim accidentia dicuntur, quæcunque in vniuersaliusq; substantia sunt, ea non sunt infinita. Vt etiam supra, nec ipsa, nec utraque etiam accidentia sunt infinita. Necessesse est igitur aliquid esse, de quo primum aliquo, & de hoc aliud: & huius prædicationis tandem exitum esse ut id sit, quod de nullo ulterius alio dicatur, & id etiam, de quo non prædicatur aliud prius. Vnus igitur hic est modus ad hoc propositum demonstrandum.

Alius autem est hic. Patet enim horum demonstratiōem esse, de quibus priora aliqua prædicantur. Et item fieri non posse, ut aut melius sumus ad ea dispositi, quorum est demonstratiō quæ si sciamus, aut ea sine demonstratiōe sciamus. Quibus efficitur, ut si per aliqua priora quippiam innotescit, illa vero nescimus, neque ad illa melius sumus affecti, quam si scientiam haberemus: nec id profecto sciamus, quod per illa notum efficitur. Si igitur sit, ut simpliciter quippiam per...

¶ Ponit. 2. modū probationis, & dicit quod quæ est aliqua talis per se nota, in qua prædicatur aliqd de subiecto, si aliqua possunt per pri^o prædicari de illo subiecto, talis propositio demonstrabitur: puta hæc propositio, hō est substantia demonstratur per hanc, animal est substantia, quia de animali prius prædicatur substantia quæ de homine. Si autem aliqua propositio est demonstrabilis, nō possumus melius cognoscere quæ sciendo: sicut principia indemonstrabilia, melius cognoscimus quæ sciendo: quia cognoscimus ea, vt per se nota. Et iterū hmōi demonstrabilia nō possumus scire nisi per demonstratiōem: quæ demō est syllogismi faciēs scire, vt supra dictū est. Itē cōsiderandū est quod si aliqua propositio est nota per alia, si illa per quæ nota est nescimus, neq; cognoscimus eā meliori modo, quæ sciendo: consequens est quod non sciamus illā propositiōem, quæ per eā cognoscitur. His igitur tribus suppositis, procedit sic. Si cōtingit aliquid simpliciter scire per demonstratiōem, & nō ex aliquibus, nec ex suppositiōe, necesse est quod sit status in prædicatis, quæ accipiuntur vt media. Dicit autem simpliciter, & non ex aliquibus, ad excludendum demonstratiōes ducentes ad impossibile: Poster. Diui. Tho. F 3 in

Capitulum

lect. 4.

in quibus proceditur contra positiones aliquas ex aliquibus propositionibus datis. Dicitur autem neque ex suppositione, ad excludendum demonstrationes, quales fiunt in scientiis subalternis: quae supponunt conclusiones superiorum scientiarum, ut supra habitum est. Est ergo simpliciter per demonstrationem scire, quod quolibet propositionum premissarum, si sit demonstrabilis, scitur per demonstrationem: & si non est demonstrabilis, intelligitur per seipsam. Et hoc supposito, necesse est quod sit status in praedicationibus, quia si non fuerit status, sed semper potest accipi aliquid superius, sequitur quod omnium sit demonstratio, ut primo dicebatur. Si ergo aliqua conclusio demonstratur, oportet quod quilibet praemissarum sit demonstrabilis. Si ergo ad eius cognitionem nullo modo possumus melius nos habere, quod sciendo eam per demonstrationem, ergo oportet eam demonstrare per aliquas alias propositiones, & illas iterum per alias, & sic in infinitum: quia igitur infinita non est transire, non poterimus eam cognoscere per demonstrationem, neque melius ea cognoscere possumus, cum omnia sint demonstrabilia, ergo sequitur quod nihil contingit scire per demonstrationem simpliciter: sed solum ex suppositione. Vltimo autem epilogando concludit principale propositum.

Lec. 14.

non ex aliquibus, neque ex suppositione, manifestum est stare praedicamenta media. Si enim non iterum, sed est semper acceptio in superius, omnium erit demonstratio. Si non contingit percurrere infinita, haec non scimus per demonstrationem. Si igitur neque melius habemus ad ipsa, quam scire, non erit nil scire per demonstrationem simpliciter: sed ex suppositione Logice quidem igitur ex his, utique aliquis credet de eo, quod dictum est.

LECTIO XXXV.

Rationaliter autem manifestum est per hoc velociter quod neque in sursum, neque in deorsum infinita praedicantia contingit esse in demonstratiuis scientiis, de quibus intentio est.

b Demonstratio quidem enim est, quaecumque ipsa insunt secundum seipsa rebus.

c Secundum seipsa autem dupliciter. Quaecumque enim illis insunt in eo quodquidem est insunt ipsis: ut numero impar, quod inest quidem numero. Est autem ipse numerus in ratione ipsius. Et iterum multitudo, aut diuisibile, in ratione numeri est.

LECTIO XXXV.

Rationaliter autem manifestum est esse infinita: nec ut imperfectum numeri. Iterum enim si impar aliud insit cui inerat existenti, hoc autem si est primum numerus inerat his quae insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in vno, neque in sursum erunt infinita.

Lec. sequē.

de horum autem neutra continet esse infinita: nec ut imperfectum numeri. Iterum enim si impar aliud insit cui inerat existenti, hoc autem si est primum numerus inerat his quae insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in vno, neque in sursum erunt infinita. In secunda, insert quaedam corollaria ex dictis: ibi est monstratis autem his manifestum &c. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo probat propositum: ibi est Demonstratio quidem enim &c. Dicit ergo primo, quod hoc quod non contingit in demonstratiuis scientiis, de quibus intendimus, praedicationes in infinitum procedere, neque in sursum, neque in deorsum: breuius & citius poterit manifestari analitice, quam manifestatum sit logice. Vbi considerandum est quod analitice id est demonstratiua scientia, quae resolueno ad principia per se nota indicatiua dicitur, est pars logicae quae etiam dialecticam sub se continet. Ad logicam autem communiter pertinet considerare praedicationem vniuersaliter: secundum quod continet sub se praedicationem, quae est per se,

& quae non est per se. Sed demonstratiuae scientiae propria est praedicatione per se. Et ideo supra logice probauit propositum, quod ostendit vniuersaliter in omni genere praedicationis non esse processum in infinitum. Hic autem intendit ostendere analitice, quia probat solum in his, quae praedicantur per se. Et huiusmodi est via expeditior: & ideo sufficit ad propositum quia in demonstrationibus non utimur nisi tali modo praedicationis. Deinde cum dicit.

Demonstrationem, & non ex quibusdam, nec ex suppositione sciamus necesse est praedicationes medias stare. Nam si non stent, sed semper sit aliquid superius sumpto, omnium erit demonstratio. Quare si fieri non potest, ut infinita quisquam pertranseat, ea profecto, quorum est demonstratio, nunquam per demonstrationem sciemus. Quod si neque melius ad ipsa sumus affecti, quam si sciremus, nihilum per demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione sciemus. Ex his igitur quae differendi diximus modo id, de quo loquimur, ita esse quispiam credet.

LECTIO XXXV.

Resolutive autem per haec breuius perspicuum fuerit, fieri non posse, ut versus superius, aut inferius infinita sint praedicata in demonstratiuis scientiis: de quibus est haec praesens consideratio.

Demonstratio enim est de hisce quae rebus insunt per se.

Ea vero, quae per se competunt, dupliciter subeunt modum. Quaedam enim in eadem rerum sunt diffinitione, quibus inesse dicuntur: ut multitudo vel diuisibile. Haec enim numero competunt & in ipsis sunt diffinitione. Quaedam in ratione sua res eas suscipiunt quibus competunt: ut impar. Hoc enim numero competit: & in diffinitione sua numerum suscipit.

At fieri nequit, ut aut haec, aut illa, sint infinita. Nec enim ea, quae ut impar de numero praedicatur. Nam in impare rursus aliud erit in diffinitione cuius est ipsum: hoc si sit primum, numerus ipse, cui quidem competunt in diffinitione erit ipsorum. Si igitur fieri nequit, ut insint uni talia infinita: nec infinita versus superius erunt.

de huiusmodi praedicantur per se de numero primo modo. Alii autem modi, quos supra posuit, reducuntur ad istos. Deinde cum dicit. Ostendit quod in vtroque modo praedicationis per se necesse est esse statum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod necessarium est esse statum in vtroque modo praedicationis per se, tam in sursum quam in deorsum. Secundo concludit quod non possit infinitum esse in mediis: ibi est Si autem sic est &c. Tertio concludit quod non potest procedi in infinitum in demonstrationibus: ibi est Si vero hoc &c. Circa primum duo facit. Primo proponit propositum in secundo modo dicendi per se, scilicet quando subiectum ponitur in diffinitione praedicari. Secundo in primo modo: quoniam praedicatum ponitur in diffinitione subiecti: ibi est Si etiam quaecumque. Circa primum ponit duas rationes. Circa

Lec. 34.

Circa quorum primum sic procedit. Primo quidem praemissis propositum, scilicet quod in neutro modo dicendi per se contingit in infinitum procedere. Deinde probat hoc in secundo modo, puta cum impar praedicatur de numero. Si enim procedatur versus, quod aliquid aliud praedicatur per se de impari secundum istum modum dicendi per se, sequitur quod impari insit in diffinitione eius. Numerus autem ponitur in diffinitione imparis: unde sequetur, quod etiam numerus ponatur in diffinitione eius. Deinde cum dicit.

At vero necesse est omnia inesse primo, ut numero & in illis numerum. Quare conuertibilia erunt: sed non excedentia. Si etiam quaecumque sunt in eo quod quid est, nec haec infinita sunt. Nec enim esset diffinire. Quare si praedicantia quidem per se omnia dicuntur, haec autem non infinita sunt, stabunt utique in sursum. Quare & in deorsum.

g Si autem sit est, & quae sunt in medio duorum terminorum, semper sunt finita.

h Si vero hoc est, manifestum iam est, & demonstrationum quae necesse est principia esse: & non omnium esse demonstrationem quod vere diximus quosdam dicere iuxta principium. Si enim sunt principia, non omnia sunt demonstrabilia, neque in infinitum possunt ire. Esse enim horum quodlibet nihil aliud est, quam esse nullum spatium sine medio, & indiuisibile, sed omnia diuisibilia. Intus enim immittendo demostratur id, quod demonstratur. Quare si hoc in infinitum contingit ire, continget utique duorum terminorum infinita esse interius media. Sed hoc impossibile est, si praedicamenta steterint superius & inferius. Quae autem stent demostratur est logicae prius, analitice vero nunc.

Lec. 37.

LECTIO XXXVI.

Monstratis autem his, manifestum est, quod si aliquid idem duobus insit ut A & in C & in D, non praedicante secundum hunc modum, non erit ad propositum, quo aliquis intendit ponere infinita in praedicatione esse in sursum vel in deorsum. Deinde cum dicit.

q Probat propositum in primo modo dicendi per se: & dicit quod illa, quae praedicatur in eo quod est, id est, quae posita in diffinitione subiecti, non possunt esse infinita, quia non contingit infinita diffinire, ut supra probatum est. Ex hoc ergo concludit quod si omnia, quae ponuntur in demonstrationibus, per se ponuntur, & in praedicatione per se non est procedere in infinitum in sursum, necesse est quod praedicata in demonstrationibus stent in sursum. Et ex hoc etiam sequitur quod stent in deorsum, quae ex quacumque parte ponatur in infinitum tollitur scientia, & diffinitio, ut ex supra dictis patet. Deinde cum dicit.

r Concludit ex praemissis quod si est status in sursum, & deorsum, quod media non contingit esse infinita. Supra enim ostendit quod extrinsecus stentibus determinatis, media non potest esse infinita. Deinde cum dicit.

h Concludit vltierius quod in demonstrationibus non proceditur in infinitum: & dicit quod si praedicta sint vera, necesse est esse aliqua principia demonstrationum, quae non demonstratur: & sic non omnium

Lec. 33.

erit demonstratio secundum quod quidam dicunt in principio philosophi libri dictum est. Et hoc sequatur ostendit. Postquam, quod sunt aliqua principia demonstrationum, est necesse esse quod illa sint in demonstrabilia, quia cum omnis demonstratio sit ex praemissis, ut supra habitum est, si principia demonstrantur, sequetur quod aliquid esset prius principii: quod est contra rationem principii. Haec ita, si non sunt omnia demonstrabilia, sequeretur quod non procedant demonstrationes in infinitum. Omnia autem huiusmodi praedicta consequuntur ex hoc, quod ostensum est, quod non proceditur in infinitum in mediis, quia nihil est aliud ponere verum esse quod est praedictorum, scilicet vel quod demonstrationes procedant in infinitum, vel quod omnia sint demonstrabilia, vel quod nulla sint demonstrationis principia, quam ponere nullum spatium esse immediatum & indiuisibile, id est ponere duos terminos sibi inuicem cohaerere in aliqua propositione affirmatiua vel negatiua, nisi per medium. Si enim aliqua propositio sit immediata, sequitur quod sit in demonstrabilibus, quia cum aliquid demonstratur, oportet sumere terminum immediatum, id est, quod sit infra praedictorum & subiectum de quo scilicet per prius praedicatur praedictum, quam de subiecto: vel a quo prius moueatur. Non autem in demonstrationibus accipiuntur medium assumendo extrinsecus: hoc enim est assumere extraneum medium, & non proprium, quod contingit in logicis & dialecticis syllogis. Si ergo demonstrationes contingit in infinitum procedere, sequitur quod sint media infinita inter duos terminos. Sed hoc est impossibile, si praedicationes steterint in sursum & deorsum, ut supra probatum est. Et quod stent praedicationes in sursum & deorsum prius ostendimus logice: & postea analitice, ut expositum est. Per hanc igitur conclusionem vltimo inducta manifestat intentionem totius capituli: & quare quilibet propositio sit inducta.

At vero necesse est ipsi primo competant vniuersa, veluti numero, & numerus illis insit. Quare conuertuntur, & non superabunt.

Necitem ea, quae diffinitiones eorum, quibus insunt ingrediuntur. Non enim assignari diffinitiones possent.

Quare si haec sunt vniuersa ea, quae per se praedicantur, haec autem infinita non sunt, stant omnia plane versus supra. Quare stant & ad infera.

Quod si ita sit, erunt & ea sane, finita, quae inter duos terminos collocantur.

Quod rursus si ita sit, patet iam & demonstrationum esse principia necessario, ac demonstrationem non omnium esse: quod quidem nonnullis asserere iam in initio diximus. Etenim si principia sint, neque demonstrabilia sunt omnia, neque in infinitum fieri potest ab initio. Nam alterum istorum vtrumque esse nil aliud est, quam nullum in terminum esse medio vacans, atque in diuisibile: sed vniuersa esse diuisibilia. Id enim quod demonstratur, non foris addito, sed immisso termino demonstratur. Quapropter si fieri potest: ut hoc pacto procedatur in infinitum, fieri quoque potest, ut inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, si ita versus superius, quam versus inferius praedicationum sit finis. Esse vero praedicationum hoc pacto finem, antea, differendi modo, nunc resolutiue satis ostendimus.

LECTIO XXXVI.

Demonstratis autem his, patet, si quispiam idem, ut A duobus insit quibusdam, ut C atque D quorum alterum de altero aut nullo modo,

nitum procedere, sequitur quod sint media infinita inter duos terminos. Sed hoc est impossibile, si praedicationes steterint in sursum & deorsum, ut supra probatum est. Et quod stent praedicationes in sursum & deorsum prius ostendimus logice: & postea analitice, ut expositum est. Per hanc igitur conclusionem vltimo inducta manifestat intentionem totius capituli: & quare quilibet propositio sit inducta.

Lec. 33-34.

LECTIO XXXVI.

Rationaliter autem manifestum est quod non contingit procedere in infinitum in demonstrationibus: hic inductur quaedam corollaria ex praedictis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod necesse est accipere aliquas primas propositiones. Secundo, quomodo illis primis sit utendum in demonstrationibus: ibi est Cum autem oportet demonstrare. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod necesse est deuenire ad aliquod primum, quando vnum de pluribus praedicatur: Secundo, quando vnum praedicatur de vno: ibi

Manifestum autem est. Circa primum quattuor facit. Primo proponit intentum. Secundo, manifestat propositum: ibi ¶ Ut scalenon &c. Tertio probat: ibi ¶ Sit autem B &c. Quarto excludit quandam objectionem: ibi ¶ In eodem quidem genere &c. Dicit ergo primo, quod demonstratis premissis, scilicet quod non sit pro-

cedere in infinitum in prædicationibus & demonstrationibus, manifestum est, quod si aliquid prædicatur de duobus; puta A de C & D, ita scilicet quod vnum eorum non prædicatur de altero, aut nullo modo, sicut animal prædicatur de homine & boue, quorum vnum nullo modo de alio prædicatur, aut non de omni; puta animal prædicatur de homine & maulo, quorum vnum de altero vniuersaliter prædicatur, sic, inquit, se habentibus terminis, manifestum est quod non oportet quod id prædicatum, quod de vtroque prædicatur, insit vterique secundum aliquod commune: hoc in infinitum procedendo.

Deinde cum dicit. b ¶ Manifestat propositum per exemplum. Sunt enim duæ species trianguli: quarum vna vocatur scalenon; vel triangelus gradatus, cuius sunt tria latera inæqualia: aliæ est isochelus, cuius sunt duo latera equalia, vnum autem horum non prædicat de altero: vtrique autem inest hæc passio, habere tres angulos aequales duobus rectis. Inest autem hoc eis secundum aliquid commune: scilicet quod quædam, scilicet triangulus. Hoc autem non sic semper se habet, scilicet secundum quod in infinitum conueniat secundum aliquid aliud; puta quod habere tres conueniat triangulis iterum, secundum aliquid aliud: & sic in infinitum. Deinde cum dicit. c ¶ Probat propositum & dicit, Sit ita quod B prædicatur de C & de D secundum hoc commune, quod est A, manifestum est ergo quod B erit in C & in D secundum illud commune quod est A, & iterum insit A secundum aliquod commune, & iterum illi communi secundum aliquid aliud, procedetur in infinitum in mediis, sequitur igitur quod inter duo extrema quæ sunt C & B, cadant infiniti termini medii. Hoc autem est impossibile, ergo non necesse est si idem insit pluribus, quod semper in infinitum insit eis secundum aliquid commune, quia necesse est quod perueniatur ad aliqua spatia immediata, id est ad aliquas immediatas prædicationes quas appellat spatia, vt supra dictum est. Quædam igitur videtur ex hac probatione Aristotelis non esse intellectus, quod hoc non sit verum, quod quando aliquid prædicatur de pluribus, quæ de se inuicem non prædicantur, quod illud non insit illis pluribus secundum aliquid commune. Hoc enim verum est in omnibus prædicationibus, sicut passio: oportet enim si inest pluribus, quod insit ei secundum aliquid commune: licet forte id sit innominatum, sicut supra dictum est, cum de vniuersali ageretur. Sed in illo compuni non proceditur in infinitum, vt hæc ratio inducta a philosopho

evidenter probat. Si autem accipiatur aliquid commune, quod insit pluribus sicut genus speciebus, non semper oportebit aliquid prius accipere secundum quod insit. Puta, si vnum insit homini, & alio secundum aliquid prius, scilicet secundum animal, animal autem & plantæ non inest secundum aliquid prius, quia hæc sunt primæ species corporis viui, siue animalium. Deinde cum dicit. d ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset enim aliquis dicere, quod semper accipitur secundum aliquid commune: quia potest accipi commune alterius generis: puta si dicamus quod esse seipsum mouens inest homini & alio secundum hoc commune, quod est animal; & secundum aliud commune, quod est habens quantitatē, vel habens colorē, aut aliquid aliud huiusmodi, quæ possunt accipi in infinitum. Et ad hoc excludendum dicit, quod necesse est esse terminos medios, qui accipiuntur ex eodem genere, & eisdem atomis, & eisdem indiuisibilibus. Et appellat atomos, ipsos terminos extremos: inter quos oportet accipi medium, si id commune quod accipitur in medio terminus sit de numero eorum, quæ prædicantur per se. Quare autem oportet ex eodem genere sumere terminos medios, ostendit per hoc, quod sicut supra habitum est, non contingit demonstrationem transire de vno genere in aliud. Deinde cum dicit. e ¶ Ostendit quod necesse est deuenire ad aliquod vnum in prædicabilibus, in quibus prædicatur vnum de vno. Et primo in affirmatiuis. Secundo in negatiuis: ibi ¶ Similiter autem & si A &c. Dicit ergo primo manifestum esse quod cum A prædicatur de B, si horum sit aliquid commune, quod illo medio vti possumus ad demonstrandum quod A sit in B: & hæc sunt principia huiusmodi conclusionis. Et quæcumque accipiuntur vt media, sunt principia conclusionum mediarum, quæ per ea concluduntur. Nichil enim aliud sunt elementa, siue principia demonstrationum, quam propositiones immediate. Et hoc dico, vt omnes, vel vniuersales: quod quidem potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt propositio vniuersalis accipiatur secundum quod diuiditur contra singularem. Nam species specialissima non prædicatur de singulari per aliquod medium. Vnde propositio hæc, est immediata, Sortes est homo, non tamen est principium demonstrationis, quia demonstrationes non sunt de singularibus, cum eorum non sit scientia, & ita non omnis immediata est demonstrationis principium, sed solum vniuersalis. Alio modo potest intelligi secundum quod propositiones vniuersales dicuntur propositiones communes in omnibus propositionibus alicuius scientiæ, sicut, Omne totum est maius sua parte: vnde huiusmodi sunt simpliciter demonstrationum principia & in omnibus per se nota. Hæc autem propositio, homo est animal, vel isochelus est triangulus, non est principium demonstrationis in tota scientia

aut non de quolibet prædicatur, non semper illud per commune aliquid ipsius competere.

Triangulo namque duorum æqualium, & omnium inæqualium laterum angulos habere duobus rectis æquales, per commune competit quoddam. Competit enim ut uterque est quædam figura & non ut aliud quicquam. At non semper id uia se habet.

Sit enim B per quod A tam ipsi C quam D competere dicitur. Patet igitur ipsum B per aliud commune quippiam ipsis competere, & illud uem per aliud. Quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit. Non ergo necesse est pluribus idem per aliquod commune semper inesse, siquidem sint interualla quæ medio uacant.

Terminos tamen eodem in genere, & indiuisis ex eisdem necesse est esse, siquidem ipsum commune rationem eorum, quæ per se competunt, subit. Fieri namque non potest, ut ea quæ demonstrantur, ad aliud genus ex alio ingrent ac transeant, ut diximus.

Patet etiam cum A competit ipsi B, atque est aliquid medium, tum A posse ostendi ipsi competere B. Atque huiusmodi erunt, & totidem elementa, quot media sunt. Propositiones enim hæc quæ medio uacant, elementa sunt aut oēs, aut hæc, quæ vniuersales sunt. Quod si nullum sit medium, non est ulterius demonstratio, sed hæc est eantia, quæ acceditur ad principia.

necesse est deuenire ad aliquod vnum in prædicabilibus, in quibus prædicatur vnum de vno. Et primo in affirmatiuis. Secundo in negatiuis: ibi ¶ Similiter autem & si A &c. Dicit ergo primo manifestum esse quod cum A prædicatur de B, si horum sit aliquid commune, quod illo medio vti possumus ad demonstrandum quod A sit in B: & hæc sunt principia huiusmodi conclusionis. Et quæcumque accipiuntur vt media, sunt principia conclusionum mediarum, quæ per ea concluduntur. Nichil enim aliud sunt elementa, siue principia demonstrationum, quam propositiones immediate. Et hoc dico, vt omnes, vel vniuersales: quod quidem potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt propositio vniuersalis accipiatur secundum quod diuiditur contra singularem. Nam species specialissima non prædicatur de singulari per aliquod medium. Vnde propositio hæc, est immediata, Sortes est homo, non tamen est principium demonstrationis, quia demonstrationes non sunt de singularibus, cum eorum non sit scientia, & ita non omnis immediata est demonstrationis principium, sed solum vniuersalis. Alio modo potest intelligi secundum quod propositiones vniuersales dicuntur propositiones communes in omnibus propositionibus alicuius scientiæ, sicut, Omne totum est maius sua parte: vnde huiusmodi sunt simpliciter demonstrationum principia & in omnibus per se nota. Hæc autem propositio, homo est animal, vel isochelus est triangulus, non est principium demonstrationis in tota scientia

Lect. 11.

scientia: sed solum aliquam partem demonstrationum: neque huiusmodi etiam propositiones sunt omnibus per se notæ. Sic igitur si sit aliquid medium propositionis datæ, erit demonstrare per aliquod medium, quousque deueniatur ad aliquod immediatum. Si vero non sit aliquid medium propositionis datæ, non poterit demonstrari. Sed hæc est via ad inueniendum prima principia demonstrationum: id est procedere a mediatis ad immediata resoluendo. Deinde cum dicit. f ¶ Ostendit quod sit accipere primum in negatiuis, & dicit quod si A negetur de B, si sit accipere aliquod medium, a quo scilicet per prius remouetur A quam a B, tunc hæc propositio; B non est A, erit demonstrabilis. Si autem non sit aliquod tale medium accipere, non erit hæc propositio demonstrabilis: sed principium demonstrationis. Et tot erunt elementa, id est principia demonstrationis, quot erunt termini ad quos. s. statuerit, vt vltra non sit inuenire medium. Propositio nes enim quæ sunt ex huiusmodi terminis, sunt principia demonstrationis. Puta, si C immediate prædicet de B, & A immediate remouetur a B, aut prædicetur de eo immediate, B est terminus ad quem vltimo peruenitur in mediis sumendis: vnde vtraque propositio erit immediata, & demonstratio nis principium. Et patet ex præmissis quod sicut sunt quædam principia in demonstrabilibus affirmatiua, in quibus vnum de alio prædicatur, si gnificando quod hoc essentialiter est illud, sicut cum genus prædicatur de proxima specie, vel hoc sit in illo, sicut cum passio prædicatur de proprio & immediato subiecto: ita etiam sunt principia in demonstrabilibus in negatiuis, negatio essentialiter prædicatur, vel etiam propria passione. Ex quo patet, quod quædam sunt principia demonstrationis ad demonstrandum conclusionem affirmatiua, quam oportet concludere ex oibus affirmatiuis: & quædam sunt principia demonstrationis, ad probandum conclusionem negatiua: ad cuius illationem oportet assumere aliquam negatiua. Deinde cum dicit. g ¶ Ostendit quomodo vtendum sit primis propositionibus in demonstrando. Et primo in propositionibus affirmatiuis. Secundo in negatiuis: ibi ¶ In priuatiuis autem &c. Circa primum tria facit. Primo, ostendit qualiter oportet sumere propositiones immediatas in demonstrationibus. Secundo ostendit, quomodo huiusmodi propositiones se habeant ad demonstrationes, ibi ¶ Et quemadmodum in aliis. Tertio epilogat: ibi ¶ In ostent suis quid igitur. Dicit ergo primo, quod quod oportet demonstrare aliquam conclusionem affirmatiua, puta, Omne B est A, necesse est accipere aliquod quod primo prædicatur de B quam A, de quo A etiam prædicatur, & sit illud C, & si iterum aliquid sit de quo A per prius prædicatur quam de C, sic semper procedendo, sic nec propositio nec terminus significans aliquid ens, accipitur in demonstrando extra ipsum A, quia oportet

Similiter autem erit, & si A in B non sit. Siquidem enim: aut erit medium, aut prius, cui non inest erit demonstratio: si vero non, non est, sed principium. Et elementa tot sunt, quot termini, & horum propositiones principia demonstrationis sunt. Et sicut quædam principia sunt in demonstrabilibus, quod sit hoc illud, & quod sit hoc in illo, sic & quod non erit hoc illud, nec quod sit hoc in illo. Quare hæc quidem esse aliquid, alia autem non esse aliquid erunt principia.

Cum autem oporteat demonstrare aliquid, accipiendum est quod de B primum prædicatur & sit C, & de hoc similiter A & sic semper vadens, nequaquam extra propositio cadet. Neque extra esse ipsius A accipiat vt demonstretur, sed semper medium condenset quousque indiuisibilia fiant, & vnum. Est autem vnum cum immediatum fiat: & vna propositio simplex & immediata.

Et quemadmodum in aliis est principium simplex, hoc autem non idem vbique, sed in grauiter quidem in melodia autem tonus, in membris autem diuisio, aliud autem in alio: sic est in syllogismo vna propositio immediata: in demonstratione autem, & scientia, intellectus.

In demonstratiuis quidem igitur syllogismis eius quod est, nihil cadit extra.

Ostendam Philosophus comparauit demonstrationes adinuenit: hic agit de comparatione scientiarum, quae est demonstratiois effectus. Et diuiditur in duas partes. In prima parte comparat scientiam ad scientiam. In secunda comparat scientiam ad alios modos cognoscendi: ibi **S**ciibile autem & scientia differunt. Circa primum duo facit. Primo comparat scientiam ad scientiam secundum certitudinem. Secundo, secundum vnitatem & pluralitatem: ibi **V**na scientia autem & c. Circa primum ponit tres modos, quibus vna scientia est certior alia. Primum modum ponit dicens, quod illa scientia est prior & certior quae alia quae eadem facie cognoscere, & quia, & propter quod. Non autem est illa certior, quae est cognoscitua solum ipsius quia, separatim ab ea, quae cognoscit per quod. Haec enim est dispositio scientiae subalternatae ad subalterna, vt supra dictum est. Na scia subalternata separatim scit quae, nesciens propter quod. Sicut chirurgicus scit quod vulnera circula riam tardius curantur, non autem scit propter quod. Sed huiusmodi cognitio pertinet ad geometram: qui considerat rationem circuli, & in quam partes eius non appropinquat sibi per modum anguli, ex qua propinquitate contingit, quod vulnera triangularia citius sanantur. Secundum modum ponit dicens, quod illa scientia, quae non est de subiecto, est certior illa, quae est de subiecto. Et accipitur hic subiectum pro materia sensibili, quae

LECTIO XLI.

Scientia autem est exactior, atque prior ea, quae est eadem ipsius esse, atque propter quod est: sed non ea, quae est ipsius esse.

Circa primum duo facit. Primo comparat scientiam ad scientiam secundum certitudinem. Secundo, secundum vnitatem & pluralitatem: ibi **V**na scientia autem & c. Circa primum ponit tres modos, quibus vna scientia est certior alia. Primum modum ponit dicens, quod illa scientia est prior & certior quae alia quae eadem facie cognoscere, & quia, & propter quod. Non autem est illa certior, quae est cognoscitua solum ipsius quia, separatim ab ea, quae cognoscit per quod. Haec enim est dispositio scientiae subalternatae ad subalterna, vt supra dictum est. Na scia subalternata separatim scit quae, nesciens propter quod. Sicut chirurgicus scit quod vulnera circula riam tardius curantur, non autem scit propter quod. Sed huiusmodi cognitio pertinet ad geometram: qui considerat rationem circuli, & in quam partes eius non appropinquat sibi per modum anguli, ex qua propinquitate contingit, quod vulnera triangularia citius sanantur. Secundum modum ponit dicens, quod illa scientia, quae non est de subiecto, est certior illa, quae est de subiecto. Et accipitur hic subiectum pro materia sensibili, quae

Le. 44.

Le. 25. text. expo. 4.

Poster. Diui. Tho.

POSTERIOR. ANALYTIC.

Tex. c. 19. 1
3. rex. cx. 4.
rex. c6. 20.
expo. vlti.

Philosophus docet in secundo Physicorum quaedam sunt scie-
tia pure mathematica, quae omnino abstrahunt secundum ra-
tionem a materia sensibili, ut geometria & arithmetica: quaedam
autem scientiae sunt mediae, quae scilicet principia mathemati-
ca applicant ad materiam sensibilem, sicut perspectiva applicat

principia geometriae
ad lineam visibilem,
& harmonica, id est
musica applicat prin-
cipia arithmetica ad
sonos sensibiles. Vnde
hic dicit, quod arith-
metica est certior quam
musica & prior.
Prior quidem, quia
musica videtur princi-
piis eius ad aliam.
Certior autem, quia in
certitudine causatur per
transmutationem ma-
teriae sensibilibus: unde
quanto magis acceditur
ad eam, tanto scientia est
minus certa. Tertium mo-
dum ponit dicens.
Quae est ex paucioribus,
est prior & certior ea,
quae est ex appositione,
id est quam illa, quae se
habet ex additione. Et
ponit exemplum, sicut
geometria est posterior &
minus certa quam arith-
metica. Habent enim se
ea, de quibus est geometria,
ex additione ad ea, de
quibus est arithmetica.
Et hoc quidem planum
est secundum positiones
platonicas, secundum
quas hic Aristoteles
exponit, ut eis ad propo-
situm ostendendum. Sicut
frequenter in libris Logi-
cae videtur opinionibus
aliorum philosophorum
ad propositum manifestan-
dum per modum exempli.
Posuit autem Plato, quod
vnum est substantia cuiuslibet
rei, quia non distinguitur
inter vnum quod conuertitur
cum ente, quod significat
substantiam rei, & quod
est principium numeri, &
quod considerat arithmeticus.
Hoc ergo vnum, secundum
quod recipit additionem
positionis in continuo,
accipit rationem puncti.
Vnde dicebat, quod vnum
est substantia non habens
positionem. Punctum autem
est substantia habens
positionem: & sic punctum
supra vnitatem addit
positionem. Et sicut ex
vno causantur omnes
numeri non habentes
positionem, ita ex puncto
secundum platonicos
causantur omnes quantitates
continuae. Nam punctus
motus facit lineam, linea
mota facit superficiem,
superficies mota facit
corpus. Et secundum hoc
quod dicitur, de quibus
est geometria, se habent
ex appositione ad numeros,
de quibus est arithmetica.
Vnde platonici posuerunt
numeros esse formas
magis magnitudinum,
dicentes formam puncti
esse vnitatem, formam
autem lineae esse binarium,
propter duo extrema:
formam autem superficiei
esse ternarium, propter
primam superficiem
triangularem, scilicet quae
tribus angulis terminatur,
formam autem corporis
ponere quaternarium,
propter hoc quod prima
figura corporea est
pyramis triangularis,
quae quatuor angulos
corporales habet, vnum
quidem, scilicet in conum
& tres in basim. Et
secundum hoc patet quod
comparatio certitudinis
scientiarum accipitur
hic secundum duo. Nam
primus modus accipitur
secundum quod causa est
prior & certior suo effectui.
Alii autem duo modi
accipiuntur, secundum
quod forma est certior
materia, ut quia forma
est principium cognoscendi
materiam. Est autem
duplex materia, ut dicitur
in 7. Metaphysicae,
vna quidem sensibilibus,
secundum quam accipitur
secundus modus. Alia
vero intelligibilis, scilicet
ipsa continuitas, &
secundum hanc accipitur
tertius modus. Et
quamuis hic tertius
modus expositus sit
secundum opinionem
Platonis, tamen etiam
secundum opinionem
Aristotelis, punctus se
habet ex additione ad
vnitatem. Nam punctum
est quoddam vnum
indivisibile in continuo,
abstrahens secundum
rationem a materia
sensibili. Vnum autem
abstrahit & a materia
sensibili & ab intelligibili.
Deinde cum dicit.

b Vna autem scientia est, quae est vnius generis.

c Quaecumque ex primis componuntur, & partes, aut passionibus eorum sunt per se.

quia, extra eam, quae est propter quid. Et quae non est de subiecto, illa quae est de subiecto: vt arithmetica harmonica. Et quae est ex minoribus, ea, quae est ex appositione. Dico autem ex minoribus, eam quae non est ex additione, vt vnitatem substantia est sine positione: punctum autem substantia posita. Hoc autem est ex appositione.

b ¶ Comparat scientias adinuicem secundum vnitatem & diuersitatem. Et circa hoc duo facit. Primo, enim ostendit vnitatem & diuersitatem esse in scientiis & secundum subiectum & principium. Secundo, prosequitur & de subiectis & de principijs: ibi ¶ Eius autem quod est a fortuna. ¶ Circa primum duo facit. Primo, ostendit quid faciat ad vnitatem & diuersitatem scientiae. Secundo, ostendit quoddam vnum indiuisibile in continuo, abstrahens secundum rationem a materia sensibili. Vnum autem abstrahit & a materia sensibili & ab intelligibili. Deinde cum dicit.

faciat ad vnitatem scientiae. Secundo, quid faciat ad scientiarum diuersitatem: ibi ¶ Altera autem scientia. ¶ Circa primum duo facit. Primo, enim ponit, quod vnitatem scientiae consideratur ex vnitatem generis subiecti. Secundo ostendit quale sit genus, quod ponit esse subiectum scientiae: ibi ¶ Quaecumque ex primis. ¶ Dicit ergo primo, quod scientia dicitur vna, ex hoc quod est vnius generis subiecti, Cuius ratio est, quia passiones scientiae cuiuslibet, est quasi quidam motus rationis. Cuiuslibet autem motus vnitatis, ex termino principaliter consideratur, vt patet in 5. Physicorum, & ideo oportet quod vnitatem scientiae consideret ex fine siue ex termino scientiae. Est autem cuiuslibet scientiae finis, siue terminus, genus, circa quod est scientia, quia in speculatiuis scientiis nihil aliud queritur quam cognitionem generis subiecti. In practicis autem scientiis intenditur quasi finis constructio ipsius subiecti. Sicut in geometria intenditur quasi finis cognitio magnitudinis, quae est subiectum geometriae. In scientia autem edificataria intenditur quasi finis constructio domus, quae est huiusmodi artis subiectum. Vnde relinquatur quod cuiuslibet scientiae vnitatem secundum vnitatem subiecti est attendenda. Sed sicut vnius generis subiecti vnitatem est communior, quam alterius, utpote entis, siue substantiae quam corporis mobilis, ita vna scientia est communior quam alia. Sicut metaphysica, quae est de ente siue de substantia, est communior, quam physica, quae est de corpore mobili. Deinde cum dicit.

sue ea, quae est ipsius propter quid est. Et ea, quae non est de subiecto, vt arithmetica ipsa musica. Et item ea, quae est ex paucioribus, ea quae est ex additione: ut arithmetica ipsa geometria. Ex additione autem dico hoc pacto. Vnitatem est substantia uacans positione: punctum uero est cum positione substantia. Hoc igitur ex additione esse dico.

Vna autem est scientia, quae vnius est generis.

Quae componuntur ex primis, & sunt partes aut affectus horum per se.

¶ Ostendit qualia sunt illa genera, de quibus patet esse scientiae, & ponit duas conditiones siue rationes. Quarum vna ponit dicens, ¶ Quaecumque ex primis componuntur. ¶ Illa sunt quorum vnius generis vna scientia est. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut iam dictum est, progressus scientiae consistit in quodam motu rationis discurrantis ab vno in aliud, omnis autem motus a principio quodam procedit, & ad aliquid terminatur: vnde oportet quod in progressu scientiae non procedat ex aliquibus principijs primis. Si qua ergo res est, quae non habeat principia priora, ex quibus non potest procedere, horum non potest esse scientia, sed quae scientia hic accipitur, prout est de demonstrationis effectus. Vnde scientiae speculatiuae non sunt de ipsis essentibus substantiarum separatarum. Non enim per scientias demonstratiuas possumus scire quod quid est in eis, quia ipsae essentiae harum substantiarum sunt intelligibiles per seipsas ab intellectu, ad hoc proportionato. Non autem cogregatur earum notitia, quae cognoscitur quod quid est ipsarum, per aliqua priora. Sed per scientias speculatiuas potest sciri de eis an sint, & quid non sunt, & aliquid secundum similitudinem in rebus inferioribus inueniunt. Et tunc videtur posterioribus vt prioribus ad earum cognitionem, quae sunt posteriora secundum naturam, sunt priora, & notiora quo ad nos. Et sic patet, quod illa, de quibus habet scientia per ea quae sunt priora simpliciter, sunt composita secundum se ex aliquibus prioribus. Quaecumque vero cognoscitur per posteriora, quae sunt prima quo ad nos, & si in seipsis sunt simplicia, secundum tamen quod a nostra cognitione accipiuntur, componuntur ex aliquibus primis quo ad nos. Secundam conditionem ponit cum dicit. ¶ Et partes, aut passionibus eorum sunt per se. ¶ Vbi considerandum est, quod subiectum alicuius scientiae duplices partes habere potest. Partes, ex quibus componitur sicut ex primis, vt dictum est, id est, ipsa principia subiecti, & partes subiectiuas. Et quamuis de vtriusque partibus possit intelligi quod hic dicitur, tamen magis videtur esse intelligendum de primo genere partium. In qualibet enim scientia sunt quaedam principia subiecti, de quibus est prima consideratio, sicut in scientia naturali de materia & forma, & in grammatica de literis. Est etiam in qualibet scientia aliquid vltimum, ad quod terminatur consideratio scientiae, vt scilicet passiones subiecti manifestentur. Sed vtrumque horum, scilicet & proprietates, & passiones, possunt alicui attribui & per se, & non per se. Nam ea quae sunt per se principia & passiones trianguli, non sunt per se principia, & passiones isochelis, in quantum isochelis est, sed in quantum triangulus. Nec etiam sunt per se principia & passiones aeris & albi, quamuis contingat aliquod aeris triangulum esse, vel ali-

T. c. 31.
6. ex. 4.
L. c. 6. 4.
7. ex. 1.

L. c. 15.

quod album. Vnde si qua scientia esset quae ex principiis trianguli manifestaret passiones trianguli, huiusmodi scientiae subiectum non esset isochelus, neque album aut aer, sed triangulus, cuius etiam per se subiectiuas partes sunt isochelus, aequilaterus, & gradatus. Sed pro tanto dixi de his partibus hic ad praesens non ita conuenienter accipi, quia magis accipere possunt magis documentum qualiter scientia se habeat ad huiusmodi partes subiectiuas, ex eo quod se habet aliqualiter ad totum genus, quam econuerso. Deinde cum dicit.

d Altera autem scientia est ab altera, quorumcumque principia, neque ex eisdem, neque ex alterutris sunt.

e Huiusmodi autem signum est cum in demonstrabilia veniant. Oportet enim ipsa in eodem genere esse his: quae demonstratur. Signum autem huius est, quando demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt, & congenera.

f Plures autem demonstrationes esse eiusdem possibile: & non solum ex eodem ordine accipienti, sed sumendo non continuum medium, vt eorum quae sunt A B C & D: sed ex altero, vt sit A transmutari: in quo autem tem D moueri, sed B letari, & iterum E quiescere. Verum igitur est & D de B, & A de D praedicari. Latens enim mouetur, & quod mouetur transmutatur. Iterum A de E, & E de B verum est praedicari. Omnis enim latens quiescit, & quiescens transmutatur. Quare per altera media, & non ex eodem ordine syllogismus est. Quare & neutrum de neutro dici contingit mediolorum. Necesse est enim eidem alicui vtraque inesse. Intendere autem est per alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismus.

¶ Circa primum duo facit. Primo, ostendit quid faciat ad vnitatem & diuersitatem scientiae. Secundo, ostendit quoddam vnum indiuisibile in continuo, abstrahens secundum rationem a materia sensibili. Vnum autem abstrahit & a materia sensibili & ab intelligibili. Deinde cum dicit.

cipijs fluant, sicut principia trianguli & quadrati derivantur ex principiis figurarum, vel principia vnius derivantur ex principiis alterius, sicut principia isochelis dependent a principiis trianguli. Nec tamen intelligendum est, quod sufficiat ad vnitatem scientiae vnitatem principiorum primorum simpliciter, sed vnitatem principiorum primorum in aliquo genere scibili. Distinguntur autem genera scibilium secundum diuersum modum cognoscendi. Sicut alio modo cognoscitur ea, quae diffiniuntur cum materia, & ea quae sine materia. Vnde aliud genus scibilium est corpus naturale, & corpus mathematicum. Vnde sunt diuersa principia prima vtriusque generis, & per consequens diuersa scientiae. Et vtriusque horum generum distinguuntur in diuersas species scibilium secundum diuersos modos & rationes cognoscibilitatis. Deinde cum dicit.

Diuersa vero scientiae sunt, quarum principia non sunt ex eisdem, nec ex vnius principijs principia proficiuntur alterius.

Huius autem est signum, cum ad ea, quae non demonstrantur, fuerit ventum. Oportet enim ipsa eodem in genere esse, in quo sunt ea, quae sunt demonstrata. Est autem & huius signum, cum ea, quae demonstrantur per ipsa eodem in genere sunt atque propinqua.

Atque fieri potest, vt plures eiusdem sint demonstrationes non solum si ex eadem serie medium non coherens accipitur, vt si inter A B nunc C, nunc D, nunc E medium accipitur, sed etiam si ex diuerso sumatur. Sit. n. A mutatur, C mouetur, B voluptate afficitur. Verum igitur dices si C de B & A de C praedicaueris. Qui namque voluptate afficitur mouetur, & qui mouetur mutatur. Rursus inter eosdem terminos medium D ponatur in quo sit, quietem consequitur. Verum igitur identidem dices, si A de D, & D de B praedicaueris. Qui namque afficitur voluptate, is quietem consequitur, & qui quietem consequitur, is mutatur. Quare per diuersa media non ex eadem serie sumpta conficitur ratiocinatio. Non tamen adeo diuersa vt neutrum dicatur de altero. Necesse est enim ambo cuiuspiam eidem inesse. Considerandum autem est, quot modis per ceteras quoque figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest.

¶ Circa primum duo facit. Primo, ostendit quid faciat ad vnitatem & diuersitatem scientiae. Secundo, ostendit quoddam vnum indiuisibile in continuo, abstrahens secundum rationem a materia sensibili. Vnum autem abstrahit & a materia sensibili & ab intelligibili. Deinde cum dicit.

Tex. c6. 45.
lec. expo. 4.

T. c. 6. 41.

L. seq. int.

L. c. 15. ex. 5.

esse. Omne quod mouetur transmutatur, omne quod delectatur mouetur, quia delectatio est quidam motus appetitiue potestatis. Ergo omne quod delectatur transmutatur. Vel quod dicitur. Omne quod delectatur mouetur, est secundum opinionem Platonis, & habet locum in delectationibus sensibilibus, quae sunt cum motu. Aliud quod dicitur, Omne quod delectatur quiescit, est verum secundum opinionem Aristotelis, ut patet in 7. & decimo Ethicorum. Et hoc praecipue verificatur in delectationibus intelligibilibus. Deinde, dicitur quod sicut hoc ostensum est in prima figura, ita etiam potest in aliis figuris de facili considerari, quod eadem conclusio diuersis modis potest syllogizari. Inducitur autem hoc Philosophus ad ostendendum, quod diuersum medium demonstrationis quaeque pertinet ad eandem scientiam, puta, cum est ex eadem coordinatione, quandoque autem ad diuersas scientias, puta quando est ex alia coordinatio.

LECTIO XLII.

Ius autem, quod est a fortuna, non est scientia per demonstrationem. Neque, n. sicut necessarium est, neque sicut frequenter, quod est a fortuna, sed quod extra hoc fit. Sed demonstratio alterius horum est. Ois. n. syllogismus: est autem per necessarias aut per eas, quae sunt tanquam frequenter propositiones. Et si quidem propositiones necessariae sunt & conclusio necessaria est. Si vero sint ut frequenter, & conclusio huiusmodi est. Quare si id, quod est a fortuna neque est sicut frequenter, neque sicut necessarium, neque utique ipsius erit demonstratio.

Neque per sensum est scire. Si enim & est sensus talis quidem huiusmodi, & non huiusmodi aliquid: sed tamen sentire necesse est hoc aliquid, & ubi & nunc. Vniuersale autem & in omnibus impossibile est sentire. Non, n. est hic, neque nunc. Non, n. utique esset vniuersale. Quod enim semper est, & ubique est, vniuersale esse dicimus. Quoniam igitur demonstrationes vniuersales sunt has autem non est sentire: manifestum est quod neque scire per sensum.

LECTIO XLII. Ostendam Philosophus assignauit rationem vnitatis, & diuersitatis scientiarum ex parte generis subiecti, & ex parte principiorum: hic de vtrisque profertur. Et primo de subiectis de quibus est scientia. Secundo de principijs: ibi & eadem autem principia &c. Circa primum considerandum est, quod supra duas conditiones posuit generis quod est subiectum scientiae, quarum vna est, ut componatur ex primis, alia est ut partes & passionis sint eius per se. Quorum conditionum vna deest in his, quae sunt a fortuna, quia non conueniunt per se, sed per accidens, & praeter intentionem: ut probatur in secundo Physicorum. Alia vero conditio deest in his, quae per sensum cognoscuntur, quae sunt prima in nostra cognitione. Et ideo ostendit, quod scientia non est eorum, quae sunt a fortuna. Secundo, ostendit quod non est eorum, quae cognoscuntur per sensum: ibi & Neque per sensum est scire. Dicit ergo primo, quod demonstratiua scientia non potest esse de eo, quod est a fortuna: quod est per accidens eueniens. Et hoc probat sic. Omnis syllogismus demonstratiuus, aut procedit ex propositionibus necessariis, aut ex propositionibus, quae sunt verae ut frequenter. Ex propositionibus autem necessariis sequitur conclusio necessaria, ut supra probatum est. Et similiter ex propositionibus, quae sunt verae ut frequenter, sequitur conclusio, quae est vera ut frequenter: vel forte etiam necessaria secundum quod ex contingenti potest sequi necessarium, ut ex falso verum. Nunquam autem ex propositionibus, quae sunt verae ut frequenter, sequitur propositio, quae est vera ut in paucioribus: quia sequeretur quod aliquando propositiones essent verae & conclusio falsa, quod est impossibile, ut ostensum est. Necesse est ergo quod conclusio syllogismi demonstratiui, vel sit necessaria, vel sit vera sicut frequenter. Sed id quod est a fortuna non est necessarium, neque quod verum ut frequenter, sed accidit in paucioribus, ut in secundo Physicorum probatur. Ergo demonstratiua scientia

Lec. 12. Lec. 10. cap. 8.

Tex. c. 20. lec. 8. ex. vi.

Lec. seq. im.

Tex. c. 50. lec. 8. ex. 4.

Lec. 13. tex. ex. 1. 2. 3. 4.

Lec. 16.

Tex. c. 51. lec. 8. ex. 5.

LECTIO XLII.

Ius autem, quod proficitur a fortuna, non est per demonstrationem scientiam. Quod enim fortuito fit, nec est ut necessarium, nec ut plerumque; sed est id, quod fit praeter ista. Demonstratio vero alterius est istorum. Omnis enim ratiocinatio, quae fit per propositiones, aut necessarias, aut eas quae sunt plerumque; conficitur. Atque si necessariae quidem sint, conclusio quoque necessaria est in plerumque sint, conclusio quoque talis efficitur. Quare si id, quod proficitur a fortuna, neque plerumque neque necessario fit, nulla prorsus ipsius erit sine dubio demonstratio.

At vero neque fit, ut per sensum sciamus. Nam si sensus talis, & non huius alicuius est, sentire tamen necesse est hoc aliquid & aliquo in loco, & nunc. Vniuersale vero, & quod est supra omnia, fieri nequit ut sentiat, quippe cum non sit hoc, neque nunc. Non enim esset vniuersale. Quod enim semper est, & ubique, id vniuersale dicimus esse. Cum igitur demonstrationes quidem sint vniuersales, vniuersalia vero sentiri nequeant per se ipsum, est fieri non posse, ut per sensum sciamus.

quod scientia non consistit in sensu. Secundo, ostendit quomodo sensus ordinatur ad scientiam: ibi & Sunt tamen quaedam reducta. Circa primum duo facit. Primo ostendit scientiam non esse per sensum. Secundo, praefert scientiam sensui: ibi & Vniuersale autem honorabile &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit veritatem. Secundo, excludit errorem quorumdam: ibi & Sed manifestum est &c. Dicit ergo primo, quod si cut scientia non est eorum, quae sunt a fortuna, ita etiam scientia non consistit in cognitione, quae est per sensum. Et hoc probat sic. Manifestum est enim quod sensus cognoscit aliquid tale, & non hoc. Non enim obiectum per se sensus est substantia, & quodquidem est, sed aliqua sensibilis qualitas, puta calidum, frigidum, album, nigrum, & alia huiusmodi. Huiusmodi autem qualitates efficiunt singulares quasdam substantias in determinato loco & tempore existentes: unde necesse est, quod hoc quod sentitur, sit hoc aliquid, scilicet singularis substantia, & sit alicubi, & nunc id est in determinato tempore & loco. Ex quo patet, quod id, quod est vniuersale, non potest cadere sub sensu. Non enim quod est vniuersale determinatur ad hic & nunc, quia iam non esset vniuersale. Illud enim vniuersale dicimus, quod est semper & ubique. Quod quidem non est secundum viam affirmationis intelligendum, quod hoc fit de ratione vniuersalis, aut eius quod est vniuersale, quod sit semper, & ubique: puta de ratione hominis aut animalis, quia oporteret quod quodlibet singulare hominis, & animalis esset semper & ubique, quia ratio hominis & animalis in quolibet singularium inuenitur. Si vero esset de ratione ipsius vniuersalis, sicut de ratione generis est, quod contineat sub se species: sequeretur, quod nihil esset vlt, quod non esset & semper, & ubique; inueniretur, & in hoc loca non esset, vel non haberet esse vniuersale, quia non in omni terra potest inueniri. Est ergo hoc intelligendum per modum negationis

Tex. 89. vi.

Lec. 11. ex.

Tex. c. 150. & 51. l. 4. i. ex. p. 2. 3. Tex. c. 21. lec. 11. re. ex. prima.

Lec. 16. tex. ex. 1. 1. & 3.

seu abstractionis, quia scilicet vniuersale abstrahit ab omni determinato tempore & loco. Unde quantum est de se, sicut inuenitur in quolibet vno loco vel tempore, sicut natum est in omnibus inueniri. Sic igitur patet, quod vniuersale non cadit sub sensu. Quia igitur demonstrationes sunt vniuersales, praecipue, ut ostensum est supra, manifestum est quod scientia per demonstrationem acquisita, non consistit in cognitione sensus. Deinde cum dicitur. Excludit errorem quorundam, qui credebant in ipsa perceptione sensus consistere scientiam. Et videtur haec ratio pertinere ad illos, qui non ponebant intellectum lectum differre a sensu, & per consequens nullam aliam cognitionem esse nisi sensum, ut haberetur in tertio de anima: & in 4. Metaphysicis. Et ad hoc excludendum dicit, quod si etiam per sensum percipere possemus quod triangulus habet tres angulos equales duobus rebus, adhuc oporteret quod re demonstratiuam ad habendum scientiam, neque per sensum perceptionem sciremus: quia sensus est singularium, scientia autem consistit in hoc, quod vniuersale cognoscimus ut ostensum est. Et quia postulat exemplum de his, quae sensu percipi non possunt, ad maiorem euidentiā ponit exemplum in his, quae sensibilia sunt, videlicet, in eclipsi lunae, quae contingit ex oppositione terrae, quae interponit inter solem & lunam, ut claritas solis non possit pertingere ad lunam propter vrbem terrae, quam dum luna subintrat eclipsatur. Ponam ergo, quod aliquis esset in ipsa luna, & sensu perciperet interpositionem terrae per vrbem ipsius, sensu quidem perciperet, quod luna terra deficeret ex vrbem terrae, sed non propter hoc sciret totaliter causam eclipsis. Illud enim est per se causa eclipsis, quod causat vniuersaliter eclipsim. Vniuersale autem non cognoscitur sensu, sed ex pluribus singularibus visis, in quibus multoties consideratis inuenitur idem accidere, accipimus vniuersalem cognitionem. Et sic per causam vniuersalem, demonstramus aliquid in vniuersali, de quo est scientia. Deinde cum dicitur. Ostendit quod scientia est potior quam sensus. Manifestum est enim quod cognitio, quae est per causam, nobilior est: causa autem per se est vniuersalis causa, ut iam dictum est; & ideo cognitio per vniuersalem causam, qualis est scientia, est honorabilis. Et quia huiusmodi vniuersalem causam impossibile est apprehendere per sensum, ideo consequens est, quod scientia, quae ostendit causam vniuersalem, non solum sit ho-

Sed manifestum est quonia, & si esset sentire triangulum duobus rebus aequales habere angulos, quareremus utique demonstrationem, & non sicut quidam fatentur, sciremus. Sentire quidem, n. necesse est singulariter, scientia autem est in cognoscendo vniuersale. Unde & si in luna esset semus & videremus obiecta terram, non utique sciremus causam defectus. Sentiremus, n. quonia deficeret nunc, sed non propter quid omnino. Non, n. esset vniuersalis sensus. Sed ex consideratione hoc multoties accidere vniuersale venantes, demonstrationem habemus. Ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum est.

Vniuersale autem honorabilius est, quoniam ostendit causam. Quare de huiusmodi vniuersali scientia honorabilior est sensibus, & cognitione quorumcumque causa est. Sed de primis alia ratio est. Manifestum est igitur quod impossibile sit sentiendi scire aliquid demonstratorum, nisi iam aliquis sentire hoc dicat scientiam habere per demonstrationem.

Sunt tamen quaedam reducta ad sensus defectum in propositis. Quaedam enim si videremus, non utique quareremus, non tanquam scientes in videndo, sed tanquam habentes vniuersale ex eo, quod videmus. Ut si vitrum perforatum videremus, & lumen pertransiens, manifestum utique erit & propter quid. Et propter id quod, videmus quidem seorsum in vnoquoque, intelligere autem simul est. Quoniam in omnibus sic est.

terre per vrbem ipsius, sensu quidem perciperet, quod luna terra deficeret ex vrbem terrae, sed non propter hoc sciret totaliter causam eclipsis. Illud enim est per se causa eclipsis, quod causat vniuersaliter eclipsim. Vniuersale autem non cognoscitur sensu, sed ex pluribus singularibus visis, in quibus multoties consideratis inuenitur idem accidere, accipimus vniuersalem cognitionem. Et sic per causam vniuersalem, demonstramus aliquid in vniuersali, de quo est scientia. Deinde cum dicitur. Ostendit quod scientia est potior quam sensus. Manifestum est enim quod cognitio, quae est per causam, nobilior est: causa autem per se est vniuersalis causa, ut iam dictum est; & ideo cognitio per vniuersalem causam, qualis est scientia, est honorabilis. Et quia huiusmodi vniuersalem causam impossibile est apprehendere per sensum, ideo consequens est, quod scientia, quae ostendit causam vniuersalem, non solum sit ho-

norabilior omni sensitiua cognitione, sed etiam omni alia intellectiua cognitione, dummodo sit de rebus, quae habent causam, quia scire aliquid per causam vniuersalem, est nobilius quam intelligere qualitercumque id quod habet causam sine cognitione suae causae. Sed de primis, quae non habent causam

Quin ut patet, si fieri posset, ut sensu triangulum angulos habere duobus rebus aequales perciperemus, quareremus utique demonstrationem. Et non ut inquit quidam, sciremus. Sentire nanque necesse est singulariter: at scientia in vniuersali cognitione consistit. Quamobrem si in luna etiam essemus, terramque videremus obiecientem se lunae, non profecto causam ipsam defectus sciremus. Sentiremus enim lunam deficere, & non propter quid omnino sensu perciperemus. Non enim ipsius vniuersalis est sensus. Attamen cum ex eo, quia saepe hoc accidere videremus: ipsum vniuersale venari possemus, demonstrationem utique haberemus. Ex singularibus enim pluribus, vniuersale ipsum patet fieri solet.

Ipsam autem vniuersale praestabile nimirum est: propterea quod ipsam causam indicat. Quare de talibus notitia vniuersalis praestabilior est perceptione sensuum, & intellectu eorum quorum est alia causa. De primis autem alia ratio est. Patet igitur fieri non posse, ut quisquam sentiendi quicquam unquam eorum sciat quae demonstrabilia sunt: nisi sentire quispiam id esse dicat, scientiam inquam per demonstrationem habere.

Sunt tamen inter ea, quae proponuntur nonnulla, quae quidem ad sensus reducuntur defectiua. Nonnulla nanque non videremus, si illa visu perciperemus, non propterea quod scimus videndo: sed quia ex eo, quia videmus, habemus tandem ipsum vniuersale, veluti si vitrum perforatum esse, lumenque penetrare per meatum visu perciperemus, pateret etiam nobis per quid post vitrum lumen efficitur ex eo plane, quia videremus quidem seorsum id ipsum fieri in unoquoque: intelligeremus autem simul in vniuersali hoc fieri pacto.

foramina, quae pori dicuntur, quos quia visu discernere non possumus propter paruitatem, dubitamus quare vitrum sic transparent. Et potest simile exemplum poni de quibuscumque rebus quae habent causam sensibilem latentem. Et quia dixerat, quod scientia huiusmodi rei non est in videndo, manifestat hoc esse verum. Nam in videndo cognoscimus seorsum vnumquodque singularium, sed in sciendo, oportet omnia intelligere simul in vniuersali, ut scilicet intelligamus ita se habere in oibus. Videmus, n. sigillatim de diuersis vitris, sed scientiam accipimus de oibus vitro quod sit tale. Poster. Diui. Tho. G 3 Lectio

est alia ratio. Illa, n. per se intelliguntur, & talis eorum cognitio est certior omni scientia: quia ex tali intelligentia, scientia certitudinem habet. Vltimo autem concludit principale propositum, quod scilicet impossibile sit per sensum cognoscere aliquid demonstrabile, nisi forte aequiuoce aliquis utatur nomine sensus, vocans demonstratiuam scientiam sensum, propter hoc quod scientia demonstratiua est determinate vnius secundum certitudinem, sicut & sensus. Propter quod & certae estimationes scientiae vocantur. Deinde cum dicitur. Ostendit quomodo sensus ordinatur ad scientiam. Quaedam enim problematica dubitationes reducuntur sicut in causam ad defectum sensus. Quaedam etiam sunt de quibus non quareremus dubitando, si ea vidissemus, non quidem eo quod scientia consistat in videndo, sed in quantum ex rebus visis per viae experimenti accipitur vniuersale, de quo est scientia. Puta, si videremus vitrum perforatum, & quomodo lumen pertransit per foramina vitri, sciremus propter quid vitrum est transparent. Et vitur hoc exemplo secundum opinionem eorum, qui ponebant lumen esse corpus, & quaedam corpora esse transparentia propter subtilia quaedam

Philosophus prosecutus est de illis, quorum est scientia, hic prosequitur de principiis scientiarum, ostendens non esse eadem principia omnium syllogis-

morum. Primo, ostendit hoc logice, id est per rationes communes omnibus syllogismis. Secundo hoc ostendit analitice, scilicet per rationes proprias demonstrationis: ibi § Si vero aliter &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit propositum per differentiam syllogismorum adinuicem: ibi § Postea neque falsae &c. Tertio, per differentiam syllogismorum verorum adinuicem: ibi § Neque verorum. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo, excludit quaedam obuiationem: ibi § Et si nanque sit verum. Dicit ergo primo, quod primo logice speculando manifestum est, quod non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum, propter hoc quod quidam syllogismi sunt falsi, id est conclusiones falsae, & quidam veri, id est conclusiones verae. Syllogismorum autem falsorum & verorum sunt diuersa principia. Nam syllogismorum verorum sunt principia vera: syllogismorum autem falsorum sunt principia falsa. Non ergo omnium syllogismorum sunt eadem principia. Deinde cum dicit.

LECTIO XLIII.

Adem autem principia esse omnium syllogismorum impossibile est: primum quidem logice speculantibus. Hi quidem enim veri sunt syllogismi, alii autem falsi.

Et si nanque sit verum ex falsis syllogizare: sed semel hoc fit, ut si A de C verum sit, medium autem B falsum. Neque enim A in B est; neque B in C. Sed si harum media accipiatur propositio, falsae erunt ex eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris. Altera autem sunt verae & falsae.

Postea neque falsae ex eisdem sunt. Est enim falsas adinuicem & contrarias & impossibile simul esse: ut iustitiam esse iniustitiam, aut timorem, aut hominem aequum & bouem, aut aequale maius & minus. Ex positis autem sic est.

Neque etiam verorum eadem principia omnium sunt. Alia. n. multorum genere principia sunt neque conueniunt, ut vnitates punctis non conueniunt. Haec quidem enim non habent positionem, illa autem habent. Necessesse autem est in media conuenire, aut ad sursum, aut ad deorsum, aut hos interius habere, illos autem exterius terminorum.

Excludit quandam obuiationem. Posset enim aliquis dicere, quod etiam syllogismorum verorum sunt principia falsa, quia contingit ex falsis syllogizare verum. Sed hoc excludit dicens, quod quamuis contingat syllogizare verum ex falsis, tamen hoc solum contingit in primo syllogismo, quo ex falsis concluditur verum. Sed si oporteat aliquos syllogismos inducere ad probandum praemissas propositiones, necesse esset quod illi syllogismi procedant ex falsis, quia ex veris non concluditur falsum: & ita in sola prima syllogizatione ex falsis concluditur verum. Et hoc manifestat per exemplum. Sit enim haec propositio vera, Omne C est A: accipiat autem ad utranque extremitatem medium falsum, quod est B, ita scilicet quod neque A in B, neque B in C. Si accipiantur aliqua media ad probandum praemissas propositiones, omnes propositiones falsorum syllogismorum erunt falsae: quia omnis conclusio falsa concluditur ex falsis, conclusio autem vera potest concludi ex omnibus veris. Unde quando propositiones praemissae sunt verae ex quibus concluditur verum, non oportebit deuenire ad aliquod falsum. Sic ergo, cum alia sunt propositiones vere, aliae falsae, sequitur quod alia sunt principia verorum syllogismorum, & alia falsorum. Deinde cum dicit.

Ostendit quod neque falsorum syllogismorum sunt eadem principia. Contingit enim conclusiones falsas esse contrarias

adinuicem, & impossibiles sibi. Sicut haec conclusio, Iustitia est iniustitia est impossibilis huic conclusioni, Iustitia est timor, cum utraque sit falsa. Timor enim sicut differt genere a iustitia, ita etiam ab iniustitia. Similiter etiam haec conclusiones falsae sunt contrariae & impossibiles, Homo est aequus, & homo est bos.

LECTIO XLIII.

Tqui fieri non potest, ut omnium rationationum eadem principia sint. Quod quidem prius discernendi modo contemplabimur. Nam rationationum aliae verae sunt, aliae falsae.

Quaquam enim fieri potest, ut verum concludatur ex falsis, tamen id semel efficitur, ueluti si A quidem uere de C praedicatur, medium autem B falsum sumatur. Tum enim neque A competit ipsi B, neque B competit ipsi C. Sed si inter has propositiones sumatur media, falsae erunt, ex eo quia conclusio omnis falsa, ex propositionibus proficiscitur falsis. Ex veris autem uerae conclusiones emergunt. At patet a falsis uera differre, ac esse diuersa.

Deinde neque ipsa falsa ex eisdem proficiscuntur. Sunt enim & talia falsa, ut inter se sint contraria, & simul esse non potest, ut iustitiam & iniustitiam, uel fortitudinem esse & hominem aequum, uel bouem, aut aequale maius, uel minus. Ex his autem, quae iacent hoc pacto.

Neque enim rationationum uerarum omnium eadem principia sunt. Complurium nanque principia diuersa sunt genere neque quibusuis accommodantur punctis. Ille nanque positione uacant: his eadem competit. Necessesse autem est ut ad media accommodari, aut supera ex parte aut infera aut alios intra alios extra terminorum habere.

multiplicantur syllogismi ad probandum propositiones inductas. Tunc enim necesse est quod accipiantur media quae sunt inter praedicata propositionum & subiecta, ut puta si sit talis syllogismus, Omne B est A, omne C est B, ergo omne C est A: si oporteat probari omne B est A, oportet assumere aliquod medium inter B & A, puta D. Et similiter si debeat probari minor oportet accipere aliquod medium inter C & B, puta E: & sic semper per termini assumpti interius habentur. Exterius autem assumuntur, quando vel maior extremitas accipitur de medio ascendendo, vel minor descendendo, puta si A concludatur de C per B, & iterum C concludatur de B per A. Et sic similiter etiam proceditur descendendo, si B concludatur de F per C: necesse est ergo in syllogismis communicantibus in principiis, vel quod accipiat medium vnus syllogismi, supra propositiones alterius syllogismi, vel accipiantur extrema vnus syllogismi supra extrema alterius syllogismi. Sed hoc non potest esse in rebus, quarum sunt principia diuersa, quia puncta non possunt accipi neque ut media, neque ut extrema in syllogismis, in quibus concluditur aliquid de numero, neque vnitates in syllogismis, in quibus concluditur aliquid de magnitudinibus. Relinquitur ergo, quod non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum. Secunda ratio ponitur ibi.

Quae sumitur ex principiis communibus, & dicit quod non possunt esse aliqua principia communia, ex quibus solum omnia syllogizantur, sicut hoc principium commune, De quolibet est affirmatio vel negatio, quod quidem communiter est verum in omni genere, non tamen est possibile, quod ex solis aliquibus taliter communibus possint omnia syllogizari, quia genera entium sunt diuersa. Et diuersa sunt principia, quae sunt solum quantitatum principia ab his, quae solum qualitatuum, quae oportet coassumere principii communibus ad concludendum in qualibet materia. Puta, si in quantitatibus oportet ex dicto principio communi syllogizare, oportet accipere, quod, cum haec sit falsa, punctus est linea, oportet hanc esse veram, Punctus non est linea. Et similiter in qualitatibus oportet coassumere aliquid proprium qualitati. Unde relinquitur, quod impossibile sit esse eadem principia omnium syllogismorum. Tertiam rationem ponit ibi.

Quae

Quae sumitur ex principiis communibus, & dicit quod non possunt esse aliqua principia communia, ex quibus solum omnia syllogizantur, sicut hoc principium commune, De quolibet est affirmatio vel negatio, quod quidem communiter est verum in omni genere, non tamen est possibile, quod ex solis aliquibus taliter communibus possint omnia syllogizari, quia genera entium sunt diuersa. Et diuersa sunt principia, quae sunt solum quantitatum principia ab his, quae solum qualitatuum, quae oportet coassumere principii communibus ad concludendum in qualibet materia. Puta, si in quantitatibus oportet ex dicto principio communi syllogizare, oportet accipere, quod, cum haec sit falsa, punctus est linea, oportet hanc esse veram, Punctus non est linea. Et similiter in qualitatibus oportet coassumere aliquid proprium qualitati. Unde relinquitur, quod impossibile sit esse eadem principia omnium syllogismorum. Tertiam rationem ponit ibi.

Sed neque communium principiorum possunt esse aliqua ex quibus omnia demonstrabuntur. Dico autem communia, ut omne affirmare & negare: genera enim eorum sunt altera. Et alia quidem in quantitatibus, alia vero in qualitatibus sunt solis, cum quibus demonstratur per communia.

Amplius principia non multo minora sunt conclusionibus. Principia quidem enim propositiones sunt, propositiones autem assumpti termini, aut immixti sunt. Adhuc conclusiones infinitae sunt, termini autem finiti.

Amplius principia, haec quidem ex necessitate, illa vero contingetia. Sic igitur in intentione his habitis impossibile est eadem esse principia, aut finita: cum infinitae sint conclusiones.

Si vero aliter quodammodo dicat aliquis quod haec quidem geometriae, alia vero syllogismorum, alia autem medicinae, quid utique erit aliud, quod dicitur, nisi quod sunt principia scientiarum? Sed eadem dicere derisio est, quoniam eadem eisdem eadem essent. Omnia. n. sic fiunt eadem.

At vero neque quod ex omnibus demonstrare quodlibet horum est. Nam hoc querere omnium eadem esse principia. Multum. n. inaspiciens est. Neque. n. in manifestis mathematicis, neque in resolutione possibile est. Immediata. n. propositioe principia sunt. Altera autem conclusio fit, accepta propositioe immediata.

Ad conclusiones alias inducendas, sunt etiam conclusiones. Principia enim, propositiones hic appellantur, propositiones autem aut assumpti termini, aut immixti sunt. i. propositiones in syllogismis multiplicatur, aut assumendo terminos extrinsecos, vel supra maiorem extremitatem & infra minorem, ut supra dictum est, aut accipiendo terminos qui sunt in medio. Et ad hoc addendum est, quod conclusiones sunt infinitae. Potest enim quodlibet concludi de quolibet vel affirmatiue vel negatiue. Et ne videretur hoc esse contrarium ei quod supra ostenderat, praedicationes non procedere in infinitum, subiungit, quod termini sunt finiti, & ad hoc pertinet quod supra ostensum est, esse statum in praedicationibus, sed ex terminis infinitis, possunt infinitae conclusiones fieri secundum diuersas combinationes, ut tamen accipiamus communiter conclusiones, tam quae sunt per se, quam quae sunt per accidens. Loquitur enim nunc communiter de syllogismis. Si ergo conclusiones sunt infinitae, principia autem non sunt multo pauciora conclusionibus, sequitur, quod etiam prin-

cipia syllogismorum sunt infinita. Non ergo sunt eadem eadem principia syllogismorum. Quartam rationem ponit ibi.

At neque fieri potest, ut principiorum communium vlla sint, ex quibus cuncta demonstrabuntur. Dico autem communia, ueluti quoduis affirmandum, aut negandum est. Genera enim eorum quae sunt, non eadem sunt, sed diuersa, atque alia solis competentis quantis, alia solis bisce, quae ratione subiecti qualitatis, cum quibus per communia demonstrationes conficiuntur.

Prate rea principia non multo sunt pauciora conclusionibus. Principia enim, ipse sunt propositiones. Propositiones autem sunt, cum aut additur, aut interponitur terminus. Prate rea conclusiones sunt infinitae, termini uero finiti.

Insuper principiorum, alia sunt necessaria, alia contingetia. Hoc igitur modo considerantibus, fieri non posse porro uidetur, ut eadem sint principia, aut finita, si conclusiones sint infinitae.

Quod si quispiam alio modo dicat, ueluti haec quidem geometriae, haec autem arithmeticae, & haec medicinae principia esse, quid aliud erit quod dicitur, quam scientiarum principia esse? At ex eo dicere eadem esse, quia ipsa sibi ipsis eadem sunt, ridiculum est. Hoc enim pacto cuncta eadem fiunt.

At vero neque hoc est, ex omnibus inquam quoduis demonstrari. Querere omnium eadem principia esse. Est enim insignis stultitia sane. Nam neque in manifestis hoc fit scientiis, neque in resolutione fieri potest. Propositiones enim vacantes medio, principia sunt, atque diuersa plane conclusio fit assumpta vacante medio propositioe.

lium. Sed istud est impossibile & derisibile, quia si hoc sequeretur, quod quae sunt in scientiis essent eadem, & ita omnes scientiae essent vna scientia. Quae enim eisdem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem. Sed principia cuiuslibet scientiae sunt quodammodo eadem conclusionibus, quia sunt vnus generis. Non enim est ex vno in aliud genus demonstrare, ut supra dictum est. Si ergo principia sunt eadem, sequeretur, quod omnia quae sunt in scientiis, essent eadem. Secundam rationem ponit ibi.

Quae talis est. Si aliquis querens esse omnium eadem principia, hoc intendat dicere, quod quodlibet demonstratur ex quolibet, hoc est stultum dicere, quia hoc neque est possibile in manifestis mathematicis, nec in resolutione. Et vocat manifesta mathematica i. considerationes vel disciplinas, quando ex aliquibus propositionibus manifestis, statim inferuntur conclusiones. Vocat autem resolutionem, quando propositiones assumptae non sunt manifestae, sed oportet eas resolvere in alias manifestiores. Et quod hoc sit impossibile probat: quia vtroque modo principia

Cap. 2.

Lec. 199

Lec. praec. Lec. 34. & 35.

Demonstratiuorum syllogismorum sunt immediatae propositio nes, quae vel statim assumuntur in manifestis mathematicis siue doctrinis, vel ad eas deuenitur per resolutionem. Videmus autem quod demonstratur alia conclusio coassumpta immediata propositione alia. Et ideo non potest esse, quod ex quolibet demonstretur quodlibet. Consequenter cum dicit.

¶ Excludit quandam obuiationem. Posset enim aliquis dicere, quod duplex est genus immediatarum propositionum, quaedam enim sunt immediatae propositiones primae, & quaedam secundae, ita quod accipiatur ordo immediatarum propositionum, secundum ordinem terminorum. Nam illae propositiones quae consistunt in terminis primis & communibus, sicut est ens & non ens, aequale & inaequale, totum & pars, sunt primae, & immediatae propositiones, ut non contingit idem esse & non esse: & quae vni & idem sunt aequalia, sibi inuicem sunt aequalia, & similia. Immediatae autem propositiones, quae sunt circa posteriores terminos & minus cotes, sunt secundae respectu primarum, sicut quod triangulus est figura, vel quod homo est animal. Potest ergo aliquis dicere, quod secundae propositiones coassumuntur ad diuersas conclusiones demonstrandas, sed primae propositiones immediatae, sunt eadem in omnibus demonstrationibus. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quod si aliquis dicat primas immediatas propositiones has, esse illa principia ex quibus omnia demonstrantur, considerare oportet, quod nihilominus in vno quoque genere oportet esse vnum principium vel vnam propositionem immediatam, primam in illo genere, non primam omnino simpliciter. Et quod ex illa quae est prima simpliciter, coassumpto isto principio huius generis, oportet in hoc genere demonstrari. Et ita non ex folis communibus principis possunt omnia demonstrari, sed oportet accipere propria quae sunt diuersorum generum. Consequenter cum dicit.

k Si autem dicat aliquis primas immediatas propositiones esse principia, vnum in vnoquoque genere est.

l Si vero neque ex omnibus, vt opus est, demonstrari quodlibet, neque sic ex altera. Quare erunt vniuersalesque scientiae altera. Relinquitur igitur si proxima sunt principia omnium, sed ex iis quidem haec, ex illis autem illa.

m Manifestum autem hoc est quoniam non contingit. Monstratum est, quod altera principia genere, sunt differentium genere. Principia, n. duplicia sunt, ex quibus, & circa quae: ex quibus quidem igitur communia sunt: quae autem sunt circa quae propria sunt, vt numerus magnitudo.

LECTIO XLIIII.

Cibile autem, & scientia differunt ab opinabili, & opinione.

b Quoniam scientia vniuersalis, & per necessaria est. Necessarium autem non contingit aliter se habere.

c Sunt autem quaedam vera contingentia aliter se habere. Manifestum igitur est quod circa haec scientia non est. Esset enim vtiq; impossibile aliter se habere,

ibi quae reliqua autem quae oportet &c. } Prima autem pars, diuiditur in duas partes. In prima determinat veritatem. In 2. excludit dubitationem: ibi } Qualiter ergo est idem &c. } Circa primum tria facit. Primo. n. proponit differentiam esse inter scientiam, & opinionem. Secundo, ostendit quid pertineat ad scientiam: ibi } Quoniam quidem scientia &c. } Tertio, quid pertineat ad opinionem: ibi } Sunt autem quaedam vera &c. } Dicit ergo primo, quod scientia differat ab opinione, & similiter se habet, quod est obiectum scientiae differat ab opinabili, quod est obiectum opinionis. Deinde cum dicit.

¶ Excludit stulto intellectu propositionis contra quam disputatur, concludit propositum, & dicit quod si non dicitur quod quodlibet demonstratur ex quolibet, sicut opus est dicere propter praemissa: sequitur quod nec sic ex principio, ex quo concluditur haec conclusio concludatur altera, alioquin ex quolibet demonstratur quodlibet. Vnde necesse est, quod diuersarum scientiarum sunt diuersa principia. Sed nec oportet quod omnium scientiarum sint principia vnius generis his, quae ex his demonstrantur, sed oportet quod ex his demonstrantur haec conclusiones, & ex illis illae, ex diuersis. f. principis demonstratione facta in diuersis scientiis, quae sunt de diuersis generibus. Tertium rationem ponit ibi.

¶ Et dicit quod manifestum est etiam alio modo, quod non contingit hoc. s. quod eadem sunt principia omnium scientiarum, quia ostensum est supra, quod diuersorum generum diuersa sunt principia genere. Vnde cum diuersae scientiae sint de diuersis generibus, sequitur quod diuersa principia sint diuersarum scientiarum. Sed quia quodammodo eadem principia communia sunt

quibus omnes scientiae videntur, ideo consequenter distinguuntur de principiis, & dicit quod duo sunt principia. Quaedam prima, ex quibus demonstratur, sicut prima dignitates, vt quod non sint idem esse & non esse. Et iterum sunt quaedam, circa quae sunt scientiae, scilicet subiecta scientiarum, quia definitionibus subiecti videntur vt principis in demonstrationibus. Illa ergo prima ex quibus demonstratur, sunt communia omnibus scientiis, sed principia circa quae sunt scientiae, sunt propria cuiuslibet scientiae, sicut numerus arithmeticae, & magnitudo geometriae. Principia autem communia oportet ad haec propria applicari ad hoc quod demonstratur, est indemonstrabile, & per se notum. Et ideo ad hoc exponendum subdit, quod scientia demonstrata nihil aliud est, quam certa existimatio immediatae propositionis. Quod autem intellectus sit scientia indemonstrabilis patet ex hoc ipso, quod dicit, quod est principium scientiae. Cum enim scientia sit necessarium, & necessaria non concludatur nisi ex necessariis, vt supra probatum est, necesse est, quod intellectus qui est principium scientiae non sit contingens. Ostensum ergo, quod neque scientia, neque intellectus sunt contingens, ponit quaedam diuisionem. Et dicit, quod contingit verum esse, & intellectum, & scientiam, & opinionem, & quod per hoc dicitur, id est quod enunciatur voce per intellectum, & scientiam, & opinionem veram. Est enim verum & in compositione & diuisione intellectus, & in enunciatione exteriori in quantum significat interiorum veritatem opinionis, scientiae, vel intellectus. Alio modo vt fit in intellectu, vel scientia, vel opinio, & sunt quaedam vera contingentia, quorum non est neque scientia, neque intellectus, relinquitur quod circa huiusmodi sit opinio, siue sint actu vera, siue sint actu falsa, dummodo possint aliter se habere. Et ad exponendum quid sit opinio subiungit, quod opinio est acceptio, id est existimatio quaedam immediatae propositionis & necessaria. Quod potest duobus modis intelligi. Vno modo sic, quia propositio immediata, in se quidem sit necessaria, sed ab opinante accipitur vt non necessaria. Alio modo vt fit in se contingens. Dicitur enim immediata propositio, quae cumq; per aliquod medium probari non potest, siue sit necessaria, siue non necessaria. Ostensum est enim supra, quod non proceditur in infinitum in praedicationibus, neque quantum ad media, neque quantum ad extrema, & hoc non solum analitice in demonstrationibus, sed etiam logice communiter quantum ad syllogismos. Si ergo sit aliqua propositio contingens mediata, oportet quod reducatur ad aliquas immediatas. Non autem reducitur ad immediatas necessarias, quia necessaria non sunt principia contingentium, neque ex necessariis potest concludi contingens. Vnde relinquitur

Quod si quispiam ipsas primas vacantes medio propositiones omnium esse principia dicat, sciat is vnam in uno quoque genere esse.

Quod si neque eadem omnium principia sunt hoc pacto, ut ex omnibus quoduis oporteat demonstrari, neque sunt adeo diuersa, ut vniuersalesque scientiae sint diuersa: restat si principia omnium generis sint eiusdem, ex his tamen haec, & ex his haec demonstrantur.

At patet & hoc esse non posse. Demonstratum est enim scientiarum, quae genere differunt, principia diuersa genere esse. Principia naque duplicia sunt, ex quibus: & circa quod. Principia igitur ex quibus, communia sunt: principia vero circa quod, propria: ut unitas, magnitudo.

LECTIO XLIIII.

Interest autem inter id, quod sub scientia, & id quod sub opinione cadit & inter scientiam, & opinionem.

Nam scientia quidem vniuersalis est cognitio, & per necessaria comparatur, necessarium autem aliter se habere non potest.

At sunt quaedam vera quidem, & numerantur inter ea, quae sunt: tam & aliter se habere possunt. Patet igitur circa haec non esse scientiam. Nam ea non possunt aliter se habere, quae aliter

ibi quae reliqua autem quae oportet &c. } Prima autem pars, diuiditur in duas partes. In prima determinat veritatem. In 2. excludit dubitationem: ibi } Qualiter ergo est idem &c. } Circa primum tria facit. Primo. n. proponit differentiam esse inter scientiam, & opinionem. Secundo, ostendit quid pertineat ad scientiam: ibi } Quoniam quidem scientia &c. } Tertio, quid pertineat ad opinionem: ibi } Sunt autem quaedam vera &c. } Dicit ergo primo, quod scientia differat ab opinione, & similiter se habet, quod est obiectum scientiae differat ab opinabili, quod est obiectum opinionis. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quid pertineat ad scientiam, & ponit duo ad ea pertinere, quorum vnum est quod sit vniuersalis. Non enim est scientia de singularibus & sub sensu cadentibus & hoc supra manifestatum est. Et aliud est quod scientia est per necessaria. Et exponit quid sit necessarium, scilicet illud quod non contingit aliter se habere. Et hoc etiam est supra manifestum, quod demonstratio procedat ex necessariis. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quid pertineat ad opinionem. i. quod sit circa contingentia aliter se habere, siue in vniuersali, siue in particulari. Et hoc probat tripliciter. Primo quidem per modum diuisionis, quod praeter vera necessaria quae non contingunt aliter se habere, sunt quaedam contingentia vera, quae contingunt aliter se habere. Manifestum est autem hoc ex praedictis quod circa huiusmodi non est scientia, quia sequetur quod contingentia non possent aliter se habere. Circa talia enim est scientia, vt iam dictum est. Similiter etiam non potest dici, quod eorum sit intellectus, & accipimus hic intellectum non secundum quod intellectus dicitur quaedam potentia animae:

Ostendam philosophus ostendit comparationem scientiarum ad inuicem & secundum certitudinem & secundum unitatem & diuersitatem, hic ostendit comparationem scientiae ad omnia, quae ad cognitionem pertinent. Et diuiditur in duas partes. In prima agit de comparatione scientiae ad opinionem, quae est verorum & falsorum. In secunda, de comparatione scientiae ad aliquos habitus cognoscitios, quae sunt semper verorum:

Ostendam philosophus ostendit comparationem scientiarum ad inuicem & secundum certitudinem & secundum unitatem & diuersitatem, hic ostendit comparationem scientiae ad omnia, quae ad cognitionem pertinent. Et diuiditur in duas partes. In prima agit de comparatione scientiae ad opinionem, quae est verorum & falsorum. In secunda, de comparatione scientiae ad aliquos habitus cognoscitios, quae sunt semper verorum:

Primo per her. le. 3. 6. mer. le. vlti. 3. de aia le. 11.

Lec. 41. secundum

Lec. 17. 2. 3. 4.

Lec. 31. & inde.

Lec. 17.

animae: sed secundum quod est principium scientiae, id est secundum quod est habitus quidam primorum principiorum, ex quibus procedit demonstratio ad causandam scientiam. Et ideo ad exponendum quid sit iste intellectus, qui est principium, subdit neque; scientia indemonstrabilis est, scilicet eorum, quae contingunt aliter se habere, ac si dicat, quod intellectus nihil aliud sit, quam quaedam scientia indemonstrabilis. Sicut enim scientia importat certitudinem cognitionis per demonstrationem acceptio: ita intellectus importat certitudinem cognitionis absque demonstratione, non propter defectum demonstrationis, sed quia id, de quo certitudo habetur, est indemonstrabile, & per se notum. Et ideo ad hoc exponendum subdit, quod scientia demonstrata nihil aliud est, quam certa existimatio immediatae propositionis. Quod autem intellectus sit scientia indemonstrabilis patet ex hoc ipso, quod dicit, quod est principium scientiae. Cum enim scientia sit necessarium, & necessaria non concludatur nisi ex necessariis, vt supra probatum est, necesse est, quod intellectus qui est principium scientiae non sit contingens. Ostensum ergo, quod neque scientia, neque intellectus sunt contingens, ponit quaedam diuisionem. Et dicit, quod contingit verum esse, & intellectum, & scientiam, & opinionem, & quod per hoc dicitur, id est quod enunciatur voce per intellectum, & scientiam, & opinionem veram. Est enim verum & in compositione & diuisione intellectus, & in enunciatione exteriori in quantum significat interiorum veritatem opinionis, scientiae, vel intellectus. Alio modo vt fit in intellectu, vel scientia, vel opinio, & sunt quaedam vera contingentia, quorum non est neque scientia, neque intellectus, relinquitur quod circa huiusmodi sit opinio, siue sint actu vera, siue sint actu falsa, dummodo possint aliter se habere. Et ad exponendum quid sit opinio subiungit, quod opinio est acceptio, id est existimatio quaedam immediatae propositionis & necessaria. Quod potest duobus modis intelligi. Vno modo sic, quia propositio immediata, in se quidem sit necessaria, sed ab opinante accipitur vt non necessaria. Alio modo vt fit in se contingens. Dicitur enim immediata propositio, quae cumq; per aliquod medium probari non potest, siue sit necessaria, siue non necessaria. Ostensum est enim supra, quod non proceditur in infinitum in praedicationibus, neque quantum ad media, neque quantum ad extrema, & hoc non solum analitice in demonstrationibus, sed etiam logice communiter quantum ad syllogismos. Si ergo sit aliqua propositio contingens mediata, oportet quod reducatur ad aliquas immediatas. Non autem reducitur ad immediatas necessarias, quia necessaria non sunt principia contingentium, neque ex necessariis potest concludi contingens. Vnde relinquitur

d Et confessum autem est sic apparentibus. Opinio enim incertum est & natura huiusmodi est.

e Adhuc autem nullus opinatur probare, cum opinetur impossibile aliter se habere, sed scire. Sed aliquando quidem esse sic, sed tamen nihil aliter prohibet, tunc probare, tanquam huiusmodi quidem opinionem esse, sed necessarii scientiam.

f Qualiter igitur est idem opinari, scire, & quare non erit opinio, scientia, & si quis posuerit esse aut nihil contingere opinari, consequetur quod hoc quidem sciens, ille vero opinans per media quousque ad immediata veniat. Quare si quidem ille sciuit & opinans sciuit. Sicut enim & quia est opinari, & propter quid. Hoc autem medium est.

Primo per her. le. 3. 6. mer. le. vlti. 3. de aia le. 11.

Lec. 41. secundum

Lec. 17. 2. 3. 4.

Lec. 31. & inde.

Lec. 17.

tur, quod sit aliqua propositio immediata contingens, & aliqua mediata. Sicut, Homo non currit, est mediata, potest enim probari per hoc medium, Homo non mouetur, quae etiam est contingens: sed immediata. Existimatio ergo talium propositionum contingentium immediatarum est opinio: sed per hoc non excluditur quoniam acceptio propositionis contingens mediata sit opinio. Sic enim se habet circa contingentia, sicut scientia, & intellectus, circa necessaria. Secundo ibi.

¶ Probat idem per id, quod communiter apparet. Et dicit quod id, quod dicitur esse, scilicet opinionem esse contingentium, est quoddam confessum, id est consentaneum his, quae apparent. Opinio enim videtur sonare aliquid debile, & incertum: & videtur esse aliqua talis natura, quae habeat in se imbecillitatem & incertitudinem. Tertio ibi.

Atque hoc consentaneum est etiam iis, quae apparent. Tam enim opinatio, quam talis natura incertum est sane

Nemo praeterea tum opinari quipiam arbitratur, cum illud putat aliter se habere non posse: sed scire. Sed cum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se habere posse, nihil prohibet illum tum opinari, propterea quod rei quidem talis opinio est, necessariae vero scientia.

Quo igitur sit: ut idem unus opinetur, alius sciat, & cur opinio non erit scientia, si quispiam posuerit habere, ut de eodem omni opinio habestur, quod scit? Proficiscetur enim & isce qui scit, & isce qui opinatur per media quousque perueniat ad ea, quae medio uacant. Quare si ille scit & qui opinabitur scit, fieri enim potest ut quemadmodum ipsum esse scit & ipsum propter quid est opinetur. Hoc autem constat ipsum medium esse.

necessarii, non est idem necessarium & contingens. Ergo remanet dubium qualiter possit homo aliquid idem opinari & scire. Secunda dubitatio est de scientia & opinione, quare scilicet opinio non sit scientia. Si tamen aliquis ponat quod de omni cognito possit esse opinio. De quolibet enim cognito potest homo opinari quod possit aliter se habere, nisi forte de primis principis per se notis, quorum contraria non cadunt in existimatione, de quibus tamen non est scientia. Sed circa omnia mediata quorum est demonstratio, & scientia, potest aliquis existimare quod possibile sit aliter se habere, & ita potest ea opinari. Non enim opinio est solum de his, quae sunt contingentia in sui natura, quia secundum hoc, non omne quod quis nouit, contingeret opinari. Sed opinio est de his, quae accipiuntur vt contingentia aliter se habere, siue sint talia siue no. Hoc ergo supposito, videtur quod sit idem scientia & opinio, quia tam sciens, quam opinans consequuntur scientiam & opinionem per aliqua media quousque perueniant ad aliqua immediata, sicut ex dictis patet. Vnde si aliquis sit procedens per media ad immediata, habet scientiam. Quod autem opinio per media veniat ad immediata, manifestat per hoc, quia sicut contingit opinari quia ita est, ita contingit opinari propter quod sit ita. Hoc autem quod dico propter quid, significat medium. Vnde

Vnde patet, quod opinio potest procedere per medium ad immediata, siue opinio sit eorum, quæ in natura sunt contingentia, siue sit eorum, quæ accipiuntur vt contingentia. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit prædictas dubitationes. Et primo secundam, quæ est de identitate scientiæ & opinionis. Secundo primam, quæ est de identitate sciti & opinati: ibi ¶ Eiusdem autē &c.} Dicit ergo primo, quod si aliquis procedat per media ad immediata, ita quod illa media non arbitretur vt contingentia aliter se habere: sed arbitretur ea sic habere sicut definitiões, quæ sunt per media, per quæ demonstrationes procedunt, neque erit opinio, sed scientia. Si autem aliquis procedat vsque ad immediata per aliqua media vera, quæ tamen vel non sunt illis, de quibus dicuntur per se, sicut definitiões, quæ prædicantur substantiæ. Igitur, & significat speciem rei, vel non accipiat ea, quæ sic insunt, tunc habebit opinionem, & non scientiam vere, quia, & propter quid simul, si tamen procedat vsque ad immediata, tunc enim per immediata opinabitur, & non scientiam. Si vero non procedat per immediata, sed per mediata, tunc non opinabitur propter quod: sed opinabitur solū quia. Nam & scientia, quæ non est propter quid & immediata, non est scientia propter quid, sed quia. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit primam dubitationem, quæ est de identitate sciti, & opinati. Vbi considerandum est, quod non est inconueniens, id quod est scitū ab vno, esse opinatū ab alio, quia quod vnus accipit, vt impossibile aliter se habere quasi scitum: alter accipit vt contingens, aliter se habere quasi opinatum. Sed quod idem homo de eodē simul habeat opinionem & scientiam, non est verum omnino, sed aliquo modo. Sicut enim falsa opinio & vera opinio possunt esse de eodem quodammodo, sed non simpliciter: sic etiam est de opinione & scientia. Si quis enim diceret, quod opinio vera & falsa essent pœnitus de eodem, sicut aliqui dicunt, puta illi qui dicebant, quod omne quod alicui videretur, est verū, vt dicitur in 4. Metaphy. ille qui sic diceret, vellet consequi aliqua inconuenientia, & multa quidem alia quæ posita sunt in 4. Metaphy. quæ consequuntur ex hoc, quod aliquis dicit idem esse verum

Aut si quidem sic arbitrat non contingit aliter se habere, sicut habent definitiones per quas sunt demonstrationes, non opinabitur, sed sciet. Si autem vera quidem esse, non tamē hoc ipsis inesse secundum substantiam, & speciem, opinabitur, & non sciet vere: & quia, & propter quid, si quidem per immediata opinabitur. Si vero non per immediata, solū ipsum quia opinabitur.

Opinio namque scientiæque non omnino eiusdem est. Sed ut est, & vera & falsa, modo quodam eiusdem opinio, sic & scientia & opinio eiusdem. Opinione enim veram, & falsam, sicut dicunt quidam eiusdem esse, inconuenientia accidit appetere alia, & non opinari quod opinatur falso. Quoniam autem idem multipliciter dicitur, est sicut contingit, est autē sicut non. Commensuratum. n. esse diametrum costę vere opinari inconueniens est, sed quod diametros, circa quæ sunt opinioniones, idem, sic eiusdem est. Sed quod aliquid erat esse vniciusque secundum rationem, non idem est. Similiter autem & scientia, & opinio eiusdem est. Hoc quidem enim sic animal est, quod non est contingere non esse animal, sed illa quidem quod est contingere. Vt si hoc quidem, quod vere hominis, illa vero hominis est quidem, non autem veri hominis. Idem enim est quia homo, hoc autem non sic idem. Manifestum autē ex his est, quod neque opinari simul idem & scire contingit. Simul enim vti que haberet opinionem aliter habendi & non aliter idem esse, quod vere non contingit. In alio. n. vnumquodque esse contingit eiusdem, sicut dictum est, sed in eodem nihil sic potest esse. Haberet enim opinionem simul, vt quod homo esset quod vere est animal, hoc. n. sic contingere.

& falsum, & specialiter hoc inconueniens consequetur ei, quod nulla opinio esset falsa, & quod ille qui opinatur falsa, non opinaretur. Non ergo potest dici, quod vera opinio & falsa sint eiusdem simpliciter. Sed quia idem dicitur multipliciter, contingit quodammodo opinionem veram & falsam esse eiusdem, & quodammodo non.

An si existimauerit quidē ea, quæ aliter se habere nequeunt, perinde atque definitiones habere, per quas ipsæ demonstrationes conficiuntur, sciet, non opinabitur. Sin autem vera quidem esse crediderit, non tamen hæc ipsis putauerit competere ratione substantiæ atque formæ, opinabitur, si vere sciet. Atque si per ea quidem, quæ medio vacant processerit, ipsum esse, & propter quid est opinabitur. Sin vero non per ea, quæ vacant medio, tantum ipsum esse opinabitur.

Opinio namque scientiæque non omnino eiusdem est. Sed ut est, & vera & falsa, modo quodam eiusdem opinio, sic & scientia & opinio eiusdem. Opinione enim veram, & falsam, sicut dicunt quidam eiusdem esse, inconuenientia accidit appetere alia, & non opinari quod opinatur falso. Quoniam autem idem multipliciter dicitur, est sicut contingit, est autē sicut non. Commensuratum. n. esse diametrum costę vere opinari inconueniens est, sed quod diametros, circa quæ sunt opinioniones, idem, sic eiusdem est. Sed quod aliquid erat esse vniciusque secundum rationem, non idem est. Similiter autem & scientia, & opinio eiusdem est. Hoc quidem enim sic animal est, quod non est contingere non esse animal, sed illa quidem quod est contingere. Vt si hoc quidem, quod vere hominis, illa vero hominis est quidem, non autem veri hominis. Idem enim est quia homo, hoc autem non sic idem. Manifestum autē ex his est, quod neque opinari simul idem & scire contingit. Simul enim vti que haberet opinionem aliter habendi & non aliter idem esse, quod vere non contingit. In alio. n. vnumquodque esse contingit eiusdem, sicut dictum est, sed in eodem nihil sic potest esse. Haberet enim opinionem simul, vt quod homo esset quod vere est animal, hoc. n. sic contingere.

est animal, & sic impossibile sit se habere, opinio vero sit de hoc, quod homo non vere sit id quod est animal, & per hoc contingat aliter se habere. Manifestum est enim, quod idem est subiectum, & scitum, & opinatum, quod est homo: sed non est vt idem ratione. Sic ergo ex dictis manifestum est, quod non contingit omnino simul idem scire & opinari, quia simul homo haberet existimationem quod posset aliter se habere, & quod non posset aliter se habere. Sed in alio homine hoc contingit

tingit, quod de eodem vnus habet scientiam, & alius opinionem, sicut dictum est. In eodem vero homine non contingit ratione iam dicta. Deinde cum dicit.

i ¶ Comparat scientiam ad aliquos habitus qui se habent ad verum. Et primo ad illos habitus, qui sunt de conclusionibus. Secundo, ad habitum qui specialiter respicit medium: ibi ¶ Solertia autem &c.} Dicit ergo primo, quod reliqua ab opinione ad cognitionem pertinentia quomodo distinguantur in ratione & intellectu, & scientiam, & artem, & prudentiam, & sapientiam, hæc quidem physica, illa vero ethice speculationis magis sunt.

Reliqua autē quomodo oportet distribuere in rationem, & intellectum, & scientiam, & artem: & prudentiam, & sapientiam, hæc quidem physica, illa vero ethice speculationis magis sunt.

K Solertia autem est subtilitas quædam in non per spectro tempore medi inueniendi, vt si aliquis vidēs quod splendorē semper habet a sole luna, statim intellexit propter quid hoc sit, quia propter id, quod illustratur a sole, aut disputatē cum diuite, cognouit quoniam accommodatus est, aut propter id quod amici sunt, quia inimici eiusdem sunt. Omnes enim causas medias vidēs, cognouit & vltimas. Splendidum esse a sole sit i quo A, lucere a sole, B, luna C. Inest autem lunæ quidem C ipsi B, quod est lucere a sole, ipsi autem B A, quod est hoc esse splendidum a quo splendor, quare & ipsi C A per B.

quia important rectitudinem rationis. Sed tria eorum, scilicet sapientia, scientia, & intellectus important rectitudinem cognitionis circa necessaria. Scientia quidem circa conclusiones, intellectus autem circa principia, sapientia autem circa altissimas causas, quæ sunt causæ diuinæ. Alia vero, scilicet ars & prudentia important rectitudinem rationis circa contingentia. Prudentia quidem circa agibilia, idest circa actus, qui sunt in operante, puta amare, odire, eligere & huiusmodi, quæ pertinent ad actus morales, quorum etiam est directiua prudentia. Ars autem importat rectitudinem rationis circa factibilia, idest circa ea, quæ aguntur in exteriori materia, sicut est secare & alia huiusmodi opera, in quibus dirigit ars. Hic autem addit rationem, quæ pertinet ad deductionem principiorum in conclusiones. Determinare quidem de sapientia quid sit, & quomodo se habeat & de scientia

ria, & intellectu, & arte, pertinet aliquo modo ad Philosophiam primam. Prudentia vero pertinet ad considerationem moralem, intellectus, & ratio, secundum quod significant potentias quasdam, pertinent ad considerationem naturalem, vt patet in libro de Anima. Deinde, cum dicit.

De reliquis autem, quo nam pacto distribuenda sint, de mente inquam de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia, de sapientia, aliis in locis pertractabitur. Quædam enim ipsorum ad Naturalem, quædam ad morum magis pertinent contemplationem.

Solertia vero bona quædam est coniectatio medi in tempore admodum breui, ueluti si quisquam hoc viso lunam eam partem, quæ est uersus solem, lucidā semper habere, cito perceperit, propterea id ipsum effici, quod lumen ex sole suscipiat luna, aut si uiso paupere diuite aduenire, hoc illum propterea facere, quod mutuo argentū accipit intellexit: aut si cognouerit cur hi sunt amici quia sunt eiusdem hominis inimici.

Oēs. n. medias causas qui uidit, extrema cognouit. Lucidam partē uersus solem habere sit A, solis lucere lumine sit B, luna sit C. Igitur ipsum B idest solis lucere lumine cōpetit C, ipsi inquam lunæ, at ipsum A lucidā inquam semper uersus solem habere partem ipsi B inest: quare sit ut A per B medium ipsi competat C.

quia scilicet sunt inimici eiusdem. Et quod cognoscere mediū sit cognoscere pp quid, manifestat dupl. Primo quidem per rationem, quia talis solers videns omnes causas medias, cognouit & vltimas, in quas fit vltima resolutio, per quas cognoscitur propter quid. Secundo manifestat per exemplum ordinatum in syllogismo. Vt ponamus lunam esse C, idest minorem extremitatem, sed esse splendidum per oppositionem ad solem sit A maior extremitas, sed illuminari a sole sit B, idest mediū: C enim est B, idest luna habet lumen a sole, & A inest ipsi B, quia quod habet lumen a sole splendet conuersum ad solem, & sic probatur quod A inest ipsi C per B. Vnde patet quod solertia est quædam perspicacitas velociter apprehendendi medium, quod contingit ex naturali aptitudine, & et ex exercitio. Posuit aut diuersa exempla solertiæ, vt ostendat quod in omnibus prædictis habitibus, scilicet prudentia & sapientia &c. possit esse solertia.

Expositionis S. Thom. super librum primum Posteriorum Analyticorum finis.



ARISTOTELIS POSTERIORVM ANALITICORVM

LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

OST QVAM Philosophus in primo libro determinavit de syllogismo demonstratio, in hoc libro intendit determinare de principiis eius. Est autem duplex principium demonstratiui syllogismi. scilicet mediū eius, & primæ propositiones indemonstrabiles. Diuiditur ergo liber iste in duas partes. In prima determinat de cognitione mediū in demonstrationibus. In secundo de cognitione primarum propositionum: ibi & de principiis autem qualiter sunt cognita &c. Quia. n. in primo libro habitum est, quod omnis doctrina & disciplina sit ex præexistenti cognitione, in demonstrationibus autem cognitio conclusio accipitur per aliquid quod medium, & primas propositiones indemonstrabiles, residuum erat inuestigare qualiter ista cognoscantur. Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima inuestigat quid sit medium in demonstrationibus. In secunda parte inquirat, quomodo illud medium nobis innotescat: ibi & quomodo autem quodquid est ostenditur. Quia vero medium in demonstrationibus assumitur ad aliquid innotescendum, de quo poterat esse dubitatio vel quæstio, ideo circa primum duo facit. Primo enim ponit numerum quæstionum. Secundo, ex ipsis quæstionibus inuestigat propositum, ostendens qualiter quæstiones pertineant ad medium demonstrationum: ibi & Quærimus autem, cum quæramus. Circa primum tria facit. Primo enumerat quæstiones. Secundo, manifestat compositas quæstiones: ibi & Cum quidem enim vtrum hoc. Tertio simplices: ibi & Quædam autem alio modo. Dicit ergo primo, quod æqualis est numerus quæstionum, & eorum, quæ sciuntur. Cuius ratio est, quia scientia est cognitio per demonstrationem acquisita. Eorum autem oportet per demonstrationem cognitionem acquirere, quæ ante fuerint ignota: & de his quæstiones facimus, quæ ignoramus. Vnde sequitur, quod ea quæ quærentur, sint æqualia numero his, quæ sciuntur. Quattuor autem sunt, quæ quærentur, scilicet quia, quæritur quid, si est, & quid est: ad quæ quattuor reduci potest quicquid est quæribile, vel scibile. Diuidit autem in primo Topicorum quæstiones siue problemata aliter in quattuor, quæ omnia comprehenduntur sub vna harum quæstionum, quæ dicitur quæstio quia. Non enim intendit ibi nisi de quæstionibus ad quas dialectice disputatur. Deinde cum dicit.

LECTIO I.

QVAESTIONES sunt æquales numero his, quæcūq; vere scimus. Quærimus autem quattuor: quia, propter quid, si est, quid est.

Cum quidem enim, vtrum hoc aut hoc sit quærimus in numerum ponentes, vtrum sol deficiat, aut non ipsum quia quærimus. Signum est. Inuenientes enim quia deficit, pauſamus. Et si in principio sciremus quia deficeret, non quæreremus vtrum deficeret.

Cum autem scimus ipsum quia, ipsum propter quid quærimus, vt sciētēs quæ defecit luna, & quæ mouetur terra pp quod deficit, & propter quod terra mouetur, quærimus. Hoc quidem igitur scit.

Quædam autem alio modo quærimus, vt si est, aut non est centaurus: aut deus. Hoc autem si est, aut non est, simpliciter dico: sed non si album est, aut nō. Cognoscētēs autem quia sunt, quid est quærimus, vt quid est Deus, aut quid est homo. Quæ quidē igitur quærimus, & quæ inueniētēs scimus, hæc, & tot sunt.

Secundo, ex ipsis quæstionibus inuestigat propositum, ostendens qualiter quæstiones pertineant ad medium demonstrationum: ibi & Quærimus autem, cum quæramus. Circa primum tria facit. Primo enumerat quæstiones. Secundo, manifestat compositas quæstiones: ibi & Cum quidem enim vtrum hoc. Tertio simplices: ibi & Quædam autem alio modo. Dicit ergo primo, quod æqualis est numerus quæstionum, & eorum, quæ sciuntur. Cuius ratio est, quia scientia est cognitio per demonstrationem acquisita. Eorum autem oportet per demonstrationem cognitionem acquirere, quæ ante fuerint ignota: & de his quæstiones facimus, quæ ignoramus. Vnde sequitur, quod ea quæ quærentur, sint æqualia numero his, quæ sciuntur. Quattuor autem sunt, quæ quærentur, scilicet quia, quæritur quid, si est, & quid est: ad quæ quattuor reduci potest quicquid est quæribile, vel scibile. Diuidit autem in primo Topicorum quæstiones siue problemata aliter in quattuor, quæ omnia comprehenduntur sub vna harum quæstionum, quæ dicitur quæstio quia. Non enim intendit ibi nisi de quæstionibus ad quas dialectice disputatur. Deinde cum dicit.

Manifestat propositas quæstiones, & primo compositas. Ad cuius euidentiā considerandum est, quod cum scientia non sit nisi veri, verum autem significatur solum per enunciationem, oportet solum enunciationem esse scibilem, & per consequens quæribilem. Sicut autem in secundo Perihermenis dicitur, enūciatio dupliciter formatur. Vno quidem modo ex nomine & verbo absq; aliquo appposito, vt cū dicitur: homo est. Alio modo quando aliquid tertium adiacet, vt cū dicitur: homo est albus. Potest ergo ratio formata reuerſi, vel ad primum modum enunciationis, & sic erit quasi quæstio simplex, vel ad secundum modum, & sic erit quæstio quasi composita, vel in numerum ponens, quia videlicet est quæstio de compositione duorum. Circa hunc ergo modum enūciationis, duplex quæstio formari potest. Vna quidem an hoc sit verum quod dicitur. Et hanc quæstionē, primo exponit dicens, quod cū de aliqua re quærimus, vtrum illa res sit hoc, aut illud, sic quodammodo ponimus in numerum accipiendo, scilicet duo, quorum vnū est prædicatum, & aliud subiectum. Puta cum quærimus: vtrum sol sit deficiens per eclipsim, vel nō: & vtrum homo sit animal, vel non, tunc dicimur quære quia, non ita quod hoc quod dico quia, sit nota, vel signum interrogationis, sed quia ad hoc quærimus, vt sciamus quia ita est. Cuius signum est, quia cum inuenierimus per demonstrationem, quiescimus a quærendo, & si in principio hoc sciuissemus, non quæreremus vtrum ita sit. Inquisitio autem non cessat, nisi habito eo, quod quærebatur. Et ideo cum quæstio, quæ quærimus vtrum hoc sit hoc, cessat habito quod ita est manifestū est, quid huiusmodi quæstio quærit. Deinde cū dicitur: Manifestat consequentem quæstionem, quæ etiam in numerum ponit, & dicit, quod cum scimus quia ita est, quærimus propter quid ita sit, puta cum scimus quia sol est deficiens per eclipsim, & quod terra est mota in terremoto, quærimus propter quid sol deficiat, aut propter quid terra mouetur. Hoc ergo quærimus ponentes, scilicet in numerum. Deinde cū dicitur: Manifestat alias duas quæstiones, quæ non ponunt in numero, sed sunt simplices. Et dicit quod quædam quærimus alio modo ad prædictas quæstiones, scilicet non ponentes in numero. Vt pote si quæramus an sit centaurus, vel non, hic simpliciter quærimus de centaurō an sit, non autem quæritur an centaurus sit hoc, puta album vel non, & sicut sciētēs quia hoc est

LECTIO I.

A, quæ quærentur, tot sane profecto, quot sunt ea, quæ scimus. Quærimus autem quattuor, scilicet, quia, propter quid est, si est, atque quid est.

Nam cum quærimus vtrum hoc, an hoc sit. plura complectētes hoc pacto, vtrum sol deficiat, an non deficiat, esse tum quærimus. Cuius id indicium est. Hoc enim inuenio, solem inquam ipsum deficere, statim cessamus. Atque si a principio solem deficere scimus, non quærimus vtrum deficiat sol.

Cum autem scimus esse, tum propter quid est dicere consueuimus: defecere nanque solem, terramq; moueri scientes, cur defecit quærimus, aut mouetur. Atque hæc hoc pacto.

Quædam alio quærimus modo. Quærimus enim si sit, an non sit centaurus, aut deus: si sit autem nec ne simpliciter dico: sed non si albus sit, aut non albus. Hoc percepto, & deum inquam esse, vel hominem, quid est postea quærimus: vt quid est deus, quid homo, Hæc igitur & tot sunt: quæ quære consueuimus, & quæ iam scimus inuenta.

quære quia, non ita quod hoc quod dico quia, sit nota, vel signum interrogationis, sed quia ad hoc quærimus, vt sciamus quia ita est. Cuius signum est, quia cum inuenierimus per demonstrationem, quiescimus a quærendo, & si in principio hoc sciuissemus, non quæreremus vtrum ita sit. Inquisitio autem non cessat, nisi habito eo, quod quærebatur. Et ideo cum quæstio, quæ quærimus vtrum hoc sit hoc, cessat habito quod ita est manifestū est, quid huiusmodi quæstio quærit. Deinde cū dicitur: Manifestat consequentem quæstionem, quæ etiam in numerum ponit, & dicit, quod cum scimus quia ita est, quærimus propter quid ita sit, puta cum scimus quia sol est deficiens per eclipsim, & quod terra est mota in terremoto, quærimus propter quid sol deficiat, aut propter quid terra mouetur. Hoc ergo quærimus ponentes, scilicet in numerum. Deinde cū dicitur: Manifestat alias duas quæstiones, quæ non ponunt in numero, sed sunt simplices. Et dicit quod quædam quærimus alio modo ad prædictas quæstiones, scilicet non ponentes in numero. Vt pote si quæramus an sit centaurus, vel non, hic simpliciter quærimus de centaurō an sit, non autem quæritur an centaurus sit hoc, puta album vel non, & sicut sciētēs quia hoc est

LIBER SECVNDVS.

55

est illud, quærebamus propter quid, ita etiam scientes de aliquo, quia est simpliciter, quærimus quid sit illud, puta quid est Deus, aut quid est homo. Hæc igitur & tot sunt illa, quæ quærimus, quæ cum inuenierimus, dicimur scire. Deinde cū dicitur: Manifestat qualiter prædictæ quæstiones se habeant ad medium. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat: ibi Dico autem quia. Tertio probat propositum: ibi Contingit itaque in omnibus quæstionibus &c. Circa primum sciendum est, quod prædictarum quattuor quæstionū, quarum duæ ponunt in numerum & duæ non ponunt, primæ vtrarumq; in vnam coordinatæ, scilicet quæstionem quia, & quæstionem an est. Et dicit, quod cum quærimus, quia hoc est hoc, aut cū quærimus de aliquo simpliciter si est, nihil aliud quærimus, quam vtrum aliquod medium ipsum quod quærimus, sit inuenire, vel nō. Quod nō dicitur secundum ipsam formam quæstionis. Non enim cum quæro an sol eclipsetur, vel an homo sit, ex ipsa forma quæstionis quæro an sit aliquod mediū, quo possit demonstrari solem eclipsari vel hominem esse: sed si sol eclipsatur, vel hō est consequens est, & sit aliquod medium inuenire ad demonstrandum ista quæ quæritur. Nō enim sit quæstio de immediatis, quæ & si vera sunt, non tamen habent medium, quia huiusmodi cū sint manifesta, sub quæstione non cadunt. Sic ergo qui quærit an hoc sit hoc, vel an hoc sit simplex, ex consequenti quærit an sit huiusmodi medium. Quæritur. n. in quæstione si est, vel quia est, an sit id quod est mediū, quia id quod est medium est ratio eius, de quo quæritur an hoc sit hoc, vel an simpliciter, vt infra dicitur. Non tamen quæritur sub ratione mediū. Contingit autem inuenio quod quæritur per duas quæstiones cognoscere aut quia est, aut si est: quorum alterum est cognoscere esse simpliciter, alterum esse in parte, sicut cum cognoscimus quod homo est albus, quia esse album non significat taliter esse hominis, sed significat ipsum esse aliquid. Et ideo cum homo sit albus, nō dicitur esse simpliciter, sed esse secundum quid. Sed cum dicit homo est, significatur ipsum esse simpliciter, & cum homo sit ens, dicitur generari simpliciter. Cū

Quærimus autem, cum quæramus quia, aut si est simpliciter, vtrum sit mediū ipsius aut non. Cū aut cognoscētēs, aut quæ est, aut si est, aut in parte aut simpliciter, iterum propter quid quærimus, aut quid est, tunc quærimus quid sit medium.

Dico autem quia aut si est in parte, aut simpliciter. In parte quidem igitur, vtrum deficiat luna, aut augetur? Si enim est aliquid aut non est aliquid in huiusmodi inquirimus. Simpliciter autem est si est aut non est luna, aut nox?

Contingit itaque in omnibus quæstionibus quære, aut si est mediū, aut quid est mediū. Causa quidem. n. medium est. In omnibus autem hoc quæritur, vt vtrum luna deficiat, vtrum sit aliquod mediū aut non. Post hoc sciētēs quia est, quid igitur hoc sit quærimus. Causa enim ipsius esse nō hoc, aut hoc, sed simpliciter secundum substantiā, aut nō simpliciter, sed aliquid horum. Quæ sunt per se, aut secundum accidens, mediū est. Dico autem simpliciter quid substantiā, vt lunam, aut terram aut triangulū, quid autem est defectum, æqualitatem, inæqualitatem si in medio terra sit, aut non. In omnibus enim his manifestum est quod idem sit, quod quid est, & propter quid est. Amplius quid est defectus, priuatio luminis a luna ex terræ obiectu. Propter quid est defectus, aut propter quod deficit luna? propter defectum luminis opposita terra. Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto & graui. Propter quid resonat acutum graui? propter id, quod rationem habet numeralem acutum & graue. vtrum sit in numeris ratio ipsorum? Accipientes autem quæ est, quid igitur est ratio?

Non tamen quæritur sub ratione mediū. Contingit autem inuenio quod quæritur per duas quæstiones cognoscere aut quia est, aut si est: quorum alterum est cognoscere esse simpliciter, alterum esse in parte, sicut cum cognoscimus quod homo est albus, quia esse album non significat taliter esse hominis, sed significat ipsum esse aliquid. Et ideo cum homo sit albus, nō dicitur esse simpliciter, sed esse secundum quid. Sed cum dicit homo est, significatur ipsum esse simpliciter, & cum homo sit ens, dicitur generari simpliciter. Cū

ergo cognito quia est, quærimus propter quid est, aut cognito si est, quærimus quid est, tunc quærimus quid sit medium. Et hoc similiter est accipiendum non secundum formam quæstionis, sed secundum concomitantiam. Non enim qui quærit causam propter quam sol eclipsatur, quærit ipsam vt medium demonstrans, sed quærit id quod est medium: quia cōsequēs est, vt hoc habito, possit demonstrare. Et eadem ratio est de quæstione quod est. Deinde cum dicitur: Manifestat quod dixerat, quod quia est, & si est, differunt sicut in parte & simpliciter. Cum enim quærimus, vtrum luna deficiat, aut vtrum augetur, est quæstio in parte. In huiusmodi enim quæstio ne quærimus si luna est aliquid: puta si deficiens, aut aucta, vel non. Sed cū quærimus an luna sit, siue an nox sit, est quæstio de esse simpliciter. Deinde cum dicitur:

Cum autem quærimus esse, aut si est simpliciter, tum si sit, nec ne ipsius medium quærimus. Atque cognito vel esse, qui quidem modus aliqua ex parte rei cōplectitur quæstionē, vel si est, quæ quidē simplex est rei quæstio rursus pp quid est, aut quid est quærimus quæ na sit sic ipsū mediū quærimus.

Atque modum tum al qua ex parte rei quæstionem complecti dico cum hoc dicitur pacto. Deficit ne luna, aut accrescit? tum enim, ut patet, si quippiam competat, insitque cupiam quæritur. Simplicem hanc quæstionem appello, est ne luna, vel nox, vel dies?

Fa igitur, ut omnibus in quæstionibus quærat, aut si sit medium aut quidnam medium ipsum sit. Causa enim est ipsum medium, atque vniuersis hæc quæritur, deficiat ne luna? est ne huius aliqua causa? Postea cognito hoc, causam inquam aliquam esse, quid nam sit illa causa quærimus. Causa enim tam essendi simpliciter, quam essendi quippiam eorum, quæ uel per se, uel per accidens competunt, ipsum medium est. Atque simpliciter esse dico subiectum ipsum: ut lunam, aut solem, aut terram, aut triangulum quippiam esse, ut defecit si in medio vniuersi consistat, an non in eo consistat, æqualitatem, inæqualitatem, & huiusmodi. In his enim omnibus patet idem esse quid est, atque propter quid est. Quid est luna defectio? priuatio lucis ob interpositionem terræ, propter quid est defectio lune? aut cur deficiat luna quia lux eius deficiat, obijciente se terra. Quid est concentus? ratio numerorum inter acutum, & graue, cur inter se se graue, atque acutum consonantia sunt? quia numerorum inter se se suscipiunt rationem acutum ipsum & graue. Est ne inter acutum & graue concentus? consimilis ne ratio ipsorum in numeris? Quod simul atque perceptum, quænam sit illa ratio quærimus.

defectus lunæ, vel non est. Et consequenter hoc manifestat in quæstione propter quid. Cum enim scimus, quia est aliquid causa defectus lunæ, quæritur quid sit causa, & hoc est quære propter quid. Et eadem ratio est in aliis duabus quæstionibus, vt per sequentia manifestat. Dicit enim, quod siue accipiamus aliquam rem esse non hoc aut hoc, puta cum dico, homo est albus aut grammaticus: sed accipiamus ipsam substantiā simpliciter esse, siue etiam non accipiamus rem aliquam esse, & simpliciter, sed rem aliquam esse aliquid ponendo in numerum.

Tex. cō. 1.

lect. pri.

lectio. 2.

Cap. 6.

rum, siue id aliquid sit de numero eorum, quæ prædicantur per se, siue de numero eorum, quæ prædicantur per accidens, siue hoc modo, siue illo accipiamus rem esse: causa eius est medium ad demonstrandum ipsum. Exponit autem consequenter quod dixit, simpliciter substantiã esse, cum querimus de luna, aut de terra, aut de triangu-

lo, aut de quolibet subiecto an sit: & ad hoc demonstrandum accipitur aliqd medium. Dico autẽ re esse aliquid, cù quærimus eclipsem de luna, aut æqualitatẽ, aut inæqualitatẽ de triangulo, aut de terra verũ sit in medio mundi aut non. Et ostendit quod nõ differt quantũ ad ppositũ utrobet modo accipitur rem esse, quia in omnibus prædictis idẽ est qd est, & propter quid. Et hoc manifestat primo in defectu lunæ. Si enim queratur quid est defectus lunæ, & responderetur, quod est priuatio luminis a luna ppter terram, quæ obicitur inter ipsam & solem. Et hoc idem respondemus si queratur quid luna deficit. Dicitur, quod luna deficit ppter defectum luminis, ex oppositione terræ. Et idem manifestat in alio exemplo. Si enim queratur, quid est consonantia, & responderetur, quod est ratio, i. proportio numerorum secundum acutum & graue. Et rursum, si queratur, propter quid acutum consonat graui, responderetur propter id, quod habent numeralem proportionem acutum & graue. Sic ergo quæstio quid est, & quæstio propter quid, redeunt in idem subiecto, quamuis differant ratione. Vnde quia cù queritur propter quid, queritur quid sit medium, ut ostensum est, relinquatur quod cum queritur quid est, similiter queratur medium. Et idem ostendit in quæstione, quia. Vt enim dictum est, consonantia est ratio in numeris acuti & grauis, cum ergo queritur vtrum acutum & graue consonent, queritur vtrum sit aliqua ratio numeralis acuti & grauis, & hoc est medium ad demonstrandum quod acutum & graue consonant. Relinquitur ergo quod in quæstione, quia, queritur an sit medium. Cum autem acceperimus quia est aliqua ratio numeralis acuti & grauis, queremus quæ sit ratio illa. Et hoc est querere quid vel propter quid. Videtur hic Arist. dicere quod diffinitio passionis sit medium in demonstratione. Sed considerandum est, quod diffinitio passionis per se non potest sine diffinitione subiecti, sunt principia passionis. Non ergo demonstratio resoluet in primam causam, nisi accipiatur ut medium demonstrationis diffinitio subiecti. Sic ergo passionem concludere de subiecto per diffinitionem passionis, & vterius diffinitionem passionis concludere de subiecto per diffinitionem subiecti. Vnde etiam in principio dictum est, quod oportet præcognoscere quid est, non solum de passione, sed etiam de subiecto, quod non oportet nisi diffinitio passionis concluderetur de subiecto per diffinitionem subiecti. Et hoc patet per exemplũ. Si velimus de triangulo demonstrare, quod habet tres angulos æquales duobus reëtis: accipiamus primo pro medio, quod est figura habens angulum extrinsecum æqualem duobus reëtis intrinsecis sibi oppositis, qd est quasi diffinitio passionis. Quod iterum demonstrare oportet per diffinitionem subiecti, vt dicam. Omnis figura tribus reëtis lineis cõiecta, habet angu-

h Quod autẽ medii sit quæstio ostenditur quandocunque mediũ sensibile est. Querimus. n. non sentientes. vt defectũ, si est. Si vero essemus super lunam, nõ vtique quæreremus. neque si sit, neque propter quid, sed simul manifestum esset vtique: ex eo enim quod sentimus, & vniuersale nobis factũ est scire. Sensus quidem est eius quod nunc obicitur: & manifestum. n. est quod nunc deficit, ex his autem vniuersale vtique factum est. Sicut igitur diximus, quod quid est sci re idem est, & pp quid est. Hoc autem aut est simpliciter, & nõ eorum. quæ insunt aliquid, aut quæ insunt, vt quoniam duo reëtis sunt, aut quoniam maius, aut quoniam minus est. Quod quidem igitur omnia, quæ queruntur medii quæstio sit manifestum est.

LECTIO II.



Vomodo autem quod quid est demonstratur & quis modus introductionis, & quid est diffinitio, & quorum, dicemus: opponentes primum de ipsis.

lum exteriorẽ æqualem duobus interioribus sibi oppositis: sed triangulus est huiusmodi, ergo &c. Et idem patet si velimus demonstrare quod vox acuta & grauis consonent, accipiamus diffinitionem passionis vt hic dicitur, scilicet quod habent proportionem numeralem, sed rursus ad hoc demonstrandum oportet accipere diffinitionem grauis & acuti. Nã grauis vox est, quæ in multo tempore nata est mouere sensum: acuta autem quæ in modico tempore: modici autem ad multum est proportio numeralis. Nec refert si aliter diffiniatur acutum & graue. Oportet enim in eorum diffinitione ponere aliquid ad quantitatem pertinens, & sic necesse erit concludere in eis proportionem numeralem. Deinde cum dicitur.

Indicat etiam circa ea, quorum medium sensu percipi non potest, nos ipsum medium querere. Nam non sentientes lunæ defectionem, est ne, an non est, defectionem querimus lunæ. Quod si essemus in ipsa luna, neque si sit: neque cur sit defectio, vtique quereremus: sed simul vtrunque se nobis vltro offerret, atque pateficeret. Esse enim ex sensu perceptione, & ipsum vniuersale notum nobis fuisset. Sensus nanque terram nunc se se obijcere lunæ cognosceremus. Pateret enim visu nunc deficere lunam: atque ex hoc ipsum emerisset vniuersale. Vt igitur dicebamus idem est scire quid est, & propter quid est. Et hoc aut simpliciter, & non aliquid eorum quæ insunt: aut aliquid eorum: quæ cõpetunt, veluti duo reëtis, aut maius, vel minus, & huiusmodi. Patet igitur omnia, quæ queruntur, medii quæstionem esse.

LECTIO II.



Is itaque determinatis, dicendum esse videtur, quoniam pacto ostenditur ipsum quid est, quis reductionis est modus, quid est denique & quorum est diffinitio. At quæ antea dubitandum esse videtur.

sa faciens deficere lunam. Sed si essemus in loco, qui est super lunam, videremus quomodo luna subintrando vmbra terræ deficeret: ideo circa hoc nihil quereremus, nec si est, nec propter quid est, sed simul vtrunque nobis fieret manifestum. Et quia posset aliquis obuiando dicere, quod sensus est singularium, ea vero, quæ queruntur sunt vniuersalia, sicut & ea, quæ sciuntur, & ita per sensum non videtur quod possit nobis innotescere id, de quo est quæstio. Ideo quasi obuiationi respondens subiungit, quod ex hoc ipso quod sentiremus particulare scilicet quod hoc corpus lunæ tunc subintrat hanc vmbra terræ, statim accideret nobis quod sciremus vniuersale. Sensus enim noster esset de hoc, quod nunc lumẽ solis obstruitur per oppositionem terræ, & per hoc manifestum esset nobis quod luna nunc deficit. Et quia nos coniceremus quod semper hoc modo accideret lunæ defectus, statim in nostra scientia sensus rei singularis fieret vniuersale. Et ex hoc exemplo concludit quod idẽ est scire quod quid est, & propter quid. Nã ex hoc quod videmus terram interpositam inter solem & lunam, sciemus & quid est defectus lunæ, & propter quid luna deficit, quorum vnum scilicet scire quid est, refertur ad sciẽtiã, qua scimus de aliquo quod simpliciter sit, non autem quod aliquid insit alicui, sed propter quid refertur ad cognitionem eorum, quæ insunt: sicut cum dicimus quod tres anguli sunt æquales duobus reëtis, aut maiores aut minores. Vltimo autẽ epilogando concludit principale propositum, scilicet manifestum est ex prædictis, in omnibus quæ queruntur, esse medii quæstionem.

LECTIO II.



Ostquam Philosophus ostendit quod omnis quæstio est quodammodo quæstio medii, quod quid est, quod quid est, & propter quid, hic incipit manifestare qualiter medium nobis innotescat, & diuiditur in partes duas. In prima parte ostendit, quomodo & quid est, & pro-

Lec. 13.

pter quid se habet ad demonstrationem. In secunda parte ostendit quomodo oportet inuestigare quod quid est, & propter quid ibi. Quomodo autem oportet venari. Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima manifestat quomodo se habet ad demonstrationem li quid est. In secunda manifestat quomodo

Lec. 7.

Quoniam autem scire opinamur, cum sciamus causam. Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo profertur propositum: ibi. Principium autem futurorum. Dicit ergo primo, quod quia omnis quæstio ad cuius determinationem demonstratio inducitur, est quæstio medii, quod est quid, & propter quid, oportet primo dicere per quem modũ hoc ipsum quod est nobis ostendatur, vtrũ scilicet per demonstrationem vel per diuisionem, vel quouis alio modo. Et iterũ oportet dicere, quis sit modus reducendi ea, quæ apparent de re ad quod quid est. Et quia diffinitio est oratio significans quod quid est, oportet etiam scire quid sit diffinitio, & quæ sint diffinitio. In his autẽ hoc ordine procedemus. Primo quidem opponendo. Secundo autem veritatem determinando. Deinde cum dicit.

Ostendit propositum per signum sensibile. Et dicit quod ea, in quibus mediũ est sensibile, manifeste ostendunt quod ois quæstio sit quæstio medii, quia scilicet quod mediũ sensibile per sensum innotescit, nullus relinquitur quæstioni locus. Tunc enim querimus in rebus sensibilibus secundũ aliquam prædictarũ quæstionum, quando mediũ non sentimus, sicut querimus: an sit defectus lunæ, vel si est defectus lunæ, vel non: quia non sentimus mediũ quod est causam, qui est super lunam, videremus quomodo luna subintrando vmbra terræ deficeret: ideo circa hoc nihil quereremus, nec si est, nec propter quid est, sed simul vtrunque nobis fieret manifestum. Et quia posset aliquis obuiando dicere, quod sensus est singularium, ea vero, quæ queruntur sunt vniuersalia, sicut & ea, quæ sciuntur, & ita per sensum non videtur quod possit nobis innotescere id, de quo est quæstio. Ideo quasi obuiationi respondens subiungit, quod ex hoc ipso quod sentiremus particulare scilicet quod hoc corpus lunæ tunc subintrat hanc vmbra terræ, statim accideret nobis quod sciremus vniuersale. Sensus enim noster esset de hoc, quod nunc lumẽ solis obstruitur per oppositionem terræ, & per hoc manifestum esset nobis quod luna nunc deficit. Et quia nos coniceremus quod semper hoc modo accideret lunæ defectus, statim in nostra scientia sensus rei singularis fieret vniuersale. Et ex hoc exemplo concludit quod idẽ est scire quod quid est, & propter quid. Nã ex hoc quod videmus terram interpositam inter solem & lunam, sciemus & quid est defectus lunæ, & propter quid luna deficit, quorum vnum scilicet scire quid est, refertur ad sciẽtiã, qua scimus de aliquo quod simpliciter sit, non autem quod aliquid insit alicui, sed propter quid refertur ad cognitionem eorum, quæ insunt: sicut cum dicimus quod tres anguli sunt æquales duobus reëtis, aut maiores aut minores. Vltimo autẽ epilogando concludit principale propositum, scilicet manifestum est ex prædictis, in omnibus quæ queruntur, esse medii quæstionem.

Lec. 7.

Lec. 7. in me.

Exequitur proposita ordine prædicto. Vnde primo præcedit circa præmissa disputatiue opponendo. Secundo veritatem determinando: ibi. Iterum autem speculandum si non dicitur bene: Circa primum duo facit. Primo procedit disputando de ipsa diffinitione, quæ significat quod quid est. Secundo de ipso quid est per diffinitionem significato: ibi. Ipsi autem quid est, vtrum syllogismus. Circa primum tria facit. Primo inquit disputatiue, vtrum omnium quorum est demonstratio, sit diffinitio. Secundo, vtrum econuerso omnium quorum est diffinitio, sit demonstratio: ibi. Quid autem cuius est diffinitio. Tertio vtrũ alicuius eiusdem sit diffinitio, & demonstratio: ibi. Sed vtrum si non omnis. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum: ibi. Dubitabit enim vtique aliquis. Dicit ergo primo, quod inter ea, quæ in futurũ dicenda sunt, principium oportet sumere ab eo, quod est conuenientissimum habitatum, id est consequetium rationum. Quod quidem est de hoc quod posset aliquis dubitare, vtrum contingat idem & secundum idem scire per diffinitionem, & demonstrationem. Deinde cum dicit.

Probat quod non omnium, quorum est demonstratio, sit diffinitio. Et hoc quadrupliciter. Primo quidem, quia diffinitio est indicatiua eius quod quid est, omnia autem quod pertinet ad quod quid est, prædicatur & affirmatiue & vniuersaliter ergo dif-

Li. primo. Lec. 2. tex. expo. 1.

nitio est solum eorum contentiua, siue significantiua quæ prædicatur affirmatiue & vniuersaliter. Sed non omnes syllogismi sunt demonstratiui conclusionum affirmatiuarum vniuersalium, sed quidam sunt negatiui, puta omnes qui sunt in secunda figura, quidam vero particulares, puta omnes qui sunt in tertia figura. Non ergo omnium est diffinitio, quorum est demonstratio. Secundo ibi.

Idque inuicem faciendum, quod maxime dicendis erit accommodatum. Dubitauerit itaque quispiam, vtrum fieri possit, vt idem rationeque eiusdem, diffinitione, demonstrationeque sciatur, an id ipsum fieri nequeat.

Etenim diffinitio ipsius quid est esse videtur. Omne autem quid est, vniuersale est, atque affirmatiuum. At ratiocinationũ alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet. Vniuersæ nanque ratiocinationes secundæ figuræ sunt negatiuæ. Tertiæ autem vniuersales non sunt.

Deinde nec eorum omnium est diffinitio, quæ per primam affirmatiue demonstrantur figuram: quale est hoc, omnis triangulus habet tres angulos duobus reëtis æquales, aliaque similia. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest, nil aliud est, quàm demonstrationem eius habere. Quare si est talium demonstratio, patet eorum diffinitionem non esse. Nã si esset per diffinitionem, etiam quispiam sciret demonstrationem non habens. Nihil. n. uetat, ut non simul demonstratio, atque diffinitio habeatur.

Inductione etiam idem satis ostendit, credique potest. Nihil enim unquam eorum, quæ uel per se, uel per accidens insunt diffinientes cognouimus.

Præterea si diffinitio substantiam explicat, atque declarat, patet talia non substantias esse. Perspicuum igitur est non omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio.

At est ne eius omnis demonstratio, cuius est diffinitio? At uidetur non esse.

Nullus autem unquam cognouit per diffinitionem, neque aliquid eorum, quæ per se insunt, neque etiam aliquid eorum quæ per accidens insunt, quoniam accidentium quæ per se vel accidens insunt, non possunt esse aliqua diffinitiones: vt habetur in 7. Metaphys. Quare eius quod est inesse per se vel per accidens, quod syllogismus concludit, nullus unquam dedit diffinitionem Quarto ibi.

Ostendit idem per rationem, quia diffinitio est notificatio substantiæ, cum quia substantia principaliter diffinitur, accidens autem per posterius diffinitionem, quæ est per additamentum, vt habetur in septimo Metaphysicorum, tum etiam, quia accidens non diffinitur, nisi quatenus significatur per modũ substantiæ per aliquod nomen. Hæc autem, de quibus sunt demonstrationes, non sunt substantiæ, nec per modum substantiæ significantur, sed per modum accidentium, scilicet secundum inesse aliquid alicui. Vnde concludit non esse possibile, quod diffinitio sit omnis eius, cuius est demonstratio. Deinde cù dicitur.

Lec. 4. & 4. quon.

Tex. 66. 4.

diffinitio.

Lec. præsen.

diffinitio. Et ostendit quod non, duplici ratione quarum prima supra tacta est. Vnius enim in quantum est vnum, videtur esse vna scientia, id est vnus modus cognoscendi. Vnde si id, quod est demonstrabile, vere scitur per hoc, quod habetur demonstratio de eo, sequitur quoddam impossibile si per diffinitionem sciri possit, quia habens diffinitionem, sciret aliquid demonstrabile absque hoc quod haberet demonstratio nem, quod videtur inconueniens. Et hæc ratio fuit secundo posita inter præmissas. Secundam rationem ponit ibi.

¶ Diffinitiones enim sunt principia demonstrationum, vt in primo habitum est, sed principia non sunt demonstrabilia, quia sic sequeretur, quod principiorum essent principia, & quod demonstrationes in infinitum procederent, quod est impossibile, vt in primo ostensum est. Vnde sequitur, quod diffinitiones sunt in demonstrabilibus, tanquam quædam principia prima in demonstrationibus. Et sic non omnium, quorum est diffinitio, est demonstratio. Deinde cum dicit.

¶ Inquit vtrū sit possibile quod aliquid eiusdem sit diffinitio & demonstratio, & si non omnis eius. Et ostendit quod non, tribus rationibus.

Quarum prima est, quia diffinitio, est manifestatiua eius quodquid est, & substantiæ, id est essentia cuiuslibet rei. Demonstrationes autem hoc non manifestant, sed supponunt, sicut in mathematicis demonstrationibus arithmetice supponitur quid est vnitas, & quid est pars, & similes etiam in aliis demonstrationibus. Ergo non est eiusdem demonstratio & diffinitio. Secundam rationem ponit ibi.

¶ Quæ talis est. In eo, quod, per demonstrationem concluditur prædicatur aliquid de aliquo vel affirmatiue vel negatiue: sed in diffinitione non prædicatur aliquid de aliquo.

ratio, aut non? Vna quidem iam ratio. & de hac eadem est. Vnius enim in quantum vnum, vna est scientia. Quare si vere scire demonstrabile est scientiæ habere, accidit quoddam impossibile. Diffinitionem enim habes sine demonstratione sciret.

¶ Amplius principia demonstrationum diffinitiones sunt: quarum non esse demonstrationes monstratum est prius, aut erunt principia demonstratiua, & principiorum principia, & hoc in infinitum abibit, aut primarum diffinitiones erunt indemonstrabiles.

¶ Sed vtrum si non omnis eiusdem, sed cuiusdam eiusdem sit diffinitio & demonstratio, aut impossibile sit? Non est demonstratio cuius est diffinitio. Diffinitio quidem ipsius quid est, & substantiæ est, sed demonstrationes videntur omnes supponere esse, & accipientes quodquid est, vt Mathematicæ quid vnitas & quid impar & aliæ similiter.

¶ Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat, vt quia est, aut non est, in diffinitione aut nil alterū de altero prædicat, vt quod animal de bipede, neq; hoc de animali, neq; de plano figura. Neq; n. planū est figura, neq; figura planū.

¶ Amplius alterum est quodquid est, & quia est demonstrare. Diffinitio quidē igitur quid est ostendit: sed demonstratio, quia si est hoc de hoc, aut non est. Alterius autem altera demonstratio est: nisi sit tanquam quædam pars totius. Hoc autem dico, quoniā ostensum est, quod isochelones duobus rectis habet æquales tres: si omnis ostēsus est triangulus, pars enim est, hoc autem totum. Hæc autem adinuicem non se habent sic, & quia est, & quid est. Non enim alterū est alterius pars. Manifestum itaque est, quod neque cuius est diffinitio, omnis sit demonstratio, neque cuius omnis sit demonstratio, huius omnis sit diffinitio. Quare omnino eiusdem nullius contingit habere vtrumque.

quo sicut in hac diffinitione, Homo est animal bipes, neq; prædicatur animal de bipede, neque bipes de animali. Et sicut in hac diffinitione, Circulus aut triangulus est figura plana: nec planum prædicatur de figura, neque econuerso. Si enim partes diffinitionis adiungerentur libi inuicem, oporteret, quod prædicatio intelligeretur per modum conuenientiam diffinitioni, scilicet in eo quodquid est, hoc autem non videmus. Nec enim genus prædicatur in eo quodquid est de differentia, neque econuerso. Non ergo eiusdem est diffinitio & demonstratio. Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Et dicit, quod alterum est manifestare quodquid est, & quia est: vt patet in differentia questionum superposita, sed diffinitio ostendit de aliquo quod est: demonstratio autem ostendit affirmatiue vel negatiue aliquid esse de aliquo vel non esse. Videmus autem quod: alterius rei alia est demonstratio, nulla duo se habent adinuicem, sicut totum & pars, quia tunc vna, & eadem est demonstratio de vtroque. Sicut demonstratio quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, similiter etiam ostensum est de isochelone, qui se habet ad triangulum sicut pars ad totum: sed non ita est in his duobus, quia est & quid est: neutrum enim est pars alterius. Ostensum est igitur, quod nec omnis, cuius est diffinitio sit demonstratio, neque econuerso. Et ex hoc vltimus concludi potest, quod nullius eiusdem sit, & quod diffinitio & demonstratio, neque sunt idem, neque vnum sit in alio, sicut pars subiectura in suo toto, quia oportet quod etiam ea, quorum sunt, se haberent per modum totius & partis: ita scilicet, quod omne diffinitibile esset demonstrabile, aut econuerso, quod supra improbatum est. Vltimo epilogando concludit vsque ad hoc processum esse opponendo.

¶ Præterea demonstratio principia sunt diffinitiones: quorum non esse demonstrationes antea demonstrauimus. Alioquin in infinitum esset processio. Etenim aut principia demonstrantur, & principiorum sunt semper principia, motusque nullus vnquam occurrit, aut in primis steterit necesse est, quod quidē & diffinitioes sunt, & demonstrari non possunt.

¶ Præterea omnis demonstratio aliquid demonstrari de aliquo, vt esse, non esse. At in diffinitione nihil de alio prædicatur: veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano. Non est enim planum figura, neque figura planum.

¶ Præterea differt quid est, & esse, ostendere. At diffinitio quidem quid est patet, demonstratio vero quipiam inesse cuius, vel non inesse, demonstrat. Diuersorum autem diuersa est demonstratio, nisi quid totius sit pars. Quod quidem propterea dictū est, quod si demonstratum est triangulum omnē duobus rectis angulos tres æquales habere, demonstratum est etiā triangulum duorum æqualium laterum tres angulos æquales duobus re-ctis habere, iste namque partis, ille totius rationem habere videtur. At quid est, & esse non ita se habere videtur, quippe cum neutrum ad alterum partis habeat rationem. Patet igitur nec eius omnis demonstrationem esse, cuius est diffinitio, nec eius omnis diffinitionem esse, cuius est demonstratio. Quibus efficitur ut omnino quicquam eiusdem vtrumque haberi

LECTIO III.



Ostquam Philosophus disputatiue inquisiuit, vtrum diffinitio significans quodquid est possit demonstrari, hic procedit vltius ad inquirendum disputatiue, vtrum ipsum quodquid est, quod est diffinitionis significatum, possit demonstratiue probari. Et primo proponit quod intendit. Secundo exequitur propositum: ibi ¶ Syllogismus quidē enim. ¶ Mouet ergo primo quæstionem, vtrum possit esse syllogismus aut demonstratio eius, quodquid est: ita scilicet, quod cõcludatur hoc esse quodquid est huius, aut hoc non sit possibile, sicut suppositum ratio immediate præmissa. Fuit autem necessaria hæc dubitatio post præmissa, quia in diffinitione attenditur non solum vt illud, quod significatur, sit quodquid est, sed etiam vt tali modo tradatur, qui cõpetat ad manifestandum quodquid est: ita scilicet, quod sit ex prioribus & notioribus, & alia huiusmodi habeat quæ in diffinitione sunt obseruanda. Signanter autem dicit, vtrum sit syllogismus aut demonstratio, nam rationum subsequenrium quædam concludunt quod est quodquid est non sit demonstratio, quædam vero quod est eius omnino, non sit syllogismus. Deinde dicit.

¶ Manifestum igitur est quod neque diffinitio est demonstratio, neque idem erunt, neque alterum in altero. Et nanque subiecta si militer se haberent. Hæc quidē igitur vsque; ad hoc opposita.

LECTIO III.



¶ Pius autem quid est vtrum syllogismus sit, aut demonstratio est, aut non, sicut ratio supponit?

¶ Syllogismus quidem n. aliquid de aliquo demonstrat per mediū. Sed quod est propriū est, & in eo quodquid est prædicat. Hoc autem necesse est cõuerti.

¶ Si enim A ipsi C est propriū, manifestum est quod & A ipsi B, & hoc ipsi C. Quare omnia sunt adinuicem.

¶ At vero, & si A in eo quodquid est in omni B & vniuersaliter B de omni C in eo quodquid est dicitur, necesse est, & A in eo quodquid est prædicari de C.

¶ Si vero aliquis non accepit sic reduplicans, non necesse est A in eo quodquid est de C prædicari. Si autē A quidem de B in eo quodquid est non quibuscumque B in eo quodquid est, ipsum autem quodquid est vtrumque hoc habebit: erit itaque & B de C in eo quodquid est.

¶ Si igitur quodquid est, & quodquid erat esse, vtraque ha-

le cum eo cuius est. Deinde cum dicit. ¶ Ponit rationem ad propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit. Primo dicit, qualem oportet esse syllogismum, quādo concludit quodquid est, si hoc sit possibile. Secundo concludit inconueniens, quod ex hoc sequitur: ibi ¶ Si ergo quodquid est, ¶ Tertio exemplificat in terminis: ibi ¶ Et omnino si est monstrare. ¶ Circa primum tria facit. Primo enim ostendit, quid requiratur ad syllogismum concludentem quodquid est, ex eo quod est proprium. Secundo, quid requiratur ex eo quod prædicatur in quid: ibi ¶ At vero & si A. ¶ Tertio ostendit, quod si ne his, talis syllogismus esse non possit: ibi ¶ Si vero aliquis. ¶ Dicit ergo primo, quod si A quod est probandum de C tanquam quodquid est est, est proprium ipsi C, quod requiritur ad quodquid est, vt dictū est: oportebit quod primū scilicet A sit propriū mediū quod est B. Nam si A excedit B quod vniuersaliter prædicatur de C, sequitur quod A multo magis excedat C. Et similiter manifestum est, quod oportebit B esse proprium ipsius C. Nam si B excedat C, sequitur quod A quod vniuersaliter prædicatur de B, excedat C, & sic non erit proprium eius, vt supponebat. Relinquitur ergo, quod si aliquis syllogismus sit qui cõcludit quodquid est, oportet esse talē habitudinē terminorum eius, vt oēs adinuicem conuertantur. Deinde cum dicit.

LECTIO III.

¶ Vnc inuestigemus oportet, vtrum ipsius quid est ratio cinatio sit, demonstratioque: an non sit, vt nunc sermo noster supponit.

¶ Patet n. ratiocinationem quidē aliquid per mediū de aliquo semper ostendere, ipsum autem quid est proprium esse, & hoc ipso quid est prædicari. Hæc autem conuerti necesse est.

¶ Nam si A sit propriū ipsius C patet B quoque ipsius C, & A rursus ipsius B propriū eē. Quo fit ut oia cõuertantur, mutuāque prædicationē suscipiant.

¶ At vero si tam A competit ipsi B, vt quid est ipsius, quam B competit identidem ipsi C, necesse est tum A de C prædicetur vt quid est ipsius.

¶ Quod si non hoc pacto bis illud quod spiam sumperit, nulla sane necessitas omnino cõpellet, vt A de C vt quid est ipsius dicatur. Vt si A quidē vt quid est ipsius B cõpetere dixeris, B vero non eodem modo de quolibet C prædicaueris. Quare non solū A de B dicatur oportet, vt quid est ipsius: sed B quoque de C eodem modo prædicetur necesse est.

¶ Hæc cū ita sint. Si in vtroque ratiocinationis intervallo ipsum quid est,

prædicatur in eo quodquid est. Et dicit, quod oportet hoc modo syllogismum procedere, vt maior extremitas, quæ est A prædicetur in eo quod quid de medio, quod est B, & B similiter prædicetur in eo quod quid de minori extremitate, quæ est C & sic concluditur quod A prædicetur de C in eo quodquid est. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit, quod prædictus modus syllogizandi requiratur. Et dicit quod si aliquis non ita accipiat terminos duplicans, id est, obseruans duas condiciones prædictas, vel potius accipiens quodquid est ex duabus partibus, non sequitur ex necessitate, quod A prædicetur de C in eo quodquid est. Sed & si ex vna tantum parte prædictæ cõditiones obseruetur, non sufficit ad propositū. Et si n. dicitur quod A prædicetur de B in eo quodquid est, non propter hoc sequitur quod prædicetur in eo quod quid de quibuscumque; prædicatur B, & qualitercumque. Et sic sequitur, quod ex vtraque parte oportet accipere quod quid est: ita. scilicet non solū A sit quod quid est ipsius B, sed etiā ipsum B sit quod est ipsius C conuertibiliter, & in eo quod quid prædicatur. Deinde cum dicit. ¶ Ducit ad inconueniens, quia sicut ostensum est ex vtraque parte inuenitur non solum prædicari aliquid in eo quod quid, sicut genus prædicatur de specie, sed etiam quod ex vtraque parte sit quod quid erat esse, quod significat diffinitio, sequitur

Lc. 16. tex. 34-35.

x.cō.3.

Lect. 6.

Lect. 4.

Lect. 5.

Lect.

Lectio

Poster. Diui. Tho.

H quod

quod quid erat esse prius fuisse in medio termino, id est quod medius terminus sit quod quid erat esse minoris extremitatis: & ita supponitur quod oportebat probare, scilicet quidditatem ipsius C. Deinde cum dicit.

Manifestat quod dixerat in terminis, puta si volumus monstrare quod est homo, sit C. i. minor extremitas & homo A vero i. maior extremitas sit quod quid est hois, puta si aial bi pes: vel aliquid aliud hmoi. Si ergo hoc oportet per syllogismum, necesse est quod diffiniatur aliquid medium scilicet B, de quo omni, A predicatur, & ad hoc medium pertinet quodam alia media diffinitio, que scilicet erat diffinitio minoris extremitatis. Vnde sequitur, quod hoc etiam medium sit quod quid est hominis. Et ita qui sic syllogizat, accipit supponendo id, quod oportet ostendere. s. q. B sit quod quid erat esse hois. Deinde cum dicit.

Manifestat quomodo hoc inconueniens sequitur ex premissis. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit modum quo hoc conuenienter manifestetur. Et dicit, quod id, quod dicitur esse oportet considerare in duabus propositionibus, quod sunt prima, & habeat terminos immediate sibi inherentes. Possibile enim est per plures propositiones hoc ostendere, ex quo plures syllogismi constarent, vel etiam esse posse duas solas propositiones accipiendo, accipere eas medias. Sed quia oportet semper deducere ad duas primas immediatas: ideo ut breuius & expeditius sit consideratio, assumamus a principio tales propositiones, & sic maxime poterit manifestari propositum. Secundo ibi.

Proponit quod intendit, & dicit conclusionem ex premissis, quod illi qui voluit demonstrare per terminos conuertibiles quod quid est alicui rei, puta quod est anima, vel quod est homo, vel quodcunque aliud hmoi. Necesse est quod incidat in hoc quod pertinet principium. Et inducit exemplum de diffinitione anime in Platone. Quia anima uiuit, & est corpori conuertibilis, sequitur quod differat a corpore per hoc quod corpus uiuit per aliam causam: anima uero uiuit per seipsam. Ponebat autem Plato quod numerus est suba omni rerum: eo quod non distinguebat inter unum quod conuertitur cum ente, quod significat substantiam eius, de quo dicitur, & unum quod est principium numeri, & ita sequitur quod anima substantialiter sit numerus sicut & quilibet alia res multa in se continens. Item ponebat Plat

h Oportet autem in duabus propositionibus primis, & immediatis terminis considerare. Maxime autem manifestum est, quod dicitur sic.

Qui quidem itaque per conuersionem demonstrat quid est anima, & quid est homo, aut aliud quodlibet eorum, quod sunt, quod est ex principio petunt. Ut si aliquis diffiniat animam esse eandem eidem causam uiuendi, hoc autem numerum seipsum mouentem, necesse est repetere si conuenit quod uere est esse numerum seipsum mouentem sic, sicut idem.

Non si enim consequitur A ipsi B & hoc ipsi C erit ipsi C A quod quid erat esse: sed verum erat dicere quod erit solum, neque si est A quod quid est & de B predicatur omni. Nam animalis esse predicatur de hominis esse: sicut & dicimus omnem hominem esse animal, sed non sic sicut unum est esse. Si quidem igitur non sic accipiat non syllogizatur quod A sit in C in eo quod quid erat esse in substantia. Si uero sic accipiat, tunc prius erat accipiens quod in C est in eo quod quid erat esse B. Quare neque demonstratum est. Quod enim erat in principio accipit.

LECTIO IIII.

T vero neque per diuisionis uiam est syllogizare: sicut in Resolucione

Incidat in hoc quod pertinet principium. Et inducit exemplum de diffinitione anime in Platone. Quia anima uiuit, & est corpori conuertibilis, sequitur quod differat a corpore per hoc quod corpus uiuit per aliam causam: anima uero uiuit per seipsam. Ponebat autem Plato quod numerus est suba omni rerum: eo quod non distinguebat inter unum quod conuertitur cum ente, quod significat substantiam eius, de quo dicitur, & unum quod est principium numeri, & ita sequitur quod anima substantialiter sit numerus sicut & quilibet alia res multa in se continens. Item ponebat Plat

to quod uiuere sit quoddam moueri. Duobus enim distinguitur uiuere a non uiuente, id est sensu & motu, ut dicitur in 1. de Anima, & ipsum sentire siue cognoscere dicebat esse quoddam moueri. Sic ergo dicebat animam esse numerum seipsum mouentem, dicebat etiam animam esse id, quod est sibi causa uiuendi.

Si quis ergo velit probare quid est anima: quia scilicet est id, quod est sibi causa uiuendi, & assumat pro medio, quod anima est numerus seipsum mouens, necesse est hoc petere, scilicet quod anima sit numerus seipsum mouens: ita quod hoc sit idem ipsi animam, tanquam quod quid est est. Alioquin non sequeretur quod si aliquid est quod quid est ipsius numeri mouentis seipsum, quod sit quod quid est ipsius animam. Tertio ibi.

Probat propositum. s. quod talis probatio contineat petitionem principii: & dicit quod non sequitur quod maior extremitas quod est A, sit quod quid est minoris extremitatis quod est C, ex hoc quod A sequitur ad B, & B sequitur ad C, sed sequitur simpliciter quod A solu in sit C. Et si uoluerit detur quod ipsum A sit quod quid est alicuius, & predicetur uniuersaliter de B, non adhuc sequitur quod A sit quod quid est ipsius C, id est, quod quid est animalis, predicari de hoc quod est hominis esse, id est de eo quod est quod quid est hominis. Sicut, n. uerum est, quod animal uniuersaliter predicatur de homine, ita uerum est quod diffinitio animalis uniuersaliter predicetur de diffinitione hominis, non tamen ut sint omnino unum & idem. Sic ergo patet, quod si aliquis non sic accipiat terminos, ut primus sit omnino unum & idem medio, & medium ultimo, non poterit syllogizari quod A quod est primum, sit quod quid est ipsi C, quod est ultimum ex essentia eius. Si uero accipiantur termini modo predicto, sequitur quod prius concludatur, accipiat in premissis quod quid est ipsius C, scilicet ipsum B, ex quo sequitur, quod non sit demonstratio, sed petitio uel acceptio principii.

Id autem ipsum in duabus propositionibus, & primis medioque uocantibus terminis, consideretur oportet. Maxime autem id, quod dictum est, clucescit.

Qui igitur per ea conuertuntur, quid sit anima, quid homo, vel quoduis aliud conantur ostendere, hi petunt id sine dubio, quod initio quaerunt, demonstrare: nuntunt. Ut si quis conuenit id animam esse, quod est sibi uiuendi causa, atque hoc numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulare a Deo animam numerum esse seipsum motu cientem, ut idem sit anima, numerusque seipsum mouens.

Non enim si A quid est ipsum B, B uero C ipsum sequatur A diffinitio erit ipsius C, sed de ipso tantum uere dicitur, ut patet. Neque si rursus A ratione substantia conuenit de o B predicatur A continuo diffinitio erit ipsius C. Quamquam, n. animalis esse, de hois esse dicitur: o. n. animal rationis particeps, substantia uere est animalis particeps, quod est principium sentienti: quod admodum ois homo est animal, non tamen hoc dicitur pacto, ut unum sit. Si igitur quispiam non hoc pacto terminos sumpsit, nunquam sane quidditas est ipsius C substantiaque esse concluderit. Si autem hoc acceperit motum antea profecto B ipsius C diffinitionem sumpsit esse: quare non demonstrabit. Sumit enim id quod initio quaeritur.

LECTIO IIII

T qui neque per diuisionis uiam sit ratiocinatio: ut in Priorum resolutionum diximus libro.

do predicto, sequitur quod prius concludatur, accipiat in premissis quod quid est ipsius C, scilicet ipsum B, ex quo sequitur, quod non sit demonstratio, sed petitio uel acceptio principii.

LECTIO IIII.

Quia Philosophus ostendit quod non potest demonstrari quod quid est per terminos conuertibiles, hic ostendit quod non potest demonstrari per uiam diuisionis. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, excludit quandam

Cap. 18.

quandam solutionem ubi contingit autem soluere. Circa primum duo facit. Primo, ostendit propositum per rationem communem omnibus, que syllogizari possunt. Secundo, ostendit propositum quantum ad ea, que sunt propria ei quod quid est: ubi contingit autem soluere. Circa primum duo facit. Primo, ostendit propositum per rationem communem omnibus, que syllogizari possunt. Secundo, ostendit propositum quantum ad ea, que sunt propria ei quod quid est: ubi contingit autem soluere.

circum figuras dictum est. Nequaquam enim necesse est illam rem esse cum hac sint, sed sicut neque inducens demonstrat. Neque enim oportet conclusionem interrogare, neque in concedendo esse, sed necesse est esse cum sint illa, & si non dicat respondens, ut homo animal est, aut inanimatum, postea accipit animal, non syllogizatum est. Item omne animal aut gressibile, aut aquatile & si accipit gressibile, & hominem totum animal gressibile, non necesse est esse dictis, sed accipit & hoc. Differat autem nihil in multis, aut in paucis sic dicere: idem enim est. Non syllogisticus quidem igitur versus sit sic procedentibus, & de conuenientibus syllogizari.

Quid enim prohibet hoc uerum quidem omne esse de homine, non tamen quod quid est, neque quod quid erat esse ostendens?

Amplius, quid prohibet, aut apponere aliquid, aut auferre, aut supergredi substantiam? Hac igitur dimittuntur quidem.

Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, & quidem consequenter per diuisionem facere que sunt prius, & nihil relinquere. Hoc autem necessarium est. Individuum enim specie oportet esse.

si quis, cum accepto aliquo conuenit, quod per multa diuidit, remoto uno, concludit alterum. Puta, si entium aliud est animal, & aliud est inanimatum, habito quod homo non sit inanimatum, concluditur quod sit animal: sed ista conclusio non sequitur, nisi respondens det quod homo uel sit animal uel inanimatum. Et est attendendum, quod si quis conuenit comparauit diuisionem inductioni. Vt ubique, non oportet supponere, quod accepta sint omnia, quod continentur sub aliquo conuenit: alioquin nec inducens poterit ex singularibus acceptis concludere uere, nec diuidens ex remotione quarundam partium poterit concludere aliam. Patet ergo quod inducens facta inductione quod Sortes currat, & Plato, & Cicero, non potest ex necessitate concludere, quod omnis homo currat, nisi dicitur sibi a respondente quod nihil aliud continentur sub homine, quod ista que inducunt sunt. Similiter est nec diuidens, si probauerit quod hoc coloratum non sit album, nec pallidum, non potest ex necessitate concludere quod sit nigrum, nisi detur sibi a respondente, quod nihil aliud continentur sub colorato, nisi ea, que assumpta sunt in diuisione. Et quia inuestigatibus quid est homo, oportet accipere non solum genus quod est animal, sed differetiam: ut in suo exemplo procedit quod si ois animal, aut gressibile est, aut aquaticum, & accipiat quod homo non est animal quod est aquaticum sit totum hoc

quod est animal gressibile, non ex necessitate sequitur ex dictis, sed oportet quod hoc sit supponat datum sibi a respondente. Circa autem sufficienter diuidatur per gressibile & aquaticum. Et quia quandoque per plures diuisiones proceditur ad accipiendum quod quid est alicuius rei: ideo premissis duabus diuisionibus in suo exemplo, subdit quod nihil differat quod procedatur in multis, aut in paucis. Eadem enim ratio in omnibus. Et sic ulterius obeludit quod procedentes per uiam diuisionis, et circa ea, que contingit syllogizari, non uentur per rationem syllogisticam. Deinde cum dicit.

Nunquam enim in diuisione sit, ut cum hac sint, necesse illa sequatur, sed sit perinde atque cum quispiam inducit. Non enim demonstrat. Nam non interrogare conclusionem oportet: nec quod data est, ideo ipsam esse oportet: sed necesse est ipsam esse cum illa sint, & si hisce, qui respondet non dicit, nec assentitur. Etenim si quispiam hoc interrogat pacto, homo animal ne, inanimatum est? deinde accipit animal, nullam prorsus rationem facit ut patet. Rursus si ois animal gressibile esse, aut aquaticum dixerit, deinde gressibile ceperit, nullam rationem facit profecto, nec hominem hoc esse totum animal inquam gressibile, necesse ex dictis emergit: sed hoc quoque perinde ut illa sumit. Atque si nihil omnino refert siue in multis, siue in paucis hoc pacto fiat: est enim idem. Fit igitur ut hisce, qui hoc procedunt modo, inutilis sit hic usus, & ad ea, quorum fieri ratiocinatio potest.

Quid uero prohibet, ut illud totum uere quidem dicatur de homine, non tamen quid est, neque quidditatem declarat?

Quid insuper obstat, ut aut addatur substantia quippiam, aut auferatur, aut pratermittatur?

Atque hac quidem eueniunt, sed summam (quispiam dixerit) uniuersa ea, que hoc ipso quod est predicatur. Et adhibita diligentia post primam diuisionem alteriusue postulationem, ipsius rursus postulare distributionem deinceps faciat. Atque ad hoc, ut nihil pratermittatur quod quidem est necessarium: si omne cadit in diuisione, & nihil deest. Id uero est necessarium. Individuum enim in esse oportet.

diuisionem non probatur sufficienter quod quid est. Et hoc est quod concludit, quod in uia diuisionis pratermittuntur predicte conditiones, ut scilicet, id quod concluditur predicatur in eo quod quid est, & quod nec excedat, nec excedatur. Deinde cum dicit.

Excludit poster. Diu. Tho. H. Excludit

Excludit prædictam solutionem: & dicit quod quamuis prædictis existentibus aliquid individuum fieri, sicut expostum est, tamen prædicta via non est syllogistica, quia cognoscere faciat quodquid est per aliud modum, & hoc non est inconueniens, scilicet quod aliquid alio modo manifestetur quam per syllogismum.

Sed syllogismus tamen non inest, & si vere alio modo cognoscere facit, & hoc quidem non est inconueniens. Neque enim inducens fortasse demonstrat, sed tamen manifestat aliquid, syllogismum autem non dicit, ex diuisione dicens diffinitionem. Sicut enim in conclusionibus quæ sine mediis sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid: sic & indiuisiuis terminis, quid est homo? animal mortale bipes habens pedes sine pennis, propter quid secundum unamquamque appositionem. Dicit enim & monstrabit diuisionem, sicut opinatur, quod omne animal aut mortale aut immortale sit. Huiusmodi autem ratio non omnis est diffinitio. Quare quamuis diuisione demonstrauerit, sed diffinitio non syllogismus sit.

LECTIO V.

Ed vtrum sit demonstrandum substantiam ex conditione accipiente quod quid erat esse: quod est ex his, quæ sunt in eo quodquid est proprii? Hæc autem in quodquid est sola, & proprium est omne. Hoc enim est esse illi.

An iterum accepit quod quid erat esse, & in hoc? Necesse est enim per medium monstrare.

Ampli⁹ sicut in syllogismo, neque accipit quodquid est syllogizare, semper enim totum, aut pars est ex quibus est syllogismus: sic neque quod quid erat esse oportet esse in syllogismo, sed seorsum hoc apponitis esse, & ad dubitantem syllogizatum est, aut non, est hoc

LECTIO V.

ostquam Philosophus ostendit, quod non potest demonstrari quodquid est, nec per conuertibiles terminos, nec per viam diuisionis, hic ostendit vterius quod non potest quodquid est demonstrari, accipiendo id quod requiritur ad quodquid est. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, Secundo concludit ex omnibus

prædictis, quod nullo modo quodquid est demonstrari possit ibi. Qualiter igitur diffiniens &c. Circa primum duo facit. Primo inducit rationes proprias ad propositum. Secundo, inducit quandam rationem communem ad id, quod nunc dicitur, & ad id quod supra dictum est: ibi. Ad utrosque autem &c.

At quamquam id fieri potest, nulla tamen hoc pacto unquam efficitur ratiocinatio. Sed si noscere diuisio facit, alio quodam modo. Atque hoc quidem non est absurdum. Neque, nisi, qui videtur inductione fortasse demonstrat. Notum tamen aliquid facit, ratiocinationem autem non dicit, qui diffinitionem ex diuisione dicit. Nam ut in conclusionibus, quæ sine mediis inferuntur, si quisquam dixerit hoc necesse est esse, cum ista sint, sit ut interrogetur propter quid: sic & in diffinitionibus cum per diuisionem inuestigantur fieri potest. Nam cum hæc constituitur diffinitio hominis, animal mortale pedes habens bipes ac alis vacans. Cur hoc? n. vnaquaque pars ium additio ne nimirum interrogatio fieri potest. Dicit. n. atque ostendet per diuisionem, ut putat omne animal, aut immortale esse, aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem est ostenditur. Quare et si diffinitio per diuisionem demonstraretur, nunquam tamen per ratiocinationem constituitur.

LECTIO V.

Ed ne fieri potest, ut ipsum quod accommodat ut substantiam demonstraretur, ex suppositione tamen, hoc pacto, ut accipitur id quod proprium est ex hisce constat, quæ hoc ipso quod est prædicatur diffinitionem esse, hæc autem sola dicto prædicari non, totumque quod ex hisce constat proprium esse. Id est enim illius nimirum ratio.

An & hic rursus sumitur diffinitio? Necesse est enim per medium ipsum ostendere.

Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid est ratiocinari, semper enim tota, vel pars est propositio, ex quibus ratiocinatio constat, sic neque diffinitionem oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum a propositionibus esse. Atque ut si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta necne, obuiandum est asserendo ratio-

demonstrandi deficient in hoc, quod accipiunt id quod queritur, ita est in proposito. Accipitur enim & in modo probationis quod quid erat esse, puta, dum accipitur quod omnis ratio conuertibilis constans ex genere & differentiis, significat quod quid est, & ita inconueniens est probatio. Necesse est enim id, ad quod demonstratio inducitur, non supponere quasi medium, sed potius per aliud medium demonstrare. Secundam rationem ponit ibi.

Quæ sumitur ex similitudine syllogismi. Cum enim aliquis syllogizat, non oportet quod accipiat diffinitionem syllogismi

syllogismi ad syllogizandum, quia ea ex quibus procedit syllogismus, hoc modo se habent, quod semper quodlibet eorum est aut tota propositio, id est vniuersalis, seu maior, aut est pars id est particularis, seu minor, quæ sumitur sub maiori. Et ita diffinitio syllogismi non est aliquid eorum, ex quibus procedit syllogismus. Et similiter, si aliquis velit syllogizare quod quid erat esse alicuius rei, non oportet quod accipiat quid sit quod quid erat esse, sed oportet hoc seorsum haberi in mente, præter ea, quæ ponuntur in diffinitione vel syllogismo. Huiusmodi enim rationes syllogismi & diffinitiones se habent in diffiniendo & syllogizando, sicut regulæ artis, ad quas debet aspicere Artifex in operando. Artifex enim qui facit cultellum, non facit operando regulam, secundum quam operatur, sed secundum regulam quam habet in mente, examinat an cultellus bene sit factus. Et ita etiam ille qui syllogizat, non accipit rationem syllogismi in syllogizando, sed examinat syllogismum factum, an sit bonus. Vnde si aliquis dubitet de syllogismo factum an sit syllogizatum vel non, poterit syllogizans obuiare, ostendendo quod syllogismus sit tale aliquid. Similiter etiam ei qui intendit syllogizare quod quid erat esse, conuenit ut habeat seorsum in mente rationem eius quod quid erat esse, ut si aliquis dicat, quod non est syllogizatum quod quid erat esse, ipse dicat quod immo, quia tale aliquid ponitur quod quid erat esse. Sic ergo patet, quod syllogizans quod quid erat esse, non debet sumere quid est syllogismus, neque quid est quod quid erat esse. Deinde cum dicit.

Tex. c. 6.

Contradicare, quoniam hic erat syllogismus, & adhuc quod neque quid erat esse syllogizatum est, quoniam utique est: hoc enim positum est nobis quod quid erat esse. Quare necesse est sine eo quodquid est syllogismus, aut quod quid erat esse, syllogizare aliquid.

Et si ex suppositione alia demonstraret, ut si malo inest diuisibile esse, in contrario autem contrarium esse, in quibus est contrarium, bonum autem contrarium malo, & indiuisibile diuisibile, est itaque, bonum esse indiuisibile.

Etenim hoc accipiens, quod quid erat esse demonstrat.

Accipere autem ad demonstrationem quod quid erat esse alterum tantum sit. Et in demonstrationibus est, quoniam est hoc de hoc, sed non ipsum, neque cuius eadem ipsa ratio. Et conuertitur.

Ad utrosque autem & secundum diuisionem demonstrantem, & ad sic syllogismum, est eadem oppositio, propter quod est homo animal, & bipes gressibile, sed non animal, & bipes. Ex acceptis enim neque vna necessitas est vni fieri quod prædicatur, sed utique idem homo, & grammaticus, & musicus.

Qualiter igitur diffiniens demonstrabit substantiam, aut quodquid est? Neque enim sicut demonstrans ex certis esse, manifestum faciet quod necesse est,

non debet sumere quid est syllogismus, neque quid est quod quid erat esse. Deinde cum dicit.

Ostendit quod non potest demonstrari quodquid est vnius rei ex quodquid est alterius rei. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum: ibi. Et enim hic accipiens &c. Dicit ergo primo, quod etiam non probat quodquid est, si aliquis velit hoc probare ex suppositione quodquid est alterius rei. Puta, si aliquis sic procedat accipiens quod idem sit esse diuisibile & malo, id est quod diuisio sit quod quid est mali, & vterius argumentetur sic. In omnibus quæ habent contrarium, contrarium est contrarium quodquid est, sed bono est contrarium malum, & indiuisibile est contrarium diuisibile, sequitur ergo quod indiuisibile sit quodquid est ipsius boni. Et sumuntur ista exempla secundum Platonem, qui posuit quod eadem est ratio vnius & boni. Videmus enim quod vnum quodque appetit vnitatem sicut proprium bonum, vnum autem est idem quod indiuisibile, & sic per oppositum sequitur quod malum sit idem, quod diuisibile. Vnum enim relinquit diuisionem sui, quia per hoc tendit ad diminutum & imperfectum. Deinde cum dicit.

Probat propositum, scilicet quod non possit demonstrari quodquid est. Et hoc duabus rationibus, quarum prima est, quia etiam in hoc modo probationis demonstrat aliquis, accipiendo quod quid erat esse, & ita accipit quod oportet probare. Deinde cum dicit.

rationem esse extructam, id enim ratiocinatio, sic & ad eum, qui dicit non diffinitionem esse conclusam, asserendum est diffinitionem esse conclusam. Id enim nobis supponebatur esse ratio diffinitione. Quare necesse est, & sine ratiocinationis, & sine diffinitionis ratione, aliquid per ratiocinationem conclusum esse.

At enim neque sic bene sese habebit ipse quid est probatio, si ex suppositione et quispiam ipsum ostendat: hoc patet, si ratio mali est diuisibile esse, quibus autem est contrarium, eorum, & ratio contraria est rationi contrarii, atque bonum est malo contrarium, & indiuisibile diuisibile, ratio boni nimirum est indiuisibile esse.

Et hic enim accipiens, diffinitionem ostendit.

Sumit autem diffinitionem ad ostendam diffinitionem. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici sumitur. Non tamen ipsum, neque id, cuius est eadem ratio, atque conuertitur.

Ad utrosque autem, quorum alter diuisione, alter tali ratiocinatione ostendit, eadem est dubitatio, cur homo simul animal bipes gressibile, sed non animal, seorsum, & bipes erit seorsum. Nulla namque necessitas cogit, ut ex his, quæ sumuntur, unum efficiatur, quod prædicatur, sed erit forsitan perinde, atque idem homo, & musicus est, & grammaticus.

Hæc cum ita sint, quoniam pacto is, qui diffinit substantiam, & ipsum quid est, ostendit rei differendæ? Neque enim uis, qui demonstrat, ex hisce, quæ conceduntur, notum

gressibile bipes, non autem debet dici quod homo sit animal & bipes. Vnde si aliquis uult probare quodquid est, oportet quod probet quæ assumuntur fieri unum. Sed non est necessarium secundum prædictas vias diuisionis & suppositionis, quæ ex his, quæ accipiuntur ad diffiniendum fiat unum prædicatum: sed poterit esse quod sint multa, puta, si dicatur quod est grammaticus, & musicus. Videtur ergo, quod secundum vias prædictas, non poterit quodquid est. Deinde cum dicit.

Concludit ex præmissis, quod nullo modo potest probari quod quid est, & dicit. Si igitur neque per terminos conuertibiles, neque per diuisionem, neque per suppositionem demonstratur quodquid est, quomodo igitur diffiniens poterit demonstrare substantiam, rei, uel quodquid est? Iam. n. ex præmissis patet, quod non probat, sicut manifestum facies ex his, quæ sunt per se nota, quod necesse sit alterum aliquid sequi per ea, quæ dicta sunt, quod requirit ad demonstrationem. Relinquit autem præter tres modos quartus modus, qui est per inductionem. Sed nec contingit probare quodquid est per singularia manifesta. si aliquid prædicetur de omnibus, & non sit aliquid eorum quod aliter se habeat, quia sic inducendo, non demonstrabit quodquid est, sed demonstrabit aliquid esse uel non esse, puta, quod poster. Diui. Tho. H 3 omnia

POSTERIOR ANALYTIC.

omnis homo est animal, vel nullus homo est lapis. Nullus autē alius modus relinquitur ad demonstrandum quodquid est: nisi forte modus demonstrationis, qui est ad sensum, sicut cum demonstratur digito. Manifestum est autem quod hic modus nō potest competere in proposito: quia quodquid est nō est obiectum sensus, sed intellectus, ut dicitur in tertio de Anima. Relinquitur ergo per nullo modo possit demonstrari quodquid est.

LECTIO VI.

ostendit Philosophus ostendit, quod non dicitur

Tex. cō. 7.

tingit demonstrare quodquid est, inducēdo per singulos modos, quibus aliquid demonstrari potest: hic ostendit propositum per rationes communes. Et circa hoc tria facit. Primo, premitit quoddam, quod est necessarium ad propositum ostendendum. Secundo ostendit propositum: ibi dicitur: At vero si demonstrabitur quodquid est. Tertio epilogat quæ dicta sunt: ibi dicitur: Ex his igitur neque diffinitio &c. Dicit ergo primo, quod non videtur esse possibile aliquis modus, quo aliquid demonstraretur quodquid est esse hominis, & hoc ideo, quia necesse est, quod quicquid scit quodquid est esse hominis vel cuiuscunque rei, quod sciat rem illam esse. Quia enim non entis nō est aliqua quidditas vel essentia, de eo quod nō est, nullus potest scire quodquid est: sed potest scire significationem nominis vel rationem ex pluribus nominibus compositam, sicut potest aliquis scire, quod significat hoc nomen tragelaphus vel hircoceruus, quod idē est, quia significat quoddam animal compositum ex hircō & ceruo, sed impossibile est sciri quodquid est hircocerui, quia nihil est tale in rerum natura. Deinde cum dicitur: Ex eo, quod præmissum est procedit ad propositum ostendendum. Circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod non potest ostendi quodquid est demonstratione. Secundo, quod nō potest ostendi diffinitio: ibi dicitur: Si ergo & diffiniens demonstrat. Circa primum ponit tres rationes, quarum prima talis est. Sicut diffinitio inducitur ad manifestandum aliquid vnum, in quantum, scilicet ex partibus diffinitionis sit vnum per se, & non per accidens, ita etiam oportet quod demonstratio, quæ videtur diffinitione tanquam medio, vnum aliquid demonstrat. Oportet enim conclusionem esse medio proportionatam. Et ita patet, quod per vnam & eandem demonstrationem non possunt diuersa demonstrari.

LECTIO VI.

Amplius autem quomodo monstrabit quodquid est? Necesse est enim, quod quodquid est homo, aut aliquid quod modolibet, scire quia est. Quod enim non est, nullus scit quid est, sed quid significat diffinitio quidem, aut nomen, cum dico tragelaphus, quid autem est tragelaphus impossibile est scire.

At vero si demonstrabit quod est, & quia est. Et qualiter eadem ratione monstrabit. Diffinitio enim quoque vnum aliquid manifestat, & demonstratio. Id autem quodquid est homo, & esse hominem aliud est.

Postea & per demonstrationem dico necessarium esse omnem demonstrare quia est, nisi substantia sit: esse autem nulla substantia est. Non enim est genus quod est. Demonstratio vtique erit quod est, quod vere & nunc faciunt scientiæ. Quid enim significat triangulus accipit geometra, quod autem est, demonstrat. Quid igitur monstrabit diffiniens? Quid est, non quæ est, vt triangulum. Sciens itaque aliquis diffinitio ne quodquid est, si est, non sciens. Sed impossibile est.

Manifestum autem est secundum nunc modos terminorum, quod non demonstrant diffiniens

frari sed aliud est quodquid est homo, & esse hominem. In solo enim primo essendi principio, quod est essentialiter ens, ipsum esse, & quidditas eius est vnum & idem, in omnibus autem aliis, quæ sunt entia per participationem, oportet quod sit aliud esse, & quidditas entis. Non est ergo possibile quod eadem demonstratio ne demonstrat aliquis quid est, & quia est. Secundam rationem ponit ibi. Quæ talis est. Secundum commune sapientum dictum, necessarium est, quod omne, id est primum totum, quod per demonstrationem demonstratur, sit ipsa quia est, nisi forte aliquid dicat quod hoc ipsum quæ est, sit substantia alicuius rei. Hoc autem est impossibile. Hoc enim ipsum quod est esse, non est substantia, vel essentia alicuius rei in genere existens. Alioquin oportet quod hoc, quod dico ens, esset genus: quia genus est quod prædicatur de aliquo in eo quod quod. Ens autem non est genus, vt probatur in tertio Metaphysicorum. Et propter hoc etiam, Deus qui est sum esse, nō est in genere. Si autem quia est esset substantia alicuius rei, simul cum aliquis ostenderet, quia est, ostenderet, quid est, & ita nō totum quod demonstratio demonstrat, esset quia est. Illud autem est falsum. Ergo patet, quod demonstratio solum demonstrat, quia est. Demonstratio enim enunciationem aliquam, quæ significat esse & non esse. Et hoc etiā apparet in processu scientiarum. Geometra enim accipit quid significat hoc nomen triangulus, & demonstrat quod sit, puta cum demonstrat, super lineam rectam datam, contingit triangulum æquilaterum constituere. Si igitur aliquis demonstraret demonstrationem, quibus vtuntur scientiæ, nō demonstraret hoc totum quod est triangulum esse: sed demonstraret solum hoc, quod dico triangulum. Sicut enim propter hoc, quod esse non est substantia rei, ille qui demonstrat esse, hoc solum demonstrat, ita si aliquis demonstraret quid est, hoc solum demonstraret. Sequitur igitur quod aliquis sciens per diffinitionem quid est, nesciret an est, quod est impossibile, vt ex prædictis patet. Tertiam rationem ponit ibi.

LECTIO VI.

Reterea, quoniam pacto ipsum quid est ostendit? Necesse est enim eum, qui scit quid est homo aut aliud quoduis, & esse se etiam scire. Id enim quod non est in ratione, nemo scit nunquam quid est, sed quid nam oratio vel nomen significat: vt cum dico hippocentaurus bene percipimus, fieri vero nescimus, vt sciamus quid hippocentaurus est.

At vero si quid est ostenderit, & esse quoque ostendit. Et quoniam modo ratione eadem ostendit. Nam vnum quiddam diffinitio ipsa declarat, & demonstratio etiam vnum. Quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sane, non eadem sunt.

Deinde etiam dicimus omne quoduis, nisi sit substantia, necessario per demonstrationem esse ostendi. Esse vero rei nullius est, vt patet, substantia. Id enim quod est, non est genus. Demonstratio igitur id est, quo quippiam ostenditur esse, quod quidem etiam nunc ipse scientiæ faciunt. Geometra namque, quid significat quiddam triangulus sumpsit, esse autem ipsum demonstrat. Quomodo igitur ostendit ipse diffiniens, quod est triangulus? Sciens ergo quippiam diffinitioe quippiam quod est, si sit illud, nesciet. At nunquam fieri potest.

Patet autem per ipsos etiam diffinitionum, quæ nunc assignantur, modos, eos, qui diffiniunt, non ostendere esse.

solum quid est triangulus, præter morem quibus vtuntur scientiæ, nō demonstraret hoc totum quod est triangulum esse: sed demonstraret solum hoc, quod dico triangulum. Sicut enim propter hoc, quod esse non est substantia rei, ille qui demonstrat esse, hoc solum demonstrat, ita si aliquis demonstraret quid est, hoc solum demonstraret. Sequitur igitur quod aliquis sciens per diffinitionem quid est, nesciret an est, quod est impossibile, vt ex prædictis patet. Tertiam rationem ponit ibi.

Per exempla consuetarum diffinitionum manifestat idem, quod in præcedenti ratione est conclusum, scilicet, quod demonstrans quid est, non monstrat, quia est. Vnde dicit, manifestum esse non solum secundum prædicta, sed etiam secundum modos terminorum.

terminorum, id est diffinitionum, quæ nunc sunt in vsu, quod illi qui diffiniunt, non manifestant quia est, sicut qui diffinit circulum, dicens, quod est aliquid ex cuius medio lineæ ad circumferentiam ductæ sunt æquales, adhuc restat quæstio propter quod oportet poni esse id, quod diffinitur, puta propter quod oportet poni quod sit circulus, qui prædicto modo diffinitur. Conuenit enim aliquam similem rationem dicere montis ænei, puta quod est corpus æneum in altum & vt quequæ; diffusum, & tamen adhuc restat querere, an sit aliquid tale in rerum natura. Et hoc ideo quia termini, id est rationes diffinitionum nō declarant quod illud, de quo assignantur, aut sit, aut possibile sit esse, sed semper assignata tali ratione, licet querere si oportet tale aliquid esse. Sic igitur patet, quod impossibile est quod simul demonstraretur quid est, & quia est. Deinde cum dicitur: Ostendit quod non potest ostendi quodquid est diffinitione, ducendo ad inconueniens. Vnde primo proponit: secundo ostendit quod hoc sequatur: ibi dicitur: Sed inconueniens &c. Dicit ergo primo, quod cum ille qui diffinit, possit ostendere vel quid est, vel tantum quid significat nomen, nō propter hoc oportet quod diffinitio sit manifestatiua ipsius quodquid est, quod proprie pertinet ad diffinitionem, alioquin sequeretur quod diffinitio significans quodquid est, nihil sit aliud quam ratio significans idem quod nomen, nec enim super talem rationem addit aliquid diffinitio, nisi quia significat essentiam alicuius rei: vnde si non sit aliqua res, cuius essentiam diffinitio significet, nihil differt diffinitio a ratione exponente significationem alicuius nominis. Deinde cum dicitur: Ostendit inconueniens esse quod diffinitio nihil aliud sit quæ ratio exponens nominis significationem. Et hoc tribus rationibus. Quarum prima est, quod contingit etiam ea, quæ nec sunt substantia, nec sunt vniuersaliter entia, aliquo nomine significare. Quodlibet autem nomen per aliquam interpretationem exponi potest. Si ergo nihil aliud esset diffinitio, quam ratio interpretatiua nominis, sequeretur quod diffinitio esset non substantiarum & totaliter non entium, quod patet esse falsum. Ostensum est enim in septimo Metaphysicæ, quod diffinitio

tes quia est. Si enim est ex medio aliquid æquale, sed propter quod est quod diffinitur, & propter quod est circulus. Esset enim vtique; & montis ænei dicere ipsam. Neque enim possibile sit esse quod dicitur, cum assignantur termini, neque quod illud est, cuius dicunt esse diffinitionem, sed semper licet dicere propter quid.

Si ergo diffiniens demonstrat, aut quid est, aut quid significat nomen, sed non est vltimo modo eius quodquid est erit vtique; diffinitio, & ratio nominis idem significans.

Sed inconueniens est. Primum quidem & non substantia vtique; esset, & eorum quæ non sunt. Significare enim est etiam quæ non sunt.

Amplius diffinitiones omnes rationes essent. Esset enim vtique; nomen ponere cuiuslibet rationi. Quare omnes terminos vtique; disputaremus, & Ilias diffinitio sit.

Amplius neque; vna scientia demonstrat vtique quod hoc nomen eius quodquid est significat: neque diffinitiones igitur huius assignant.

Ex his igitur neque; diffinitio, neque; syllogismus idem existens, neque; eiusdem syllogismus & diffinitio est. Adhuc autem quæ neque; diffinitio nihil demonstrat, neque; monstratur. Neque; quodquid est neque; diffinitione, neque; demonstratione cognoscere est.

LECTIO VII.

Terum autem speculandum est, quid horum dicitur bene, & quid non bene, & quid sit diffinitio, & eius quodquid est, nunquid quodammodo est demonstratio, aut nullo modo.

Principaliter quidem est substantiæ, aliorum autem inquantum se habent ad substantiam. Secundam rationem ponit ibi.

Quæ talis est. Cuiuslibet rationi, id est orationi aliqui significanti est imponere aliquid nomen, quod est ei correspondens, quod per illam rationem manifestatur. Si ergo nihil aliud est diffinitio, quam ratio interpretatiua nominis: sequeretur quod omnes rationes essent diffinitiones, & ita sequeretur, cum disputamus, vel colloquimur adinuicem, quod ipse disputatio, vel collocutiones nostræ sint quædam diffinitiones: & similiter sequeretur quod Ilias, id est poema Homeri de bello Troiano sit quædam diffinitio. Tertiam rationem ponit ibi.

Quæ talis est. Nulla scientia demonstrat quod tale nomen significet talem rem. Nomina enim significant ad placitum: vnde oportet hoc supponere secūdum voluntatem instituentis. Manifestum est ergo, quod diffinitiones non significant hoc, scilicet solam nominis interpretationem. Deinde cum dicitur: Epilogat quæ disputatiue præmissa sunt. Et dicit, quod ex præmissis videtur sequi, quod diffinitio & syllogismus nō sunt idē, neque; de eodē, & quod diffinitio nihil demonstrat: quia non est de eodē de quo est demonstratio. Et similiter videtur esse ostensum, quod non est possibile cognoscere quodquid est, neque; per diffinitionem, neque; per demonstrationem: quia diffinitio solum ostendit quid, & demonstratio ostendit quia est. Sed ad cognitionem quodquid est requiritur cognitio, quæ est, vt dictum est.

Igitur is, qui diffinit, aut quid est ostendit, aut quid ipsum nomen significat. Si diffinitio nullo pacto est ipsa quæ est, erit ipsa profecto ratio idem, quod nomen significans.

At hoc absurdum est sane. Primum nanque & non substantiarum, & eorum, quæ non sunt in ratione rerum, erit vtique; diffinitio. Nam & ea, quæ non sunt, significare nomine licet.

Deinde omnes orationes diffinitiones erunt sine discrimine vltimo. Fieri nanque potest, vt cuius orationi nomen ponatur. Quare diffinitionibus discernemus omnes, atque loquemur. Et Ilias ipsa diffinitio erit.

Præterea nulla scientia demonstrat hoc nomen hoc indicare, ac significare: ergo nec diffinitiones id ipsum indicant.

Ex his igitur nec idem esse diffinitionem rationationemque videtur. Et insuper neque diffinitionem demonstrare quiddam sit quicquam, fierique non posse, vt ipsum quid est demonstratione diffinitione vt nunquam percipiatur, aut cognoscatur.

LECTIO VII.

Terum considerandum est rursum, quid istorum bene, & quid non bene, recteque dicitur, & quid est diffinitio, & utrum aliquo modo sit ipsius quid est demonstratio, diffinitio ue, an nullo sit modo.

LECTIO VII.

ostendam Philosophus disputatiue inquit, qualiter cognoscatur diffinitio & quodquid est, hic determinat vtique; veritatem. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum ibi: Quoniam autem sicut diximus. Tertio epilogat quæ dicta sunt: ibi dicitur: Manifestum est igitur ex dictis &c. Dicit ergo primo, quod iterum post disputatiuum processum considerandum est, veritate determinando, quid prædictorum dicatur bene, & quid non bene, & hoc tam circa ipsam diffinitionem, vt consideremus quid sit ipsa diffinitio, quam etiam circa ipsum quodquid est, vt consideremus vtum aliqualem possit manifestari demonstratione, vel diffinitione, vel nullo modo. Deinde cum dicitur: Poster. Diui. Tho. H 4 Exequitur

ostendam Philosophus disputatiue inquit, qualiter cognoscatur diffinitio & quodquid est, hic determinat vtique; veritatem. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum ibi: Quoniam autem sicut diximus. Tertio epilogat quæ dicta sunt: ibi dicitur: Manifestum est igitur ex dictis &c. Dicit ergo primo, quod iterum post disputatiuum processum considerandum est, veritate determinando, quid prædictorum dicatur bene, & quid non bene, & hoc tam circa ipsam diffinitionem, vt consideremus quid sit ipsa diffinitio, quam etiam circa ipsum quodquid est, vt consideremus vtum aliqualem possit manifestari demonstratione, vel diffinitione, vel nullo modo. Deinde cum dicitur: Poster. Diui. Tho. H 4 Exequitur

Lecl. ime. sequē. tex. vlt.

Tex. cō. 9. Lect. 8. t. expo. 2.

Tex. cō. 8.

L. i. me. seq. tex. ex. 2.

L. c. 2. lib. 2.

b ¶ Exequitur propositū. Et primo quantum ad ipsum quodquid est. Secundo quantum ad diffinitionem, quæ est ratio significatiua eius: ibi ¶ Diffinitio autem quoniã dicitur ratio &c. ¶ Circa primum ponit duos modos manifestandi quodquid est. Et primo ponit modum logicæ probationis. Secundo modum demonstrationis: ibi ¶ Quo autem modo contingat &c. ¶ Circa primum refertur primo id, quod supra manifestatum est, scilicet quod id est scire quod est & scire causam quoniam, an est, sicut idem est scire propter quid, & causam scire quæstionis quia est. Ratio autem huius est quoniam est aliqua causa. Et hæc aut eadē, aut alia est. Et si utiq; alia est, aut demonstrabilis aut indemonstrabilis est. Si igitur est alia & contingit demonstrare, necesse est mediū eam esse, & in figura prima demonstrari. Vniuersale. n. & prædicatiuū est quod demonstratur. Vnus quidem igitur modus nunc exquisitus per aliud quodquid est monstrare, & horū. n. quodquid est necesse est mediū esse quodquid est, & proprium proprium. Quare hoc quidem mediū monstrabit eorum quæ quodquid est esse eiusdem rei. Hic quidem igitur modus quod non sit demonstratio dictū est prius: sed est logicus syllogismus ipsius quodquid est.

c Quo autem modo contingat dicemus: dicentes iterū ex principio. Sicut enim propter quid quærimus habentes quia, aliquando autem & simul manifesta fiunt: sed neque prius propter quid possibile est cognoscere quæ quia, manifestū est quod similiter & quod quid erat esse non sine quia est. Impossibile enim est scire quid est, ignorantibus si est.

d Hoc autem si est aliquando quidem secundū accidēs habemus: aliquando vero habentes quodquid est ipsius rei: ut tonitruū, quoniam sonus quidā nebularū est: & defectū, quoniam priuatio quædā luminis est & hōiem quoniam animal quoddā est, & animam, quoniam seipsum mouens,

etiam aliam causam, & sit talis per quam possit demonstrari, puta si dicamus, quod si homo pertingit ad beatitudinem, necesse est præexistere virtutem. Accipiamus autem, quod essentia virtutis sit habitus operans secundum rationem rectam. Potest ergo demonstrari esse aliquem habitum secundum rectam rationem operantem, si sit aliquis habitus ad beatitudinem perducens. Accipiat ergo pro medio illa causa alia, quæ est demonstratiua, & formetur syllogismus in prima figura, quod necesse est fieri, quia oportet quodquid est vniuersaliter & affirmatiue prædicari de re, cuius est. Syllogizabitur ergo sic. Omnis habitus perducens ad beatitudinem, est habitus secundum rectam rationem operans: sed virtus est huiusmodi, ergo &c. Concludit ergo quod iste modus qui est nunc inquisitus, est vnus modus ostendendi quodquid est per aliud, quod est causa. Et quod ille modus sit conueniens patet, quia necesse est, sicut supra dictum est, quod medium ad probandum quod quid est, accipiatur ipsum quid est, & similiter medium ad proban-

dum aliqua propria accipiatur aliquid proprium. Est autem considerandum quod cum quid sit causa ipsius rei, secundum diuersas causas eiusdem rei potest multipliciter quodquid est eiusdem rei assignari. Puta, quid est domus, potest accipi per comparationem ad causam materialem, ut dicamus quod est aliquid compositum ex lignis & lapidibus, & etiam per comparationem ad causam finalem, ut dicamus quod est artificium præparatum ad habitandum. Sic ergo contingit quod cum sint multa quodquid est eiusdem rei, aliquid illorum monstrabitur, & aliquid non monstrabitur, sed supponetur. Vnde non sequitur quod sit petitio principii, quia aliud quodquid est supponitur, & aliud probatur. Nec tamē est modus probandi quodquid est demonstratiue, sed logicæ syllogizandi, quia non sufficere per hoc probatur, quod id, quod concluditur sit quodquid est illius rei, de qua concluditur, sed solum quod in se ei.

¶ Ostendit quomodo per demonstrationem potest accipi quodquid est. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo manifestetur quodquid est per demonstrationem in aliquibus. Secundo, ostendit quod non est ita in omnibus: ibi ¶ Est autem quorundam &c. ¶ Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo manifestat propositum: ibi ¶ Quorū igitur habemus &c. ¶ Tertio epilogat: ibi ¶ Quo modo quidem igitur &c. ¶ Circa primum præmittit tria, quorum primum est comparatio quædā ipsius quodquid est ad propter quid. Dicit ergo, quod ad ostendendum quomodo contingat accipere quodquid est per demonstrationem, oportet iterum a principio resumere. Vbi considerandum occurrit quod dupliciter se habet aliquid ad cognoscendum propter quid. Quandoque enim habemus quia in nostra cognitione, & quærimus adhuc propter quid, quandoque autem simul manifestata sunt nobis utraq; Tertium autem impossibile est, ut prius cognoscat aliquis de aliqua re propter quid quæm quia. Et similiter est de eo quod quid erat esse, quia aliquis scimus rem esse, nec tamē perfecte scimus quid sit: aliquando autem simul scimus vtrumque. Sed tertium est impossibile, ut scilicet sciamus quid est, ignorantibus si est. Secundo ponit ibi. ¶ Et dicit quod rem aliquam esse possumus scire absque eo quod sciamus perfecte quid est dupliciter. Vno modo, secundū quod cognoscimus aliquod accidens eius: puta si per velocitatem motus existimemus leporem esse. Alio modo, per hoc quod cognoscimus aliquid de essentia eius, quod quidem est possibile

¶ Quo autem modo fieri potest, ut quid est eliciatur ex demonstratione deinceps dicamus oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam ut quærimus propter quid est prius habentes esse, interdum vero & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, ut antea cognoscamus cur est, quæm præcipiamus esse: sic pari ratione neque quid est quæres re, atque cognoscere possumus sine præceptione ipsius esse. Fieri. n. nequit ut quod est vnquam sciamus, si ignoremus si est.

Habemus autem si est nonnunquam per accidens, non nunquam aliquid habentes ipsius rei, veluti tonitruum esse scimus, habentes sonum quendam nubium esse: & defectiōnem lucis esse quendam priuationem: hominem item quoddam animal esse, & animam etiam id esse, quod ipsum se motu ciet.

¶ Et dicit quod rem aliquam esse possumus scire absque eo quod sciamus perfecte quid est dupliciter. Vno modo, secundū quod cognoscimus aliquod accidens eius: puta si per velocitatem motus existimemus leporem esse. Alio modo, per hoc quod cognoscimus aliquid de essentia eius, quod quidem est possibile

Tex. c. 2. 2. Lec. 11.

possibile in substantiis compositis: ut puta si comprehendamus hominem esse per hoc quod est rationale, nodum cognitis aliis quæ complent essentiam hominis. In substantiis vero simplicibus hoc non contingit: quia non potest cognosci aliquid de substantia simplicis rei, nisi tota cognoscatur: ut patet in 9. Metaphy. Oportet autem quod qui cognoscit aliquid esse, quod per aliquid rei illud cognoscit: & hoc vel est aliquid præter essentiam rei, vel aliquid de essentia ipsius. Et de hoc ponit exemplum, puta si cognoscamus tonitruū esse propter hoc, quia percipimus quendam sonum in nubibus, quod quidem pertinet ad essentiam tonitruū, non tamen est tota tonitruū essentia, quia non omnis sonus nubium est tonitruum. Et similiter si cognoscamus defectum, id est eclipsum solis, vel lunæ eē per hoc, quod est quædam priuatio luminis, cum tamen non omnis priuatio luminis sit eclipus. Et eadem ratio est, si aliquis præcipiat hominem esse propter hoc, quod est quoddam animal, vel si percipiat animam esse, propter hoc, quod est aliquid seipsum mouens. Tertium ponit ibi. ¶ Et dicit quod illa de quibus scimus quia sunt per aliquod accidens ipsorum, nullo modo per hoc se habent ad hoc quod cognoscamus de ipsis quid est, quia nec etiam per huiusmodi accidens vere scimus ea esse. Scimus quidem esse eorum accidentia, sed quia accidentia non sunt ipsæ res, non propter hoc vere scimus ipsas res esse. Vanum autem est quæres quid est, si aliquis nesciat quia est, sed illa, de quibus scimus ea esse per aliquid ipsorum, facilius possunt cognosci a nobis quid sunt. Vnde manifestum est, quod sicut nos habemus ad cognoscendum quia est aliquid, ita nos habemus ad cognoscendum quid est. Deinde cum dicit. ¶ Manifestat propositum secundū præmissa, & dicit quod in his, quæ scimus esse per hoc quod cognoscimus aliquid essentia eius, accipiamus primo tale exemplum. Sit defectus id est eclipus in quo A, quæ est maior extremitas, luna in quo C,

quæ est minor extremitas, oppositio terræ directa inter lunam & solem in quo B, quod est medium. Idem igitur est quæres utrum deficiat luna vel non, & quæres utrum sit vel non, nihil differt, quam quæres si est aliqua ratio ipsius defectus. Nam B, id est oppositio terræ est ratio defectus lunæ, & si sit oppositio terræ, etiam tunc dicimus esse scilicet defectum lunæ, aut non. Similiter si quæramus quæ sit ratio contradictionis, utrum scilicet in habendo duos reos vel non habendo sit contradictio. Cum autem inueniamus esse id quod quærimus, puta esse defectum, simul scimus quia, & propter quid, si inueniatur propositum per medium debitū quod est causa. Si vero non, sed per aliquod extrinsecum, scimus quia, sed non propter quid, puta si sit luna C & defectus A accipiamus pro medio quod est B, hoc est quod luna non potest facere vmbra aliquo nostro medio non existente, sicut sit plenilunium. Luna enim quandoque que non deficit, facit vmbra interpositio aliquo corpore, sed hoc quod est non potest facere vmbra nisi si aliquis nostrū existat in medio, non est causa defectus, sed potius effectus. Si ergo B prædicetur de C, quia scilicet luna potest in plenilunio facere vmbra aliquo nostro medio existente, & iterum si in hoc medio sit A, id est si accipiatur quod quando hoc accidit luna deficit, manifestum erit lunam deficere: sed propter quid luna deficit, manifestum erit manifestum: & similiter scimus quia est defectus, sed nesciamus quid est defectus. Quando autem manifestum est quod A est in C, id est quod luna deficit sicut in prædicto exemplo, nescitur propter quid est, nec scitur quid est: tunc quæres propter quid est: nihil enim aliud est quæm quæres quod est, puta si quæramus quare deficit luna, utrum deficiat propter hoc quod obicitur terra in medio

¶ Sed quæcunque quidem secundum accidens scimus quia sunt necesse nullo modo habere se ad quid est. Neque enim scimus quia sunt. Quæres autem quid est, non habentes quia est, nihil quæres est. Sed cum habemus quia est, quid est facile est quæres. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus ad id, quodquid est.

¶ Quorum igitur habemus aliquid ipsius quodquid est, primū quidem sit defectus in quo A, luna in quo C, oppositio terræ in quo B. Vtrum quidem igitur deficit, aut non B, quæres est vtrum est, aut non. Hoc autem nihil differt quæres, quam si est ratio ipsius: & si sit hoc, & illud dicimus esse. Aut qualis contradictionis est ratio? vtrum habendi duos reos, aut non habendi? Cum autem inueniamus simul quia & propter quid est, scimus si per media sit. Si vero non quia, propter quid autem non. Sit igitur luna C, defectus A lunam plenam, vmbra non posse facere, nullo nostro medio existente manifesto in quo B. Si igitur in C est B, quod est lunam non posse facere vmbra, cum nullus nostrum medius sit, in hoc autem A quod est deficere, quia deficit quidem manifestum est, sed propter quid nondum, & quia defectus est quid scimus, quid autem est nescimus. Cum manifestum autem est, quia A in C sit, sed propter quid est quæres B, est quæres quid est, vtrum si obiectio, aut conuersio lunæ, aut extinctio. Hæc autem est ratio alterius termini, ut in his, quæ sunt ipsius A est enim defectus obiectio. Quid est tonitruum? ignis extinctio in nube. Sit nubes C tonitruum A, extinctio ignis B. In C igitur nubes est B, extinguitur enim in ipsa ignis: hoc autem est sonus, & est B ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliquid medium sit, ex reliquis erit rationibus.

¶ Quæ igitur per accidens esse scimus, necesse est ad eorum percipiendum quid est nullo modo nos quicquā habere. Neque enim illa esse scimus. Atque quæres quid est non habentes esse, perinde atque est si nihil profusus quæretur. Quorum autem habemus aliquid eorum quid est, facilius percipere possumus. Quapropter ut habemus ipsum esse, sic et ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi. Quarum igitur rerum aliquid habemus ipsius quid est, earum hæc sint exempla. Sit defectus eo in loco quo ipsum est A luna in eo quo ipsum est C, interpositio vel obiectio terræ in quo est ipsa posita B. Quæres igitur vtrum luna deficiat, an non deficiat nil aliud est, quam ipsum B quæres si sit, necne. At id ipsum nil ab hac quæstione differre videtur, sit ne ratio eius. Quæ si sit & illud dicimus esse. Vel quæretur vtrum partium contradictionis sit ratio, vtrum habedi duobus reos æquales, an non habendi. Quod cum inuenierimus, & esse simul, & propter quid scimus, (si modo sit medium.) Quod si non sit, esse quidem scimus: propter quid autem nescimus. Atque id ipsum hoc exemplo patefieri potest. Sit namque C luna, A defectio, B non posse, cum est tota referta lumine, vmbra efficere intercedere manifesto corpore nullo. Si igitur B quidem ipsi C in sit, A vero competat ipsi B, lunam quidem deficere notum sit nobis: cur autem deficit nondum est notum. Atque defectio nem quid est esse scimus, sed quid est defectio nescimus. Atque cum A quid est ipsi in esse C patet, quæritur autem propter quid inest, nil aliud tum quæritur quæ quid. Nam sit ipsum B utrum obiectio terræ, an conuersio lunæ an lucis eius extinctio. Hoc autem alterius extremi ratio est ut hoc in exemplo ipsius A. Est enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruū est? extinctio ignis in nube, propter quid tonat? quis ignis in nube extinguitur. Nubes sit C, tonitruum A, ignis extinctio B. Igitur ipsi C, nubi in qua B ipsum inest: extinguitur, n. ignis in nube. At huic A ipsum inest tonitruū seu sonus. Atque B ratio ipsius est A, primi inquam extremi. Quæ si rursus huius aliquid mediū sit, id ex hisce rationibus erit, quæ restant.

inter solem & lunam, vel hoc fiat per conuersionē lunæ, ut tunc verteratur versus nos superficies lunæ quæ est tenebrosa, ut quiddam dixerunt, vel etiam inter extinguatur in aliquo humido. Quæres

inter solem & lunam, vel hoc fiat per conuersionē lunæ, ut tunc verteratur versus nos superficies lunæ quæ est tenebrosa, ut quiddam dixerunt, vel etiam inter extinguatur in aliquo humido. Quæres

Quære autem, verum propter aliquam harum causarum fiat defectus lunæ: nihil est aliud quam quære vtrum defectus lunæ sit obiectio terræ, aut conuersio lunæ, aut extinctio luminis eius. Et hoc medium est ratio alterius extremitatis sicut in præmissis exemplis est ratio ipsius A, quod est maior extremitas, quia defectus lunæ nihil est aliud, quam obiectio facta lunari lumini a terra. Ponit etiam aliud exemplum: ut si quæramus quid est tonitruum? & dicamus secundum opinionem Anaxagoræ, & Empedoclis, quod est extinctio ignis in nube. Secundo vero opinionem eius in secundo Meteororum, tonitruum fit ex percussura exhalationis sicæ in frigiditate ad nubes. Vtrique autem multoties in exemplis opinionibus aliorum. Si ergo secundum prædictam opinionem quærat, propter quid tonat? respondetur, propter hoc quod extinguitur ignis in nube. Sic igitur nubes C quæ est minor extremitas, tonitruum autem A, quod est maior extremitas, extinctio ignis sit B, quod est medium. Syllogizet ergo sic. In C est B, id est in nube est extinctio ignis, sed omnis extinctio ignis est sonus tonitruum. Et sic patet quod accipiendum propter quid, per demonstrationem, accipimus quid est, quia ipsum medium ostendens propter quid, est ratio diffinitiva primi termini, id est maioris extremitatis. Sed si oporteat accipere aliquod aliud medium ad hoc demonstrandum, hoc assumetur ex reliquis rationibus, id est ex diffinitione minoris extremitatis: & aliarum causarum extrinsecarum. Cum enim subiectum sit causa passionis: necesse est quod diffinitio passionis demonstretur per diffinitionem subiecti. Et hoc patet in exemplo proposito. Quia enim luna est corpus natum sic moueri, ideo necesse est quod obiciatur certo tempore terra inter solem & ipsam. Deinde cum dicitur.

g Quomodo quidem igitur accipitur quod est, & fit notum, dictum est: quare syllogismus quid est ipsi quod est non fit, neque demonstratio, manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere quod est, cuius est causa aliqua, neque est demonstratio ipsius, sicut & in oppositionibus diximus.

LECTIO VIII.

ST autem quorundam quidam quædam altera causa, quorundam autem non est. Diffinitiones quidem secundum species factæ nullum habent medium, quo demonstratur, sed diffinitiones secundum materiam factæ prætere habere medium. Quare manifestum est quoniam eorum, quæ sunt quod est, alia quædam sine medio, & principia sunt quæ & esse, & quæ sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta facere, quod vere arithmeticus facit, & namque quod est unitas supponit, & quæ est: sed habetium medium, quorum est quædam altera causa, subiectiæ, & ipsius esse, est per demonstrationem, (sicut dictum est.) ostendere: non quod quod est demonstrantes.

b Diffinitio autem quoniam quidem dicitur ratio ipsius quod-

LECTIO VIII.

Ostendam Philosophus ostendit quod in quibusdam per demonstrationem accipitur quod quidem est: hic ostendit quod hoc non est possibile in omnibus. Et ad hoc ostendendum præsupponit quod quorundam est quædam altera causa, quorundam autem non. Quia igitur quod quod est accipitur per demonstrationem, cuius medium est causa, manifestum est quod sunt quædam, quorum quod quidem est oportet accipere sicut quoddam immediatum principium, ita quod oportet

supponere de tali re & esse & quod est, vel manifestare aliquo alio modo quod per demonstrationem, puta per effectum, vel per simile, vel aliquo tali modo. Est autem considerandum quod hoc quod dicitur quorundam non esse aliam causam, potest intelligi tripliciter. Vno modo quod simpliciter & absolute causam non habet sui esse.

Quo igitur pacto sumitur ipsum quod est, & fit notum, satis iam diximus. Quare ratiocinatio quidem ipsius quid est, demonstratioque non fit, per ratiocinationem tamen innotescit & demonstrationem. Quocirca neque sine demonstratione fieri potest, ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neque rursus ipsius est demonstratio: ut in dubitationibus etiam diximus.

LECTIO VIII.

ST autem quorundam quidam dem alia quædam causa, quorundam autem non est. Quare patet ut ipsorum quid est quædam vacare medio principiaque esse. Quæ quidem est esse, & quid sunt supponere: vel alio modo facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nam quod quid sit unitas, & unitatem esse supponit. eorum autem, quæ medium habent, & quorum est aliqua causa, alia a substantia, sit, ut per demonstrationem ipsum quid est (ut diximus) declaratur, non demonstratur.

Cum autem diffinitio dicatur esse ratio ipsius quid est, patet quantum-

modo causa diffinitionis, quæ sumitur a causa agente. Vt rursus autem non est procedere in generibus causarum, unde dicitur quod finis est causa causarum. Potest tamen in linguis causarum generibus fieri demonstratio a posterioribus ad priora, sed diffinitiones vel demonstrationes debent dari per causas primas. Et secundum hunc sensum, in quibusdam libris interponitur quod diffinitiones secundum speciem factæ, nullum habent medium, quo demonstrantur: diffinitiones autem secundum materiam factæ, possunt habere medium: quia scilicet diffinitiones quæ dantur secundum causam meram materiale m, possunt demonstrari per diffinitionem quæ datur secundum causam formalem. Diffinitio autem quæ datur secundum causam formalem non potest ulterius demonstrari per aliquod principium intrinsecum rei, quod proprie pertinet ad quod quidem est, ut pote intrinsecam tiam rei. Sed & si demonstratur per causam efficientem & finalem, dicendum erit, quod semper causa superior se habet ut formalis respectu inferioris. Prædicta tamen verba non habentur in libris græcis. Vnde magis videtur esse glossa quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus. Tertio modo potest intelligi in quantum aliqua sunt, quæ non habent causam in genere subiecto alicuius scientiæ: sicut in genere numeri, de quo est arithmetica, est deuenire ad unitatem eius. In hoc enim genere non est accipere aliud principium. Et hic sensus concordat exemplo, quod philosophus subiungit dicens, quod arithmeticus supponit quid est unitas, & quia est. Et sicut illa, quorum non est alia causa, ita etiam illa, quæ possunt habere medium, & quorum est altera causa potest manifestari quod quidem est: ita tamen quod non demonstratur ipsum quod quidem est, sed magis ut medium demonstrationis quod quidem est accipitur. Deinde cum dicitur b Ostendo qualiter se habet quod quidem est ad demonstrationem, ostendit quomodo se habet diffinitio. Et circa hoc duo dicuntur.

T. com. Lec. 5. vltim. Phyl. Lec. 5. vlt.

Tex. 5. Lec. 5. exp. 1.

Lo. preced.

Primo ostendit qualiter diffinitio se habeat ad demonstrationem. Secundo manifestat quod dixerat per exemplum: ibi & differt enim dicere propter quid. & Circa primum tria facta sunt. Primo, proponit vnum modum diffinitionis significantis quid est. Secundo, proponit alium modum diffinitionis significantis quid est: ibi & alia vero terminus? Tertio ostendit, quod qualiter se habeat vtrique diffinitio ad demonstrationem: ibi & Quare prima quidem. & Circa primum supponit primo, quod diffinitio sit ratio significatiua illius quod quidem est. Si autem potest haberi aliqua ratio rei quæ diffinitio, impossibile esset quod sciremus aliquam rem esse, quin sciremus de ea quid est, quia impossibile est quod sciamus aliquam rem esse, nisi per aliquam illius rei rationem. De eo enim quod est nobis pœnitens ignotum, non possumus scire si est, aut non. Inuenitur autem aliqua alia ratio præter diffinitionem: quæ quidem vel est ratio expositiua significantis nominis nominis, vel est ratio ipsius rei nominata, altera tamen a diffinitione: quia non significat quid est, sicut diffinitio, sed forte aliquod accidens. Sicut forte inuenitur aliqua ratio, quæ exponit, quid significat hoc nomen triangulus: & per huiusmodi rationem habentes quia est, adhuc quæramus propter quid est, ut sic accipiamus quod quid est. Sed sicut supra dictum est, hoc est difficile accipere in illis, in quibus nescimus an sit. Et huiusmodi difficultatis causa superior est assignata, quia scilicet, quædo nescimus rem esse per aliquid rei, non absolute sciamus si est, vel non, sed solum secundum accidens, ut supra expositum est. Ad distinguendum autem rationem significantem quidem est ab aliis, subiungit quod dupliciter aliqua ratio potest dici vna. Quædam enim est vna, sola coniunctione, per quem modum etiam habet unitatem illas, id est poema de historia troiana. Et per hunc etiam modum dicitur esse vna ratio, quæ est expositiua nominis, vel manifestatiua ipsius rei nominatæ per aliquam accidentia, ut si dicitur, quod homo est animal risibile susceptibile disciplinæ. Alia vero ratio est vna, in quantum simpliciter significat vnum de vna re, cuius ratio est, & hoc non secundum accidens. Et talis ratio est diffinitio significans quidem est: quia essentia cuiuslibet

quidem est, manifestum est, quoniam aliqua ratio ipsius quod quidem est significat nomen: aut erit ratio altera nomina ponens, ut quidem significans quidem est secundum quod triangulus est: quod vero habentes, quia est, quæramus propter quid est. Difficile autem est sic accipere quæ non scimus, quia sunt. Causa autem prius dicta est difficultatis, quia neque si est, neque si non, scimus, sed aut secundum accidens. Ratio autem vna est duplex, hæc quidem coniunctio est, ut quæ est illas, alia vero vnum de vno ostendens non secundum accidens. Ratio autem vna quidem igitur terminus est termini quæ dicta est.

c Alia vero terminus est, demonstrans propter quid est.

d Quare prima quidem significat quod quidem est, demonstrat autem non. Quæ vero posterius est, manifestum est quoniam erit ut demonstratio eius quod quidem est, positione differens a diffinitione.

e Differt enim dicere propter quid tonat, & quod est tonitruum. Dicit enim si quidem propter id, quod extinguitur ignis in nubibus, quid autem tonitruum est? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem ratio alio modo dicitur. Et sic quidem demonstratio continua, sic autem diffinitio. Amplius est terminus, continuus sonus in nubibus. Hoc autem est, quæ est ipsius quid est demonstrationis conclusio.

f Immediatorum autem diffinitio positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Vna vero syllogismus ipsius quid est, casu differens a demonstratione. Tertium autem est, quæ est ipsius quid est conclusio.

A rei est vna. Sic ergo concludit quod illa, quæ dicta est, est vna diffinitio diffinitionis. s. quod diffinitio est ratio ipsius quod quidem est. Deinde cum dicitur.

c Ponit alium modum diffinitionis, & dicit, quod alia diffinitio diffinitionis est, ut sit ratio manifestans per quid.

d Ostendit quomodo utraq; diffinitio se habeat ad demonstrationem, concludens ex præmissis quod prima diffinitio solum significat quod quidem est, sed non demonstrat ipsum. Secunda vero diffinitio est quasi demonstratio quædam ipsius quod quidem est: & non differt a demonstratione nisi sola positione, id est ordine terminorum & propositionum. Deinde cum dicitur.

e Manifestat quod dixerat per exempla. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat per exempla, quæ dicta sunt. Secundo colligit ex præmissis diuersitatem diffinitionum: ibi & Immediatorum autem diffinitio. & Dicit ergo primo, quod differt dicere propter quid tonat, & quid est tonitruum: quia secundum opinionem illorum, qui dicunt quod extinctio ignis in nube est causa tonitruum, dicit aliquis propter quid: cum dicit tonitruum esse propter hoc, quod ignis extinguitur in nube. Ille autem dicit quid est tonitruum, qui dicit, quod sonus ignis extincti in nubibus. Vtrum autem horum significat eandem rationem, sed per alium modum. Nam cum dicit tonat propter hoc, quod extinguitur ignis in nube, significatur per modum demonstrationis continuæ id est, non diffinitæ per diuersas propositiones, accipiunt tamen continuæ omnes termini demonstrationis. Cum autem dicitur, quod tonitruum est sonus extincti ignis in nubibus, significatur per modum diffinitionis. Sed si dicamus quod tonitruum est sonus in nubibus, nulla mentione facta de extinctione ignis: erit diffinitio significans quid est, & erit solum demonstrationis conclusio. Deinde cum dicitur.

f Colligit ex præmissis, quot sunt modi diffinitionum per respectum ad demonstrationem. Et primo resumit quoddam quod supra dixerat, quod eorum, quæ non habent causam, diffinitiones sunt accipiendæ, sicut quædam immediata principia. Et ideo dicit hic, quod diffinitio immediatorum, id est rerum non habentium

Tex. cō. 10.

habentibus causas, est sicut quaedam indemonstrabilis positio eius quae quidem est. Ex hoc concluditur quod triplex est genus definitionis per comparationem ad demonstrationem. Quaedam enim est definitio, quae est indemonstrabilis ratio eius quae quidem est. Haec est illa, quam dixerat esse immediatam. Alia autem definitio est, quae est quasi quidam syllogismus demonstrationis eius quod quidem est, et non differt a demonstratione nisi casualiter. In diuersam acceptionem & positionem dictionum: ut cum dicitur: tonitruum est sonus extincti ignis in nubibus. Tertia autem definitio est quae sonum est significatiua ipsius quae quidem est, & est conclusio demonstrationis. Deinde cum dicitur: Epilogat quae dicta sunt, & dicit manifestum esse ex praedictis, per quae modum est demonstratio ipsius quae quidem est, & per quae modum non: quae scilicet potest accipi ex ipsa demonstratione, non autem potest demonstrari. Dicitur est etiam in quibus possit esse demonstratio eius quae quidem est, in modum praedictum, quia in habentibus causam, & in quibus non: quia in non habentibus causam. Dicitur est etiam quod modis dicitur definitio: quae quidem est significatiua quae quidem est: quaedam autem etiam manifestat propter quid. Dicitur est etiam, quod quidem est demonstratur, inquantum significatur per definitionem significatiuae solae quod quidem est, & quod non demonstratur, inquantum significatiuae definitionem accipitur non solum quid, sed etiam propter quid. Dicitur est etiam, quod definitio se habeat diuersimode ad demonstrationem, & quod contingat quod eiusdem sit demonstratio & definitio, & quomodo hoc non contingat.

LECTIO IX.

Voniã autem scire opinamur, cum scimus causam, causae autem quatuor sunt, una quidem quod quid erat esse, una vero, cum haec sit, necesse est hoc esse, altera autem aliquid primo mouet, quarta vero, causa cuius, omnes haec per medium monstrantur.

Et hoc enim. quod cum sit, hoc necesse est esse, una quidem propositio, accepta non est, duas autem ad minus. Hoc autem est cum vnum medium habeat. Hoc igitur vno accepto, conclusionem necesse est esse.

Manifestum autem est & sic, propter quod recta in medio circulo, quo existente recta est? Sit igitur recta in quo A, duorum rectorum in quo B, quae est in medio circulo in quo C. A igitur rectam esse in C, quae est in medio circulo causa, B est, hoc enim ipsi A, aequale est, quod vero est C ipsi B, duorum enim rectorum medium est. Existente igitur B medio duorum rectorum A, in C est, hoc autem erat in semicirculo recta esse. Huic autem idem est quod quid erat esse, cum hoc significet ratione.

OSTIAM quam Philosophus ostendit, qualiter ipsum quidem esse habeat ad demonstrationem, hic ostendit, quomodo ad demonstrationem se habeat propter quid, quod significat causam. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo causae assumatur in demonstratione. secundo quomodo diuersimode in diuersis rebus, ibi { Eadem autem causa est. } Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo manifestat propositum, ibi { Et hoc enim existente. } Dicit ergo primo, quod quia scire opinamur, cum sciamus causam, ut in primo habitum est, demonstratio autem est syllogismus faciens scire, ita consequens est, quod medium demonstrationis sit causa. Sunt autem quatuor genera causarum, ut in secundo Physicorum & in 5. Metaph. plinius manifestatur, quarum una est quod quid erat esse, id est causa formalis, quae est completiua essentiae rei: Alia autem est cau-

sa, qua posita necesse est causarum poni, & haec est causa materialis, quia ea, quae sequuntur ex necessitate materiae, sunt necessaria absolute, ut habetur in secundo Physicorum. Tertia autem causa est, quae est principium motus, id est causa efficiens. Quarta causa est, cuius gratia fit aliquid, scilicet causa finalis. Et ita patet quod per medium demonstratio nis omnes haec causae manifestantur, quia quaelibet harum causarum potest accipi ut medium demonstrationis. Deinde cum dicitur: Manifestat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quomodo diuersae causae sumuntur ut medium demonstrationis in diuersis rebus. secundo ostendit, quod vnius & eiusdem rei possunt esse diuersae causae, ibi { Contingit autem ibidem. } Circa primum quatuor facit. Primo, manifestat quomodo causa materialis accipitur in demonstratione. Secundo, manifestat quomodo causa efficiens, quae attingit circumferentiam circuli in puncto B a quo ducuntur duae lineae ad duo puncta A & C: dico ergo, quod angulus A B C, cadens in semicirculo, est rectus. Probatio. Triangulus B D C habet tres angulos aequales duobus rectis: sed angulus ei B D C est rectus, quia linea B D est perpendicularis, ergo duo alii anguli scilicet D B C & B C D sunt aequales vni recto. Sed hi duo anguli sunt aequales, eo quod duae lineae D B & D C sunt aequales, quia contrahuntur a centro ad circumferentiam, relinquuntur ergo quod angulus D B C, sit media pars recti anguli. Pari quoque modo probatur, quod angulus A B D, sit media pars recti. Ergo totus angulus A B C D est rectus.

LECTIO IX.

Vm autem tum arbitremur scire, cum cognoscimus causam: quatuor vero causae sunt, una quidem quidditas, alia autem, quae cum sit, hoc esse necesse est, & tertia, quae primum mouet, & quarta, gratia cuius cetera sunt, omnes haec per demonstrationis medium ostenduntur.

Nam id, quod cum sit, necesse est hoc esse, non est vna propositione sumpta, sed saltem duabus. Hoc autem est cum vnum medium habeat. Hoc igitur vno sumpto necesse est conclusionem esse.

Patet autem & hoc pacto. Cur rectus is angulus est, qui in semicirculo designatur, quid cum sit, rectus est ille? Sit itaque rectus A, dimidium duorum rectorum B, angulus denique, qui est in semicirculo designatus C. Ut igitur A. i. rectus competat ipsi C. i. angulo, qui est in semicirculo designatus, causa est ipsum B. Nam duorum quidem rectorum dimidium aequale est ipsi A. Ipsum autem C aequale est ipsi B. Angulus enim in semicirculo designatus duorum rectorum dimidium sit. A competit ipsi C quae quidem est rectus cum angulo est, quae est in semicirculo designatus. Quidditas autem est id quae hoc ex eo sane quia hoc significat ipsa ratio.


ex necessitate sequitur conclusio necessaria. Pura, si dicamus, omne compositum ex contrariis est corruptibile: lapis est huiusmodi, ergo &c. Oportet autem accipere duas propositiones, non solum propter exigentiam formae syllogisticae, sed etiam quia non omnia, quae sunt ex materia, habent ex materia necessitatem, ut probatur in secundo Physicorum. Et ideo praeter propositionem in qua sumitur hoc habere talem materiam, oportet quod sumatur alia propositio quae declaret quod ex tali materia aliquid ex necessitate sequatur. Deinde cum dicitur: c. Proponit exemplum in mathematicis. Nec est contra id, quod dicitur in tertio Metaph. quod mathematica scientia non demonstrant per causam materialem. Mathematica enim abstracta quidem a materia sensibili, non autem a materia intelligibili

Tex. co. 2. eccl. 1.

Tex. co. 3. eccl. 5.

gibili, ut dicitur in 6. Metaph. quae quidem materia intelligibilis consideratur, secundum quod aliquid diuisibile accipitur vel in numeris vel in continuis. Et ideo quodcumque in mathematicis aliquid demonstratur de toto per partes, videtur esse demonstratio per causam materialem: partes enim se habent ad totum secundum rationem materiae, ut habetur in secundo Phys. Et quia materia magis proprie dicitur in sensibilibus, propter hoc non luit eam nominare causam materialem, sed causam necessitatis. Ad euentiam autem exemplum quod in littera proponitur, sciendum est, quod omnis triangulus cadens in semicirculo est rectus, ut probatur in tertio Euclidis. Est autem probatio talis. Sit semicirculus A B C, corda autem eius, quae est diameter circuli, diuidatur in puncto D, quod est centrum circuli. Erigatur ergo super punctum D, linea perpendicularis, quae attingat circumferentiam circuli in puncto B a quo ducuntur duae lineae ad duo puncta A & C: dico ergo, quod angulus A B C, cadens in semicirculo, est rectus. Probatio. Triangulus B D C habet tres angulos aequales duobus rectis: sed angulus ei B D C est rectus, quia linea B D est perpendicularis, ergo duo alii anguli scilicet D B C & B C D sunt aequales vni recto. Sed hi duo anguli sunt aequales, eo quod duae lineae D B & D C sunt aequales, quia contrahuntur a centro ad circumferentiam, relinquuntur ergo quod angulus D B C, sit media pars recti anguli. Pari quoque modo probatur, quod angulus A B D, sit media pars recti. Ergo totus angulus A B C D est rectus.

At vero & ipsius quod quid erat esse, causa monstrata est media. Propter quid autem Mædorum bellum factum est Atheniensibus? quae causa est praeteriari Atheniensibus? quoniam in Sardos commiserunt. Propter hoc enim motum est primum. Sit bellum in quo A: prius committit B. Atheniensibus C. Est igitur B in C prius est committere Atheniensibus, A autem in B debellari enim prius iniustus. Et itaque in B A debellari prius incipientes, B autem prius in Atheniensibus, prius enim inciperunt. Medium itaque hic causa est primum mouens. Quorumcumque autem causa est propter aliquid, ut propter quid ambulat? ut sanus fiat, & propter quid facta est domus? ut saluet vasa. Hoc ergo vbi sanetur, illud vero propter id quod saluet, propter quod post cenam oportet ambulare, & cuius gratia oportet, nihil differt. Ambulare post cenam in quo C: non eminare cibos in quo B: sanari in quo A. Sit igitur in eo quod post cenam ambulat esse facere non supereminere cibos iuxta os ventris, & hoc esse sanum. Videtur enim inesse ipsi ambulare quod est C B, quod est non eminare cibos, in hoc autem A quod sanarium est. Quae igitur causa est in C quod A sit propter quid, est B non eminare cibos. Hoc autem est sicut illius ratio. A enim sic de-



Hac ergo probatione videtur hic Philosophus dicere, quod manifestum est per hunc modum, quod est recta quae in semicirculo, id est rectus angulus, qui cadit in semicirculo, dum ac-

Tex. co. 1. eccl. 1. 1. 1. 1.

Tex. co. 1. eccl. 1. 1. 1. 1.

capit illud, quo existere, sequitur quod sit rectus. Sit ergo rectus angulus in quo A, quod est maior extremitas, medietas duorum angulorum sit medius in quo B, angulus cadens in semicirculo sit minor extremitas in quo est C. Hoc ergo, quod est A esse in C, id est quod angulus in semicirculo sit rectus, causa est. scilicet quod angulus in semicirculo est medius duorum rectorum. Hoc enim medium est aequale per conversionem ipsi A, & ipsi C, & simili modo aequale ipsi B. Nam B est esse medietatem duorum angulorum rectorum. Hoc ergo existente, necesse est quod A sit in C, quod nihil aliud est quam angulum semicirculi esse rectum. Subiugit autem hic quod modus demonstrationis potest etiam ad formalem causam pertinere, quomodo nominauerat quod erat esse, eo quod esse medium duorum rectorum, potest accipi, ut ratio significans quod quid est recti anguli. Deinde cum dicitur: Remittit ad praemissa, & dicit quod in superioribus monstratum est, quomodo causa formalis, quae est, quod erat esse, pertinet ad medium demonstrationis. Deinde cum dicitur: Ponit exemplum de causa mouente tanquam quandam graecam hyfortiam, videlicet, quod Atheniensibus quondam adiunctis sibi quibusdam alijs graeci inuaserunt Sardenses, qui erant subiecti regi Mædorum, & ideo Mædi inuaserunt Atheniensibus. Dicit ergo primo, quod quae potest propter quid bellum modo dum factum est cum Atheniensibus, & hoc propter quid est causa quare Atheniensibus impugnat sunt a Mædis, quia scilicet simul cum quidam alijs, scilicet eritris fecerunt insultum in Sardes. Hoc enim est quod fuit motuum belli. Sit ergo bellum in quo A: quod est maior extremitas: quod prius insultum fecerunt sit B, id est medium, sed Atheniensibus sit C, id est minor extremitas. Ergo B est in C, inquantum. Atheniensibus convenit quod priores fecerunt insultum. A autem est in B, quia scilicet illi, qui prius alijs iniustitiam intulerunt sunt debellati. Sic ergo A est in B inquantum debellatur illi, qui prius inceperunt. Hoc autem scilicet B, quod est medium pertinet ad Atheniensibus, qui prius bellum inceperunt. Et sic patet quod hic accipitur quasi medium causa, quae primo mouit. Deinde cum dicitur: Manifestat idem in causa finali. Et circa hoc duo facit. Primo proponit exemplum in causa finali. Secundo ostendit differentiam inter causam finalem, & causam, quae est principium motus, ibi { Generationes autem contrario. } Dicit ergo primo, quod similiter se habet cum praedictis in quibuscumque accipitur, quod causa finis, cuius causa sit aliquid. Pura si dicamus propter quid aliquid ambulat post cenam? ut scilicet fiat sanus, & iterum propter quid est domus? ad hoc ut scilicet uasa, id est suppellectilia hominis

Tex. co. 11.

Le. 4. t. ex. 2. 4. Phy. t. co. 2. 8. 29. & 30. lec. 5. Met. t. co. 2. lec. 2.

hominis saluentur, idest conferentur. Sic ergo hoc scilicet, ambulatio post cenam fit gratia sanandi, hoc autem scilicet, edificatio domus est gratia seruandi supellecilia. Sic ergo nihil differt dicere, propter quid oportet post cenam ambulare, & cuius gratia hoc oporteat. Sit ergo ambulare post cenam in quo C minor extremitas, sed non emineat re cibos in ore stomachi sit medium in quo est B: sanari vero sit maior extremitas in quo est A. Sit ergo B in C, quia ambulatio post cenam facit vt non emineant cibi in ore stomachi, & propter hoc prouenit sanitas qd est A. esse in B. Videtur enim qd ipsi ambulare quod est C in sit B, quod est non eminare cibos in ore stomachi. Ad hoc autem sequitur A quod est esse sanatum. Sic ergo patet quod B, scilicet non eminare cibos in ore stomachi est causa quare C est A, idest quare ambulare post cenam sit sanatum, & hoc scilicet non eminare cibos in ore stomachi est ratio eius quod est esse sanatum. A enim, idest esse sanatum sic assignatur & notificatur. Quod autem A sit in C est B propter quid, quia scilicet sic se habere vt non emineant cibi in ore stomachi est sanari. Et ad hoc qd singula sunt magis manifesta, oportet transumere rationes, vt scilicet accipiat medium quasi ratio maioris extremitatis, sicut in praemisso exemplo apparet. Deinde cum dicitur. g ¶ Ostendit, quomodo diuersimode se habet, & in causa, quae est principium motus. Contrario enim modo se habet in via generationis causa finalis, & causa quae est principium motus. Nam, scilicet in demonstratione, quae sumitur per causam, quae est principium motus, oportet medium principium fieri, idest esse principium in via generationis, sicut prius fuit, quod Athenienses insultum fecerunt in Sardenfes, quam quod impugnantur a Moedis. Sed hic in demonstratione, quae fit per causam finalem, accipitur sicut primum in via generationis ipsum C, quod est minor extremitas, & vltimum causatum causa finalis. Vltimum etiam in via generationis est finis, cuius gratia est aliquid. Manifestum est autem quod primo aliquid ambulat post cenam, ex hoc sequitur qd cibi non emineant in ore stomachi, & ex hoc vltimo sequitur sanitas hois quae est principalis finis. Deinde cum dicitur. h ¶ Ostendit, quomodo ad eundem effectum possunt accipi plures praedicatarum causarum. Et circa hoc duo facit. Primo, manifestat plures causas esse eiusdem. Secundo, ostendit in quibus habeat locum quod dictum est, ibi ¶ Plurima autem huiusmodi sunt. ¶ Dicit ergo primo quod contingit vnum & eundem effectum esse propter aliquem finem suae gratia cuius, & ex necessitate alicuius prioris causae, sicut hoc quod est lumen apparere per pellem lucernae, ex necessitate prouenit. Necessesse enim quod

corpus minorum partium transeat per poros maiores. Dicitur autem hoc secundum opinionem ponentium quod lumen sit corpus quoddam subtile, & quod apparentia luminis per diaphanum fiat propter magnitudinem pororum quasi quorundam foraminum. Corpus autem subtile videtur esse paruarum partium. Et quia hoc non est secundum suam opinionem, subiungit quod ex tali necessitate hoc prouenit, si tamen lumen appareat disgregando, idest per egressum partium eius per poros diaphani. Hoc autem, quod est apparere lumen per pellem lucernae, est propter aliquem finem, vt scilicet, ambulantes in nocte beneficio luminis non offendamur. In talibus ergo possibile est dupliciter argumentari. Vno modo a causa praesistente, ut dicam, si esse contingit hoc, & hocent, puta, si lumen impositum est lucernae, sequitur quod diffusum datur per poros pellicis, alio modo a causa posteriori, quae est posterior in fieri, & secundum hoc argumentabitur, quod in fieri contingit hinc vltimum oportet procedere ea per quae peruenitur ad finem. Sicut patet in contrario, qd si est ignis extinctus, necesse est scilicet, idest tunc nare, & facere fremum quendam ignis extincti, & sonum quendam. Et si opinio pithagoricorum est vera, quod tonitruum fiat ad comminandum his qui sunt in tartaro, oportet dicere qd tonitruum fiat ad hoc quod homines qui sunt in tartaro timeant. Deinde cum dicitur. i ¶ Ostendit, in quibus contingat hoc, quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quomodo hoc se habeat in his, quae sunt a natura. Secundo quo se habeat in his, quae sunt a proposito, ibi ¶ In his autem quae sunt. ¶ Tertio, infert quoddam correlatum, ibi ¶ Quare finis bonus. ¶ Dicit ergo primo quod plurima huiusmodi, quae scilicet, sunt ex necessitate & sunt propter finem, maxime inueniuntur in his, quae subsistunt a natura, & in his, quae sunt per naturam contructa. Natura enim quaedam facit propter finem, quaedam vero facit ex necessitate priorum causarum, quae quidem est duplex. Vna secundum naturam, quae est secundum conditionem materiae, alia secundum causam mouentem, sicut lapis mouetur quidem ex necessitate quandoque sursum, quandoque deorsum, sed non propter idem genus necessitatis, sed deorsum mouetur propter necessitatem naturae, sursum autem propter necessitatem mouentis, i. prouidentis. Deinde cum dicitur. k ¶ Ostendit, quomodo se habeat in his, quae sunt a proposito, & dicit quod in illis, quae sunt per rationem, sicut sunt opera artis, quaedam talia sunt quod nunquam sunt a casu, sicut domus, & statua, nec etiam possunt vnumquod fieri ex necessitate naturae, sed semper sunt propter finem, quae est semper finis a ratione, quae non operatur nisi intendens finem. Quaedam vero

quae possunt quidem fieri a ratione artis, tamen possunt etiam quandoque fieri a fortuna, sicut patet de sanitate, quae quandoque fit per artem medicinam, sed tamen, quia potest prouenire ex aliqua causa naturali, potest contingere quod aliquis sanetur praeter intentionem, sicut si leprosus sanetur ex esu serpentis, quem comedit, & moreret. Et similiter contingit de salute, cum scilicet aliquis intrans domum propter aliquid aliud, liberatur de manu inimicorum quaerentium ipsum. Et hoc maxime contingit in omnibus rebus, in quibus contingit quod aliquid sit & sic & aliter, cum non a fortuna sit, idest contingit eundem effectum non fortuito ex diuersis causis prouenire. Puta, potest est aliquis intrare domum non a fortuna vt saluet a manu hostium, vel vt comedat, vel vt quiescat. Vnde si intendendo vnum eorum, eueniat aliud, erit a fortuna. Sed domus, & statua non sunt nisi propter eadem causas, & ideo talia non contingit fieri a fortuna. Deinde cum dicitur. l ¶ Concludit ex praemissis quod peruenire ad bonum est aut a natura, aut ab arte. Ars enim & natura similiter operatur propter finem, vt habetur in secundo Physicorum. Sed a fortuna non fit aliquid gratia huius. Quod ideo dicitur, quia & si fortuna contingat in his, quae sunt propter aliquid, vt dicitur in secundo Physicorum illud tamen, quod dicitur a fortuna fieri, non est intentum tanquam finis, sed praeter intentionem accidit.

LECTIO X.

ostquam Philosophus ostendit quomodo quatuor genera causarum in demonstratione pro medijs assumuntur, hic ostendit quomodo in diuersis demonstratur aliquid per causam. Est autem circa hoc duplex differentia consideranda. Prima quidem secundum quod causa simul est cum effectu, vel non simul, secundum prout causa producit effectum semper, aut sicut frequenter. Et de hac agit, ibi ¶ Sunt autem quidem quaedam quae sunt vniuersaliter. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo aliquid demonstratur per causam, quae est simul cum eo, cuius est causa. Secundo, quomodo demonstratur aliquid per causam, quae non est simul cum eo, cuius est causa, ibi ¶ In his autem quae non simul. ¶ Circa primum considerandum, quod quia in motu necesse est considerare prius, & posterius, in causis motus est accipere causam, & causatum se habere secundum prius & posterius. Sicut patet quod causa agens naturalis mouendo perducit ad suum effectum. Et sicut per totum motum perducit mobile ad terminum motus, ita per primam partem motus perducitur ad secundum, & sic deinceps. Vnde sicut motus est causa quietis con sequentis, ita pars prima motus est causa subsequentis, & sic

Tex. cō. 12.

Tex. cō. 79. c. 13. Tex. cō. 25. c. 8.

Tex. cō. 12.

Tex. cō. 12.

deinceps. Et hoc indifferenter, siue hoc consideretur in vno mobili, quod mouetur continue a principio vsq; ad finem, siue in diuersis mobilibus, quorum primum mouet secundum, & secundum tertium. Licet simul dum primum mouet, primum motum mouetur, tamen primum remanet mouens postquam desit moueri, quomouente simul mouetur. 2. mobile. Et ita successiue mouetur mobilia, quorum vnum est causa motus alterius, sicut de his quae piiciuntur manifestat Philosophus in 8. Phys. Per huc ergo modum contingit quod causa non est simul cum eo, cuius est causa, in quantum scilicet prima pars motus est causa secundi vel primum motum mouet secundum. Quauis autem motus in suis partibus successione habeat, tamen simul est cum causa mouente. Simul enim dum mouens mouet, mobile mouetur, eo quod motus nihil est aliud quam actus mobilis a mouente, secundum quem mouens dicitur mouere, & mobile moueri. Et multo magis in his, quae sunt extra motum, oportet causam simul esse cum suo causato, siue accipiatur aliquid, vt terminus motus, sicut illa minatio aeris simul est cum solis exortu, siue aliquid accipiat in his, quae sunt penitus immobilia, & causis essentialibus, quae sunt causae ipsius esse. Circa primum ergo duo facit. Primo proponit quod intendit. 2. manifestat propositum per exemplum, ibi ¶ Vt propter quid factus defectus? ¶ Dicit ergo primo, quod quandoque causa est simul cum suo effectu, oportet eandem causam accipere quantum ad hoc, quod est fieri, vel factum esse, & futurum esse, quae accipitur quantum ad hoc quod est esse, quia si causa simul cum suo causato, sicut necesse est quod quando est causa, est effectus, ita necesse est quod quando sit causa, fiat effectus, & quando est facta quod sit factus effectus, & quando est futura sit futurus effectus. Nec est instantia quod dum fit edificator addidendo artem edificatorem nondum fit edificator, cuius ipse est causa per artem edificatorem, quia edificator non nominat causam edificatorem in actu, sed causam in potentia, vel in habitu. Sed edificans nominat causam in actu quam oportet simul esse cum eo, cuius est causa vt dicitur in 2. Phys. Est autem idem quantum ad hoc, quod in omnibus medium est causa. Sed hoc accipiendum est secundum debitam proportionem, vt scilicet ipsum esse causa, proportionetur ipsi esse effectus, & fieri causa fieri causati, & factum esse causa factum esse causati, & futurum esse causa futuro esse causati. Deinde cum dicitur. b ¶ Manifestat quod dixerat per duo exempla, quorum primum est de eclipsi lunae. Dicimus enim quod heri factus est defectus lunae propter hoc, quod heri facta est interpositio terrae inter solem & lunam, & quod nunc fit defectus lunae propter hoc, quod nunc fit talis interpositio terrae, & quod cras fiet defectus

Tex. cō. 28. lect. 22.

Tex. cō. 37. lect. 6.

frustrata est, vt domus, aut effigies, neque ex necessitate sunt, sed propter hoc vero sunt a fortuna, vt sanitas, & salus. Maxime autem in quibuscunque contingit, sic & aliter, cum non a fortuna generatio fit.

Quare si finis sit bonus, ea, quae ad illum consequendum efficiuntur, alicuius gratia sunt, & aut a natura, aut ab arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.

Adem autem causa est in his, quae sunt, & factis, & futuris, quae vera est his, quae sunt. Medium enim causa est in his, quae sunt, quae est: ipsis autem, quae fiunt, quae fit, factis autem facta, & futuris, futura.

Vt propter quod factus est defectus propter id, quod in medio facta est terra. fit autem propter id, quod fit, erit autem & propter id, quod erit in medio, & est propter id, quod est similiter. Et quid est chrystallus? Accipiat igitur quoniam aqua densata est. Aqua C, densata in quo A, causa media in quo B defectus caloris panitus. Est igitur in C quidem B, in hoc autem defatu esse quod est i quo A, fit autem chrystallus cum fiat B, factum est A factum B, erit autem futuro B. Siquidem causa & cuius est causa simul fiunt, cum fiat, & sunt cum sint & in eo quod factum est, & i futuro similiter est.

ostquam Philosophus ostendit quomodo quatuor genera causarum in demonstratione pro medijs assumuntur, hic ostendit quomodo in diuersis demonstratur aliquid per causam. Est autem circa hoc duplex differentia consideranda. Prima quidem secundum quod causa simul est cum effectu, vel non simul, secundum prout causa producit effectum semper, aut sicut frequenter. Et de hac agit, ibi ¶ Sunt autem quidem quaedam quae sunt vniuersaliter. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo aliquid demonstratur per causam, quae est simul cum eo, cuius est causa. Secundo, quomodo demonstratur aliquid per causam, quae non est simul cum eo, cuius est causa, ibi ¶ In his autem quae non simul. ¶ Circa primum considerandum, quod quia in motu necesse est considerare prius, & posterius, in causis motus est accipere causam, & causatum se habere secundum prius & posterius. Sicut patet quod causa agens naturalis mouendo perducit ad suum effectum. Et sicut per totum motum perducit mobile ad terminum motus, ita per primam partem motus perducitur ad secundum, & sic deinceps. Vnde sicut motus est causa quietis con sequentis, ita pars prima motus est causa subsequentis, & sic

Secundum autem exemplum de crystallo, puta si dicamus quid est crystallus? & accipiat hoc pro eius definitione, quod sit aqua condensata vehementer. Sic ergo aqua C, id est minor

In his autem, quae non simul sunt, nunquid sunt in continuo tempore?

Sicut vobis nobis alias aliorum causas esse, hoc est facti esse, altera facta, & futura futuri, eius autem quod fit, si aliquid antea factum est.

Est igitur a posterius factum syllogismus principium, igitur & horum est, quae facta sunt. Unde & in his quae fiunt similiter est. A priori autem non est, ut quoniam hoc factum est, quare hoc posterius factum est, & in futuro similiter.

Neque enim determinati aut non determinati erit temporis. Quare neque quoniam hoc verum est dicere factum esse, hoc verum est dicere factum esse posterius. In medio enim falsum esset dicere hoc, iam altero facto. Eadem autem ratio est & in futuro.

Neque quoniam hoc factum est, hoc erit. Medium enim homogeneum oportet esse, factorum factum, futurorum vero futurum, cum his, quae fiunt fieri, cum his, quae sunt esse. Sed futurum esse & esse non contingit esse homogeneum.

Tex. 65. 15.

Lect. 12. 1.

Lect. immed. seq. tex.

Manifestat quaestione. Videmus enim quod aliae sunt causa aliorum non simul cum eis existentes, sicut eius quod factum esse, est alia causa praecedens quod est fieri, & ipsius fore, id est quod aliquid sit futurum, causa est aliquid futurum fieri, & iterum ipsius fieri causa, est aliquid quod prius factum est. Est igitur quaestio: utrum istae causae se consequentes, sint in tempore continuo, vel non? Hoc enim necessarium est scire demonstratori, quia si non sit continuatio in huiusmodi causis, non erit accipere immediatum, quia semper inter duo non continuata, est accipere aliquod medium. Et ideo, si illud nunc, in quo est effectus non sit continuum ad illud nunc, in quo est causa: erit in medio aliquid accipere quod sit causa media, & sic in infinitum. Deinde cum dicit.

Manifestat quoddam quod est necessarium ad solutionem praemissa quaestione. Et primo proponit quod intendit. Secundo proponit propositum, ibi: Neque enim determinati, est circa primum considerandum est, quod sicut linea est quoddam continuum, punctum quoddam indivisibile, quod terminat & dividit lineam, ita etiam ipsum fieri vel moveri est quod da continuum, ipsum autem quod est motum esse vel factum esse, est quoddam indivisibile, quod potest accipi, vel ut terminans totum motum, vel ut dividens motum tanquam finis primae partis motus, &

principium secundum, sicut patet de puncto, quod dividit lineam. Sic igitur ipsum factum esse est causa praecedens ipsum fieri, cuius est principium, & est effectus consequens illud fieri cuius est terminus. Si ergo debeamus demonstrare, oportet fieri syllogismum demonstrativum a posteriori factum esse ad fieri praecedens, ut si dicamus, hoc factum esse, ergo illud prius fiebat. Sed quia & ipsum factum esse est principium fieri, siue quae facta sunt coram quibus sunt, consequens est, ut similiter se habeant in his quae fiunt, ut scilicet a posteriori fieri syllogizetur ad prius factum, puta si dicamus: Sol movetur ad punctum medij caeli, ergo prius movetur ad punctum orientis. Sed a priori non potest fieri syllogismus ad posterius, ut puta, si dicamus, quod quia hoc prius factum est, ideo sequitur quod illud quod est posterius fiat, aut factum est, ideo sequitur quod illud quod est posterius fiat, aut factum sit. Et quae ratio est de fieri & de factum esse, eadem ratio est de fore, & futurum fieri. Deinde cum dicit.

Secundum in his, quae non sunt simul, sit ne ut in continuo tempore?

Quemadmodum nobis videtur aliorum sint cause, cum factum facti, fiens fiens, futurumque futuri.

At constat in his, ab eo rationem extruendam esse, quod postea sunt, principia autem et eorum ea sunt, quae prius fuerunt. Quae propter idem & in his, quae fiunt, servandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit, hoc extruitur ratiocinatio, ut quoniam hoc fuit, hoc quod est posterius ortum est, similiter & in futuro.

Sive namque determinatum, siue indeterminatum fuerit tempus, non erit unquam, ut cum hoc fuisse vere dicatur, posterius inquam ipsum. In medio enim tempore falsum erit profecto hoc ortum fuisse dicere, altero iam orto. Eadem est & in futuro penitus ratio, neque quoniam hoc fuit hoc erit.

Medium enim simul habeat ortum, oportet, ut sit factum factorum, futurorumque futurum, & ceterorum similiter. At id quod fuit, & id quod erit, fieri nequit, ut ortum habeant simul.

convenit esse medium inter causam prioris & effectum posterio- rum, ibi & Amplius enim neque indeterminatum. Dicit ergo primo, quod ideo a priori non potest syllogizari ad posterius, quia posito priori, non oportet quod sequatur posterius, neque secundum aliquod determinatum tempus, neque simpliciter non determinati. Et hoc primo manifestat quantum ad determinatum tempus, puta si dicamus, bibit infirmus potionem, ergo tali die sanabitur. Si enim a priori factum syllogizari possit posterius secundum determinatum tempus, poterit concludi, quod quia verum est dicere hoc factum esse, puta infirmum bibisse potionem, quod etiam verum sit dicere hoc factum esse quod posterius est, puta eum esse sanatum. Sed hoc non sequitur, quia potest dari aliquod tempus in quo verum est eum potionem bibisse, & tamen nondum verum est, eum sanatum esse, sicut in intermedio tempore inter assumptionem medicinae, & sanitatem adeptam. Et hoc est quod dicit, quod ideo praedicta conclusio non sequitur, quia in medio tempore falsum erit, quod hoc sit factum, scilicet hunc esse sanatum, quamvis alterum iam sit factum, scilicet eum medicinam bibisse. Et eadem ratio est etiam respectu futuri. Non enim possumus concludere, iste nunc medicinam bibit, ergo erit sanatus pro aliquo tempore determinato, quia hoc non erit verum in quolibet tempore futuro, scilicet in tempore medio. Secundo ibi.

Probat idem, quantum ad tempus indeterminatum, puta si dicamus iste medicinam bibit, ergo sanabitur. Non enim sequitur, quod quia hoc factum est, scilicet quod iste medicinam bibit, hoc erit, scilicet sanabitur. Iam enim supra dictum est, quod causa quae ex necessitate infert effectum, est simul cum effectu. Et accipitur quasi medium homogeneum, id est unius generis, sicut ad probandum aliqua esse facta in praeterito accipitur pro medio & causa aliquid quod est in praeterito, & similiter futurorum, id quod est futurum, & eorum, quae sunt in fieri, id quod est in fieri, & eorum, scilicet quae existunt, id quod existit. Sed quando sic syllogizatur, hoc factum est, ergo hoc erit, non accipitur

Tex. 65. 14.

Tex. 65. 25. & 24. Lect. 5. tex. expo. 4.

Tex. 65. 2. Lect. 1. tex.

medium unius generis, sed unum est prius & aliud posterius. Unde posito priori non sequitur ex necessitate posterius in illis, in quibus effectus causarum impediuntur. Deinde cum dicit.

Amplius enim neque indeterminatum contingit esse tempus medium, neque determinatum. Falsum enim erit dicere in medio.

LECTIO XI.

Peculandum igitur, quid est contingens, ut post id, quod factum est, sit fieri in rebus. Aut manifestum est quod non est habitum cum factum esse quod fit. Neque enim factum cum post factum esse, termini sunt & a thomi, sicut neque puncta adinvice sunt habitata, neque quae facta sunt. Vtraque enim indivisibilia sunt. Neque igitur quod fit cu eo quod factum est pp id. Quod quidem n. fit, indivisibile est, quod aut factum est, indivisibile est. Sicut igitur linea ad punctum se habet, sic id, quod fit, ad quod factum est. Sunt enim infinita facta in eo, quod fit. Magis autem manifestum in univ. salibus de motu, oportet dicere de his.

Philosophus quae fuit, utrum in his quae non simul sunt, posterius secundum continuitatem temporis sequatur ad prius, & interposuit quoddam necessarium. f. quod a priori ad posterius non syllogizatur, hic accedit ad determinandum quaestione motu. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo se habeat fieri & factum esse in temporis continuitate. Secundo, ostendit propositum: ibi: De hoc quidem igitur & dicit ergo primo, quod ad ostendendum propositum, oportet speculari quid est coniungens, vel continuans factum esse ei, quod est fieri, ut post unum continue sequatur aliud. Et circa hoc dicit primo, manifestum esse quod fieri cum eo, quod est factum esse, non est habitum, id est consequenter se habentia. Dicuntur autem consequenter se habentia, quorum nihil est medium eiusdem generis, sicut duo milites in acie, vel duo clerici in choro. Habitu autem supra id, quod est consequenter, addit contactum, sicut dicitur in 5. Phy. Sic ergo dicit, quod fieri non potest esse consequenter se habens & contiguum cum hoc, quod est factum esse. Et hoc probat, quia neque factum esse, quod est contiguum. f. ut consequenter se habens cu alio factum esse, eo quod duo facta esse hoc modo se habent, ut quaedam vltima & indivisibilia in tempore, sicut duo puncta in linea. Vn factum duo puncta non sunt consequenter se habentia adinvice, ita etiam neque duo facta esse, quia tam puncta quam facta esse sunt sicut indivisibilia, & talia non se habent consequenter in continuo, ut probatur in 6. Phy. Et quia duo facta esse non sunt consequenter se habentia, propter hoc etiam manifestum est, quod fieri & factum esse, non consequenter se habent. Fieri enim est indivisibile sicut & moveri, sed factum esse est indivisibile sicut & punctus. Sicut igitur se habet linea ad punctum, sic se habet fieri ad factum esse. Sunt enim infinita facta esse in eo, quod est fieri, si-

cut & infinita puncta potencialiter sunt in linea. Et haec est causa, quare in linea non possunt esse duo puncta consequenter se habentia, quia inter quolibet duo puncta est accipere aliud punctum, & similiter inter quolibet duo facta esse, est accipere aliud. Unde duo facta esse non se habent consequenter. Et quia factum esse est terminus eius quod est fieri, sequitur consequenter quod nec fieri se habeat consequenter cu eo quod est factum esse, quia tunc duo facta esse se haberent consequenter adinvice. Sed fieri immediate terminatur ad factum esse, sicut linea ad punctum. De his autem oportet & c. f. id est de his patebit magis in univ. salibus de motu, id est in libro Physi. Tractatur enim de hoc in sexto illius. Deinde cum dicit.

Præterea fieri non potest, ut aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum medium tempus. Falsum enim erit in medio illud dicere tempore.

LECTIO XI.

Considerandum est autem, quid nam sit quod continet, ut in rebus post factum esse, sit fieri. An patet factum fiens non habere, nec enim factum factum etiam habet. Sunt enim fines, ac individua. Nam ut punctum puncto non habet, sic neque factum factum. Ambo namque sunt indivisibilia. Nec igitur ob id ipsum factum fiens habere potest. Fiens enim divisibile, factum indivisibile constat esse. Ut igitur linea se habet ad punctum, sic fiens ad factum. Nam in eo, quod fit, infinita sunt facta. Magis autem de hisce clarius est dicendum in univ. salibus libris de motu.

De eo igitur ipso, quomodo se se habet medium cum deinceps sit generatio, haec eo usque sumantur. Nam & in his ipsis medium, & primum necesse est medio vacare: velut A fuit cum sit factum C. Antea autem fuit A. Atque C principium est ex eo, quia propinquius est ei puncto, quod est principium temporis. Item C fuit, quoniam D fuit. Orto igitur D: necesse est C fuisse, C vero orto, necesse est A prius ortum fuisse. Atque si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accersis, quod medio vacat.

quod sit sine medio, sicut si concludamus quod A factum est propter hoc quod C factum est, ita scilicet quod posterius factum sit C, & prius A. Puta, si dicamus, iste sanatus est, ergo bibit medicinam: a priori enim consequeretur syllogismus, ut supra dictum est, sed ipsum C accipitur ut id quod est magis proximum ipsi nunc praesenti quam A. Praesens autem nunc est principium temporis, quia secundu ipsum distinguitur praeteritum & futurum, & sic oportet praesens nunc, accipere ut principium notificandi temporis successionem. In praeteritis enim, tanto aliquid est posterius in fieri, quanto proximus est in praesenti nunc, in futuris autem est econverso. Sicut igitur accipitur ut principium syllogizandi quod est posterius in fieri quam A, & propinquius praesenti nunc, ita & accipiamus D propinquius praesenti nunc, quam C, & concludimus quod si factum est D, quod prius factum est C. Puta si perficit opus sani hominis, prius sanus est. Possumus ergo concludere quod si factum est D, necesse est quod prius factum sit A, & accipitur pro causa id quod erat in medio, scilicet C. Facto enim D necesse est quod prius factum fuerit C, & factum C, necesse est quod prius factum fuerit A. Poster. Diui. Tho. I ergo

Tex. 65. 2. & inde.

Lect. 1. tex. Expo. 4.

Lect. prae. expo. 5.

ergo & factio D necesse est quod prius factum fuerit A, puta, si hic homo iam perficit opus sani hominis, sequitur quod prius sit sanatus, & si est sanatus, necesse est quod prius biberit medicinam. Sic igitur semper accipiendo medium, puta, aliquid aliud inter C & A, sicut C acceptum est medium inter D & A, stabitur alcubi ad aliquod immediatum. Deinde cum dicit.

Lec. prae.

c ¶ Ponit quandam obuiat.onem. Postest enim aliquis dicere quod nunquam veniatur ad immediatum, sed semper erit accipere aliquod medium inter duo facta esse, propter hoc quod in ipso fieri sunt infinita facta esse, eo quod factum esse non consequenter se habet ad aliud factum esse, vt dictum est. Sed hanc obuiationem excludit ipse, quia quamuis sint infinita facta esse in vno fieri, tamen necesse est incipere ab aliquo medio scilicet, ab ipso nunc, tanquam a primo. Dicitur enim, quod id quod est posterius, est principium syllogizandi. Respectu autem omnium in praeterito factorum, posterius est ipsum praesens nunc, unde necesse est ipsum praesens nunc accipere vt primum & immediatum principium. Quodlibet autem aliorum factorum accipitur vt principium mediatum. Deinde cum dicit.

Lec. pcc. t. expo. 5.

d ¶ Manifestat idem & in futuris, & dicit, quod sicut se habet eo quod factum est, similiter se habet & in eo quod factum erit, quia si verum est quod prius verificet quod sit A, & hmoi causa accipietur C quod cadit, medium inter D & A. Quia si erit D necesse est quod prius erit C, & si erit C, necesse est quod prius sit futurus A. Et sic etiam in his pot fieri obiectio de infinita diuisione futuri in instantia, vel motus in momenta, quia sicut in praeteritis, ita & in futuris non consequenter se habent indiuisibilia, & tamen etiam hic accipiendum est aliquod sicut immediatum principium, sicut dictum est in his quae facta sunt in praeterito. Licet enim non sit accipere duo facta esse, se consequenter habentia, neque in praeterito, neque in futuro, potest tamen accipi aliquid vltimum vtrobiq; & hoc accipietur vt principium immediatum. Deinde cum dicit.

Tex. c6. 15.

e ¶ Manifestat quod dixerat per exempla, & dicit quod praedictus modus argumentandi potest considerari circa opera humana. Accipiamus enim factum esse domus tanquam quoddam postremum, ex quo concluditur sicut quoddam primum, quod necesse est lapides prius fuisse decisos, & accipiemus pro medio constructionem fundamenti, quia si domus facta est, necesse est quod prius sit fundamentum factum: & si factum est fundamentum, necesse est quod prius sint lapides decisi. Et quod dictum est in praeterito, accipiendum est in futuro, puta, si erit domus, necesse est quod prius futura sit deciso lapidum, & hoc demonstratur per medium, quod est constructio fundamenti.

Lec. pced.

f ¶ Manifestat quod dixerat per exempla, & dicit quod in ipsis operibus naturae videtur sic euenire, quod sit quidam circularis processus; quia si terra sit compluta, necesse est quod per actionem solis vapor ex ea resoluitur: quo resoluto, & sursum

esse est quod prius sit fundamentum factum: & si factum est fundamentum, necesse est quod prius sint lapides decisi. Et quod dictum est in praeterito, accipiendum est in futuro, puta, si erit domus, necesse est quod prius futura sit deciso lapidum, & hoc demonstratur per medium, quod est constructio fundamenti.

An semper ob infinitionem medium cadet? Non enim factum factio habet, vt diximus. Attamen a medio incipiendum est, & ab eo, quod nunc est primum.

Idem & in futuris seruandum est. Nam si verum est D fore, verum sit prius oportet A fore. Huius autem causa est ipsum C. Etenim si erit D prius C ipsum erit: Et si C rursus erit, A prius erit. Similiter autem & in ipsis infinitione diuisionis existit. Futurum namque futuro non habet. Atque principium & in ipsis est sumendum, quod medio vacet.

Hac autem in ipsis operibus ita se habent, vt diximus. Nam si domus extructa est, lapides incisos fuisse necesse est. At id quod ob rem? quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si vero fundamenta iacta fuerint, necesse est lapides ante fuisse. Rursus, si domus erit, pari ratione lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonstratur eodem: iacentur enim antea fundamenta.

LECTIO XII.

Ed quoniam in hisce, quae sunt, generationem quandam modo circuli conuerti videmus, fieri potest, ut id ipsum sit, si medium, & termini mutuo se sequantur. In ipsis enim consistit ipsa conuersio. Atque id ipsum in sermonibus primis ostendimus: conuerti, inquam, ipsas conclusiones: hoc est enim circuli modo ratiocinationem conuerti.

In rebus autem ipsis hoc videtur fieri modo. Humida facta pluuia terra, vapor necesse est oritur. Quo quidem orto, nubem consistere necesse est.

sterius, effectus, & causa. Et hoc ipsum competit processui demonstrationum, eo quod vt in praecedentibus dictum est, quoad conclusiones conuertuntur, vt ex eis scilicet, syllogizentur aliqua praemissarum, hoc enim est circulo demonstrare. Quod quamuis non competat, si omnino sit vnum & idem quod prius fuit conclusio, & postea est principium, respectu eiusdem numero, ne sit idem notius & minus notum, si tamen non sit omnino idem, sicut accidit in his, quae circulo generantur, nullum inconueniens est. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifestat quod dixerat per exempla, & dicit quod in ipsis operibus naturae videtur sic euenire, quod sit quidam circularis processus; quia si terra sit compluta, necesse est quod per actionem solis vapor ex ea resoluitur: quo resoluto, & sursum

LECTIO XII.

Postquam Philosophus ostendit, quomodo accipiendum sit medium quod est causa in his quae sunt in reatum, hic ostendit quomodo debeant accipi in his, quae sunt secundum generationem circuli rem. Et primo ostendit propositum. Secundo manifestat per exempla: ibi ¶ In operibus autem videtur sic. ¶ Circa primum considerandum est, quod quia motus caeli circularis causa est generationis in istis inferioribus, ideo dicitur in secundo de Generatione, quod quaedam circulatio in generationibus inuenitur, puta quod ex aqua generatur terra, & ex terra iterum aqua. Dicit ergo, quia videmus esse quandam generationem in his, quae circulo generantur, in his etiam contingit obseruari hoc quod supra dictum est, quod scilicet, syllogizetur a posteriori, si hoc modo accipiatur termini demonstrationis, quod medium & extremi termini se inuicem consequuntur, quia in his, quae sic generantur, est quaedam conuersio circularis, dum scilicet a primo generato deuenit ad vltimum, & ab vltimo reditur ad primum, non idem numero, sed idem ipse specie, vt patet in secundo de Generatione: Et ita non sequitur quod idem numero sit prius & posterius, effectus, & causa. Et hoc ipsum competit processui demonstrationum, eo quod vt in praecedentibus dictum est, quoad conclusiones conuertuntur, vt ex eis scilicet, syllogizentur aliqua praemissarum, hoc enim est circulo demonstrare. Quod quamuis non competat, si omnino sit vnum & idem quod prius fuit conclusio, & postea est principium, respectu eiusdem numero, ne sit idem notius & minus notum, si tamen non sit omnino idem, sicut accidit in his, quae circulo generantur, nullum inconueniens est. Deinde cum dicit.

Tex. c6. 26.

¶ Sunt autem quaedam, quae fiunt vniuersaliter semper quidem, & in omni, aut se habent, aut fiunt semper. Alia vero semper quidem non, sed sicut frequenter sunt, vt non semper omnis homo masculus barbatus, sed est sicut frequenter. Talium igitur necesse est & medium sicut frequenter esse.

Tex. c6. 17.

d Si. n. A de B praedicatur vniuersaliter, & B de C vniuersaliter, necesse est & A de C semper & de omni praedicari. Hoc. n. erat vniuersaliter, & de omni, & semper. Sed suppositum est sicut frequenter esse. Necesse ergo est medium sicut frequenter esse, quod est in quo est B. Erunt igitur & eorum, quae sunt frequenter, principia sine medio, quaeque frequenter sunt sic aut sunt.

LECTIO XIII.

Quomodo autem oportet venari in eo quod quidem venientia, nunc dicamus.

b Eorum igitur, quae infunt vnicuique, quaedam extenduntur in plus, non tamen erunt extra genus. Dico autem in plus esse quaecumque infunt quidem vnicuique; vniuersaliter, at vero sed & alii, vt est aliquid quod

¶ Ostendit quomodo oportet venari in eo quod quidem venientia, nunc dicamus. ¶ Quomodo autem oportet venari in eo quod quidem venientia, nunc dicamus. ¶ Quomodo autem oportet venari in eo quod quidem venientia, nunc dicamus. ¶ Quomodo autem oportet venari in eo quod quidem venientia, nunc dicamus.

Tex. c6. 5 le. 2. t. ex. vlt. & c. 6. l. 3. t. ex. primae t. c. 77. c. 14 t. ex. 2.

Tex. c6. vlt.

& sursum eleuato, necesse est quod generetur nubes, & hac generata, necesse est quod generetur aqua pluuiae, qua generata, necesse est quod cadat, cadens super terram compluar eam. Et hoc est quod accipimus quasi primum, non tamen est eadem complutio terrae ad quam vltimo peruenitur, & a qua primo incipitur. Et sic manifestum est, quod factus est quidam circuitus, in quantum vno eorum existente sit aliud, & illo existente sit aliud aliud, quo existente, reditur ad primum, non idem numero, sed idem specie. Ille tamen causarum circuitus inueniri non potest secundum ordinem, qui inuenitur in causis per se. Sic enim necesse est peruenire ad vnum primum in quo liber genere causarum, vt probatur in secundo Metaph.

¶ Necesse est terram complutam esse. Hoc autem erat ex principio. Quare circulo circuiuit. Cum enim vnum horum quod libet est, alterum est: & cum illud est, alterum, & cum hoc primum.

¶ Quod autem aqua generetur ex igne, & ignis iterato ex aqua, hoc non est per se, sed per accidens. Non enim ens per se generatur vt ex ente in actu, sed ex ente in potentia, vt dicitur in primo Physico. Procedendo ergo i causis per se non erit circulatio. Nam complutionis terrae causam agentem accipiemus calorem aeris, qui causatur ex sole, & non econuerso. Causam vero materialem aquam, cuius materia non est vapor, sed materia communis elementorum. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit qualiter diuersimode demonstratur per causam in his, quae sunt semper, & in his quae sunt vt frequenter. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi: ¶ Si enim A de B. ¶ Tertio epilogat quae dicta sunt: ibi ¶ Quomodo qui demigitur & c. ¶ Dicit ergo primo, quod quaedam sunt quae vniuersaliter fiunt, & quantum ad tempus, quia semper, & quantum ad subiectum, quia in omnibus, aut se habent, sicut immobilia, quibus non expedit proprie fieri, sicut mobilia quae semper eodem modo se habent, vt patet in motibus caelestibus. Quaedam vero non fiunt sicut semper, sed sicut frequenter. Et ponit de his exemplum. Sicut quod omnis homo masculus efficitur quandoque; barbatus non accidit semper, sed sicut frequenter. Sicut igitur eorum, quae sunt semper, oportet accipere medium semper, ita & talium, quae sunt sicut frequenter, oportet accipere medium sicut frequenter. Deinde cum dicit.

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

¶ Probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter,

necesse sit accipere medium quod sit sicut frequenter. Detur. n. oppositum, quod accipiat medium quod sit vt: & semper, puta si A, quae est maior extremitas, praedicatur vt de B, quod est medium, & B de C, quod est minor extremitas, ex necessitate sequitur quod A praedicatur de C vniuersaliter, & quantum ad tempus, & quantum ad subiectum, quod est semper & de omni praedicari. Vnde idem nunc dicimus vniuersaliter praedicari, quod praedicari de omni, & semper. Sed suppositum erat quod A praedicaretur de C, sicut frequenter. Necesse est ergo, quod medium quod est B, accipiat sicut frequenter existens. Sic ergo patet quod possumus accipi quaedam immediata principia eorum, quae sunt frequenter, ita quod ipsa principia sint, aut fiat sicut frequenter. Huiusmodi tamen demonstrationes non faciunt simpliciter scire verum esse quod concluditur: sed secundum quid. I. quod sit verum vt in pluribus, & sic etiam principia, quae assumuntur, veritatem habent. Vnde de huiusmodi scientiarum differunt a scientiis, quae sunt de necessariis absolute quantum ad certitudinem demonstrationis. Deinde cum dicit.

¶ Quae facta, fieri aqua. Quae orta, terra pluuia necesse est humectetur. Hoc autem id erat, quod initio sumpsimus. Quare modo circuli conuersio fuit. Quicquid enim ex hisce sumpsimus, aliud sequitur quidem, cum sit aliud ut est. Quod rursus cum sit primum, ipsum emergit.

¶ Sunt autem rerum nonnullae quae fiunt vniuersaliter, semper enim & omnes, aut eodem modo se habent: aut eodem fiunt pacto. Nonnullae sunt rursus, quae semper quidem non fiunt eodem modo, fiunt tamen plerumque. Nam non omnis quidem mas homo barbatus emittit, sit tamen plerumque, vt homo mas barbatus emittat: talium igitur et medium esse plerumque necesse est.

¶ Nam si tam A de B quam B de C vniuersaliter praedicatur, & A de C necesse est, & semper, & de quolibet praedicari. Id enim est vniuersaliter praedicari, de omni semperque dici. At supponebatur A plerumque de C praedicari. Necesse est ergo medium etiam ipsum B conditionem eandem subire, ac esse plerumque. Erunt igitur & eorum quae sunt plerumque ea principia vacantia mediis, quae plerumque sic sunt, vel fiunt.

¶ At enim quo nam pacto ipsum quod est ad ratiocinationis terminos accomodat, & quomodo vel est ipsius, vel non est demonstratio, diffinitione, satis antea pertractauimus.

LECTIO XIII.

Vnc dicendum esse videtur quo nam pacto venari nos ea oportet, quae hoc ipso quid est praedicantur.

De causa autem, & cuius est causa dubitabit aliquis, nunquid, & cum causatum est, & causa est. Vt si folia fluunt, aut deficit luna, & causa deficienti, etiam folia cadendi erunt. Vt si huius est lata habere folia, deficienti autem terram esse in medio.

Si non aliqua alia erit causa ipsorum. Si vero ca sit, simul & causatum, ut si in medio est terra, deficit, aut si latu foliu est, fluit. Si igitur non sit, simul itaque erunt.

Et si demonstrantur per altera. Sit enim foliu fluere in quo A, latum autem folium in quo B, vitis vero in quo C. Si autem in B est A omne enim latu folium folio fluit, in C autem B: omnis enim vitis est habens latu folium, in C igitur A, omnis enim vitis folio fluit. Causa autem est B medium. Sed quonia latis folijs vitis sit, est propter id quod folio fluit demonstrare. Sit enim D quidem

LECTIO XVIII.

Ostendam Philosophus ostendit quomodo oportet inuestigare propter quid, hic mouet duas questiones circa ipsum propter quid, quarum prima est de coexistentia causa ad causatum, secunda pertinet ad unitatem causae, ibi Vtrum autem contingat. Circa primum tria facit. Primo proponit questionem. Secundo obicit ibi Si non est. Tertio soluit ibi Aut contingit vnus. Dicit ergo primo, quod de causa & causato potest aliquis dubitare, vtrum quando est vnum eorum, sit & aliud. Quae quidem questio non

est intelligenda quantum ad similitudinem temporis, sed quantum ad similitudinem consecutionis, utpote si positu vno, consequatur aliud simul tempore, vel posterius. Et ponit duo exempla, in quorum vno causa praecedat causatum. Nam lata folia habere est causa quod fluant folia alicuius arboris, non autem habere lata folia, & iolia fluere sunt simul tempore. In alio autem exemplo, causa & causatum sunt simul tempore, sicut interpositio terrae simul tempore est cum defectu lunae. Est ergo questio vtrum ad vnum istorum consequatur aliud. Deinde cum dicitur, Obicit ad propositam questionem, ostendens quod causa & causatum semper simul sunt secundum consequentiam, & ponit ad hoc duas rationes, quarum prima sumitur ex ratione causae & causati, & dicit quod omne causatum oportet quod habeat aliquam causam. Vnde si positu isto causato, non simul ponitur quod ista eius causa sit, sequitur quod sit eius aliqua alia causa, & hoc ideo, quia necesse est quod causatum simul sit cum aliqua causa. Si cur ad hoc, quod est terra esse in medio, sequitur quod luna deficient, & ad hoc quod est arborem habere lata folia, sequitur quod folia eius fluant. Si igitur non est dare aliam causam, sequitur quod simul sit cum hac causa. Secunda rationem ponit ibi. C Quae quidem sumitur ex hoc, quod causa, & causatum per inuicem demonstrantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo remouet errorem, qui posset consequi, ibi Si autem non conuenit &c. Tertio probat quoddam quod supposuerat: ibi Quod autem non deficiat. Circa primum dicit quod est manifestum est, quod ca & causatum simul se consequuntur, si hoc

Quaedam autem differunt ex eo, quia medium est sub alio medio, ueluti propter quid Nilus, decrescente mense, magis affluat aquis, quia mensis decrescens similis magis hyemis est. Propter quid mensis decrescens, similis magis hyemis est, quia luna decrescit. Haec enim sic inter sese habent, ut patet.

LECTIO XVIII.

Mbigeat autem quispiam de causa, & de eo, cuius est causa, est ne tu causa, cum est id, cuius est causa ueluti, cum frondes decidunt: est ne tum ipsa causa defluendi frondes latitudo, inquam, foliorum, si id ipsum illius sit causa. Vel cum deficiat luna: est ne tu interpositio terra.

Nam si non est aliqua, alia erit ipsorum causa: si simul sunt causa, & id cuius est causa, seu si intercedit terra, deficit luna: aut si latitudo est foliorum, defluunt frondes.

Tum mutuo profecto demonstrantur. Sit enim A frondes deponit, B planta, cuius sunt folia lata, C vitis. Si igitur A cuiuslibet competit B. Omnis enim planta, cuius folia sunt lata, frondes deponit: B vero C ipsi competit. Latis enim frondes quae libet vitis habet, A etiam ipsi C competit. Omnisque vitis frondes suas deponit. Atque causa B medium est, ut patet. At licet etiam per foliorum defluxum lata vitem habere folia demonstrare. Sit enim D lata habere folia:

verum est, quod per inuicem demonstrantur, quia ad medium demonstrationis de necessitate sequitur conclusio. Quod autem per inuicem demonstrantur, probat in praedicto exemplo. Sit enim folium fluere in quo A, quae est maior extremitas, latum folium habere in quo B, quod est medium, vitis vero accipitur in quo C, quod est minor extremitas. Sic igitur in B est A: quia omne, quod habet latum folium, folio fluit, in C autem est B, quia omnis vitis habet folia lata, & sic concluditur quod A est in C, id est quod omnis vitis folio fluit. Et in toto hoc processu, causa accipitur pro medio, & sic causatum per causam demonstratur. Contingit autem econuerso demonstrare causam

causam per causam. Si vitis habet lata folia per hoc quod fluit folio. Accipitur n. lata folia habere quasi maior extremitas, que est D, fluere folia quasi medius: quod est E, vitis vero minor extremitas, que est z. Sic igitur E est in z, quia omnis vitis fluit folio: D autem est in E quia. l. o. e. quod fluit & lata habet folia, folio fluit; ex hoc concluditur quod omnis vitis sit lati folii, & accipitur pro causa in consequendo folia fluere. Deinde cum dicitur...

latum folium, E autem folio fluere, vitis vero in quo z. In z igitur est E: folio enim fluit omnis vitis, in E autem D omne enim fluens folio latum est folium, omnis itaque vitis latum est folium. Causa autem est folio fluere.

d Si autem non contingit causas esse adinuicem, causa enim prius est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est terra esse in medio, non est causa deficere. Si igitur quidem per causam est demonstratio, propter quidem est, si vero non per causam, ipsius quia, quoniam in medio est cognouit, propter quid autem non.

e Quod autem non deficere causa sit in medio esse, sed hoc deficiendi causa, manifestum est. In ratione n. deficiendi est quod est in medio. Quare manifestum est quod per hoc illud cognoscitur, sed non hoc per illud.

f Aut contingit vnus plures causas esse? Et nanque si est idem de pluribus primu predicari, sit A in B primo esse, & i C alio primo, & hoc sit in D, & illud in E. Erit itaque A in D & E, vtraque. Causa autem est in D quidem B, in E autem C. Quare cum causa sit, necesse est rem esse, sed res cum sit, non necesse est quidem quod sit causa. Causam quidem necesse est esse, non tamen omnem.

g Aut si semp est vniuersale positu, & causa quoddam totum est, & cuius est causa vniuersaliter, vt folio fluere in toto quoddam determinatu est, & si species ipsius sint multae, & vniuersaliter igitur, aut platis, aut homi plantis. Quare mediu aequale oportet esse in iis, & cuius est causa, & conuertit, vt propter quod arbores folio fluunt? Si ergo propter densitate huiusmodi folio fluit arbor, oportet esse densitatem, si densitas est, non in qualibet, sed in arbore, folio fluit.

tur de pluribus primo, & immediate, vt predicetur A de B primo, & similiter de C, sicut esse vituperabile de superabundantia & defectu, & ista duo scilicet C, & B predicentur de D & E, sicut superabundantia conuenit audaci, defectus autem timido. Predicabitur itaque A de D & E, quia tam audax, quam timidus est vituperabilis. Causa autem quod A sit in D est ipsum B. Est n. audax vituperabilis propter superabundantiam. Quod autem A in se ipsi E, causa est ipsum C. Timidus enim vituperabilis est propter defectu. Patet ergo, quod cum causa sit, necesse est rem esse, quia siue A sit superabundantia siue defectus, necesse est aliquid esse vituperabile. Sed existente re, necesse est quidem quod aliqua causarum sit, non tamen necesse est qualibet causam esse. Sicut posito quod aliquid sit vituperabile, non est necesse quod sit in superabundantia, sed necesse est quod sit vel in superabundantia, vel in defectu. Deinde cum dicitur...

Quod si fieri nequit, vt sint sibi mutuo causa, causa nanque prior est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est in medio terra esse, huius autem non est, ca deficere luna. Atque demonstratio, qua sit per causam, est per quid: demonstratio vero, qua non per causam sit, est ea, qua quippiam tantum esse ostenditur. Qui per defectum terra in medio esse percepit, is scit quidem id ipsum esse, propter quid autem est non cognoscit.

Atque deficere lunam non esse causam ut sit in medio terra, sed econtra causam esse, ut deficiat luna, inde perspicitur potest. In ratione nanque deficiendi inest, in medio terra esse. Quare patet per hoc illud, sed non per illud hoc innotescere.

An fieri potest: ut vnus plures sint cause? Et enim si sit, ut idem de pluribus predicetur, sit A quod quidem tam B quam C conpetat primo, quorum alteru in sit D, alterum ipsi conpetat E. Inerit igitur ipsum A illis vtrisque, E inquam & D. Atque ut in sit qui dem ipsi D causa est ipsum B, ut conpetat autem ipsi E, causa est ipsum C. Quare si causa est, necesse est rem esse. Si vero res est, non est necesse id esse, quod est causa, sed causam quidem esse, non tamen omnem.

Aut si semper id quod proponitur vniuersale est, causa quoque tota quae est, & id cuius est causa, vniuersale etiam est. Veluti folijs spoliari, toti cuidam inest determinato, & si species sunt illius, & his vniuersaliter, aut plantis, aut huiusmodi plantis conpetit. Quare & medium in his, & id, cuius est causa aequa sunt oportet, & conuertantur: veluti propter quid arbores folijs spoliantur? Quid si id ipsum ob congelationem esse oportet, & si congelatio non cuius inest, sed arbori? folijs arborem spoliari oportet.

o, oportet quod posita causa in tali subiecto ponatur effectus, vt puta si condensatio humoris est non in quacunque re, sed in arbore, sequitur quod folia fluant.

Lectio

LECTIO XIX.

Quam Philosophus determinauit quaestione motam: vt rum ad existentiam effectus sequatur existentia causa, & econuerso, hic inquit, vt rum ad vnitatem causae sequatur vnitas effectus, & econuerso. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo ad vnitatem effectus sequatur vnitas causae. Secundo ex hoc manifestat confectionem causae, & effectus, ibi: Habet autem sic consequi. Circa primu tria facit. Primo, proponit quaestionem, que est, vt rum contingat quod eiusdem effectus non sit eadem causa in omnibus, sed alia, & alia, vel non. Videbatur enim in solutione per mille quaestiois supponi, quod contingat vnus effectus in diuersis rebus esse diuersas causas. Secundo...

LECTIO XIX.

Trum autem contingat non eandem causam eiusdem in omnibus, sed alteram, aut non?

b Aut si quidem per se demonstretur, & non secundum signu aut accidens, non potest autem esse. Ratio enim vltimi mediu. Si vero non sic est, contingit.

c Est autem & causam, & cuius causa, in quo considerare secundum accidens, immo videtur problematica esse. Si autem non similiter se habebit mediu. Siquidem equiuocu, & equiuocu mediu e, si vero sicut i genere sit, similiter se habebit, vt propter quod vicissim analogum. Alia n. est causa in numeris, & in lineis, & eadem. In quantum autem linea est, non eadem est, in quantum autem habens augmenta huius, eadem sicut in omnibus. Similem autem esse colorem colori, & figuram figurae, aliam causam esse, equiuocum n. est simile in omnibus. Hoc quidem est fortassis secundum analogiam habere latera aequalia, & aequales angulos. In coloribus autem vnum sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi. Secundum autem analogiam eadem sunt, & medium se habet secundum analogiam.

d Habet autem sic consequi causam adinuicem, & cuius est causa, & in quo est causa. Vnum quidem quidem accipienti, & cuius est causa, & causa i plus est, vt in quatuor aequales qui sunt extra, in plus sunt, quam in triangulis, aut quadrangulis, in omnibus autem & in aequo. Quaecunque enim quatuor rectis aequales quae sunt extra, & medium similiter est. Est autem medium ratio primi termini. Ex quo omnes scientiae sunt per diffinitiones, vt folio fluere si-

ntur pro medio aliquod signum vel aliquod accidens, tunc contingit vnus effectus accipi quasi plures causas in diuersis, sicut patet in exemplo superius posito. Per se enim causa quod aliquid sit vituperabile, est prater rectam rationem. Sed quod aliquid sit superabundans, vel deficiens est signum eius, quod est prater rectam rationem. Tertio ibi.

Lib. 2. le. 7. ex. 6. in. 8.

c Manifestat positam solutionem, ostendens membra diuisa.

tionis positae esse possibilis, & dicit quod contingit & id, quod est causa, & id, cuius est causa considerare secundum accidens, sicut musicus per accidens est causa domus, cuius per se est causa edificator, qui tamen est causa receptaculi latronum per accidens, si hoc contingat in domo fieri, quinimo etiam ipsa problematica videtur esse per accidens. Si vero non accipitur per accidens causa & causatum, oportet quod mediu quod accipitur pro causa, similiter se habeat cum effectu, cuius demonstrationi quaerit, vt pro: e, si aliqua sunt aequiuoca, & mediu commune quod accipitur, erit equiuocu. Si autem non sint aequiuoca, sed conueniant quae in genere, & medium erit commune sicut genus, sicut vicissim analogum, id est conuertitur proportionari vni uoce in multis inuenitur, puta, in numeris, & lineis, in quibus habet quodammodo alia causam, & quodammodo eandem. Aliam quidem secundum speciem, in qua tamen, scilicet, alii sunt numeri, & alii lineae, sed est genere eadem in quantum, scilicet, tam lineae, quam numeri conueniunt in hoc quod habent tale augmentu, ex quo in eis conuertatur portio demonstratur. Aliud autem exemplum subiungit in aequiuocis, & dicit quod eius quod est simile, alia causa est in coloribus, & in figuris, quia aequiuoce dicitur vtrouique. In figuris enim nihil est aliud esse simile, quod latera habeat analogiam, id est sint adinuicem proportionabilia, & anguli sint aequales. Sed in coloribus esse simile est quod faciat eandem immutationem in sensu, vel aliquid aliud huiusmodi.

LECTIO XIX.

Trum autem quispiam rursus, si fieri possit, vt non eadem eiusdem sit vniuersis causa, sed diuersa, nec ne?

An si per se quidem est demonstratum, & non per signum, aut per accidens, id fieri nequit: quippe cum ipsum medium extremi sit ratio. Si vero non hoc pacto est demonstratum, fieri potest.

Fit autem ut id, cui, & id, cui est causa, per accidens considerentur. Non tamen ex numero eorum esse videtur, qua proponuntur. Quod si ita non est, similiter habebit & medium. Si enim aequiuoca sunt, medium habebunt aequiuocum. Si sint vt in genere medium habebunt similiter, ueluti propter quid etiam mutuo ordine similitudine subeunt rationum. Est n. alia causa in lineis, & in numeris. Atque eadem alia quidem est, vt linearum rationem subit. Eadem autem vt tale habet incrementum, & eodem in omnibus modo. Vt color autem colori figuraeque figurae sit similis, alia erit alia causa. Simile nanque in his est aequiuocum. In figuris enim in similitudine forsitan rationum, consistit quae inter latera sunt, & angulorum aequalitate. In coloribus autem in vnitatem ipsius sensus, aut aliquo tali, ea vero, quae similitudine rationum eadem sunt medium identidem similitudine rationum idem habebunt.

Causa autem, & id cuius est causa atque id cui est causa, ita se habent ad mutuo se sequendum. Nam si hoc sumas per singula, id, cuius est causa ad plura se extendit, velut externos angulos quatuor rectis aequales habere extendit triangulum atque quadratum. Quod si omnia sumas, aequatur. Sunt n. quaecunque quatuor rectis aequales externos angulos habent. Similiter se se habet & medium. Est autem ipsum medium extremi ratio primi. Quo circa scientiae omnes per diffinitionem sunt, veluti spoliari frondibus simul sequitur vitem, atque excedit.

Deinde cum dicitur. Ostendit secundum praemissa, qualiter sibi inuicem causas consequantur. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, qualis sit consequentia causa & effectus. Secundo, ordinat huiusmodi consequentiam in figura syllogistica, ibi: In figuris autem. Tertio mouet quandam dubitationem ex praemissis, ibi: Si autem in aethonum. Dicit ergo primo, quod talis modus consequentiae...

Le. 24. & 23.

Inuenitur inter causam & causatum & subiectum, cui inest illud causatum, quod si aliquis accipiat secundum unum aliquid particulare id, cuius causa queritur, erit in plus quam causa vel subiectum, sicut habere angulos extrinsecos equales quatuor rebus conuenit triangulo eadem ratione, quia tres anguli eius extrinseci simul sunt tribus intrinsecis sunt equales sex rectis. Cum igitur tres intrinseci sint equales duobus rebus, sequitur quod tres extrinseci sunt equales quatuor rebus. Etiam quatuor angulos extrinsecos equales quatuor rebus, sed alia ratione. Anguli enim eius intrinseci & extrinseci sunt equales octo rebus, sed anguli intrinseci quadranguli sunt equales quatuor rebus, ergo anguli extrinseci sunt equales quatuor rebus. Sic igitur habere angulos exteriores equales quatuor rebus est in plus quam triangulus, aut quadrangulus: sed si simul accipiantur aequaliter se habebunt. Quæcumque, si figure communicant in hoc quod habeant angulos exteriores aequales quatuor rebus, oportet quod similiter communicent in medio, quod est causa equalitatis ad quatuor angulos rebus. Et hoc probat sicut & prius, per hoc quod medium est diffinitio maioris extremitatis. Et inde est, quod omnes scientie sunt per diffinitionem. Probat autem hoc per exemplum in rebus naturalibus. Hoc enim quod est folio fluere, consequitur ad vitem, & quia ex pluribus consequitur etiam ad ficum non excedit ipsam, tamen est excessuum omnium quibus conuenit, sed est eorum sicut equalium. Si ergo aliquis velit accipere id, quod est primum medium respectu omnium, erit hæc diffinitio eius, quod est folio fluere, quæ quidem diffinitio erit primum medium ad alia, eo quod omnia talia sunt. Et iterum huius accipietur aliquod aliud medium, puta, quod succus densatur per deficcationem, vel aliquod aliud huiusmodi. Unde si queratur quid est folio fluere, dicemus, quod nihil aliud est, quam condensari succum feminis in contractu. folii ad ramum. Deinde cum dicitur, ordinat modum prædictæ consecutionis in figura syllogistica, & dicit quod si queratur consecutio causæ & causati, si poterit assignari secundum figuras syllogismorum. Sit enim A in omni B, B autem in vnoquoque eorum, quæ sunt D, sed in plus quam D. Sic igitur B vniuersaliter erit in his quæ continentur sub D, secundum quod vniuersaliter dicitur inesse, quod non conuenitur, sed & primum vniuersale est, cui vnumquodque quilibet

dem contentorum sub eo non conuenitur. Omnia autem simul accepta conuertuntur cum primo vniuersali, sed excedunt quodlibet eorum, quæ sub eo continentur. Sic igitur quod A sit in ipsis, quæ continentur sub D causa est B. Oportet ergo quod A extendatur in plus quam D. Si autem non, sed se haberet æquo, quare magis B esset causa in intere do quod A sit in D, quam econuerso? Potest enim ex vtroque conuertibilium concludi aliud. Ponatur igitur vterque quod A prædicatur de omnibus in quibus est E, sed non conuertitur: oportet enim dicere quod illa omnia, quæ continentur sub B, sint aliquid vnum diuersum ab eo quod est B. Si enim non esset aliud E quod B, quomodo esset verum dicere quod A inest ei B, & non econuerso, cum A non sit nisi in E & in B? Et ita sequeretur si E & B non essent aliud quam A, non esset in plus quam E. Supponatur ergo quod A sit in plus quam D, & quam E. Quare ergo non poterit inueniri aliqua causa propter quam sint in omnibus quæ sunt in D. Et hæc causa est B. Sed adhuc querendum est, vtrum & omnia que continentur sub E, habeant aliquam vnâ causam, & sit talis causa C. Igitur concluditur quod continentur eisdem esse plures causas, sed non eiusdem secundum speciem. Sicut eius quod est A, causa est B & C, sed B est causa quæ inest his quæ continentur sub D, C autem est causa quod A inest his quæ continentur sub E. Et ponit exemplum in his rebus naturalibus. Sic enim hoc, quod est esse longæ vitæ, quasi A, quadrupedia quasi D, sed non habere choleram scilicet superfluam, sit quasi B, quod est causa in quadrupedibus longæ vitæ vel aliquid aliud huiusmodi quod est in eis causa longæ vitæ, aut aliquid aliud huiusmodi sit quasi C. Deinde cum dicitur, Mouet quandam dubitationem ex præmissis. Dictum est supra quod non statim a principio venit in aliquod atomum id est indiuisibile, in quo inueniatur illud, cuius causa queritur, sed statim inueniuntur multa & indiuisa, in quibus illud vnum inuenitur, & non est vnum medium per quod de omnibus illud vnum demonstratur, & causæ plures sunt. Est ergo dubitatio si illorum medium oporteat aliquam causam accipere, vtrum oporteat eam accipere ex parte vniuersalis primi, puta ex parte ipsius A, vel ex parte singularium, id est eorum, quæ sunt minus communia, sicut supra accipiebatur B & C vel

Et sicum item atque excedit, sed non omnis superat, sed æquatur. Si igitur primum medium sumpseris, ratio illud erit abijciendi solia. Erit enim primum quidem medium versus extremum alterum: tales inquam vniuersis esse, deinde medium huius succum congelari, vel aliquid aliud tale. At si quispiam interrogauerit quid est de fluere folia? congelari respondebimus eius succum, qui in seminis coniunctione consistit. In figuris autem hoc pacto quispiam assignabit, querentibus quoniam pacto se sequuntur causa, & id cuius est causa. Ponatur A cui libet inesse B, ipsam autem B cuique competat eorum quæ sunt D. A igitur vniuersale hisce fuerit, quæ sunt D. Etenim id vniuersale dico, quod non conuertitur. Id autem vniuersale uocito primum, cum quo vnumquodque quidem non conuertitur: vniuersa autem conuertuntur atque æquatur. B igitur causa est, ut A cunctis hisce competat, quæ sunt D. Oportet ergo ipsum A ad plura se extendere, quam ipsum B. Quod si uti non est cur magis hoc erit illius causa? Quod si B non omnibus competit E, erit vniuersa illa vnum quid aliud ab ipso B. Alioquin quo pacto dicere liceret, A quidem ipsum omni competere E, ipsum autem E non omni competere A? Cum vero non erit aliqua causa, nam ipsum A cunctis competit D: at ipsis erit E, & ipsa igitur unum quid erunt atque id considerare oportet. & sit C. Fieri igitur potest ut eiusdem sed non eiusdem specie plures sint cause veluti ut longæ sint vitæ quadrupedes quidæ causa est ipsas bili uacare uel ueres autem ipsas esse siccas, aut aliquid aliud. Quod si non statim accedunt ad indiuisum, & si non solum unum, sed plura sunt media plures etiã & cause sunt. Vtrum autem mediorum sit singularis causa, utrum id quod est versus vniuersale primum, an id, quod uer-

Tex. c6.26.

Tex. c6.17.

Vel quadrupedia, & aues? Et ad hoc respondens dicit, quod oportet semper media accipere quæ sunt propinquiora subiecto, in quo queritur causa illius communis causati, & sic oportet procedere quousque; perueniatur ad id, quod est immediatum communi causato. Et huius rationem assignat, quia illud quod est ex parte eius, quod continetur sub aliquo communi, est ei causa quod sit sub illo communi, sicut D est sub B, & si C sit causa D, & B inest ei. Et ex hoc sequitur vterius quod C sit causa quod A inest D, & quod A inest C, B est causa. Ipsi autem B inest A, per seipsum & immediatè. Vltimo autem epilogat ea, quæ dicta sunt in tota doctrina Analyticorum, & dicit quod manifestum est ex præmissis, tam in libro Priorum, quam in libro Posteriorum, de syllogismo, & de demonstratione quid sit, & quomodo fiat vtrunque, & similiter manifestum est de scientia demonstratiua, quomodo fiat in nobis. Hoc enim ad idem pertinet, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, ut supra in primo habitu est.

LECTIO XX.

ostquam Philosophus ostendit quomodo cognoscatur id, quod est principium demonstrationis sicut medium, scilicet quid, & propter quid, hic ostendit, quomodo cognoscantur prima principia demonstrationis communia. Et primo dicit, de quo est intentio. Secundo, exequitur propositum, ibi Quod quidem igitur &c. Dicit ergo primo, quod ex his quæ sequuntur, manifestum erit de principii primis indemonstrabilibus, qualiter eorum cognitio fiat in nobis, & quo habitu cognoscantur. Hoc tamen ordine obseruato, ut prius circa hoc dubitationes ponamus. Deinde cum dicitur, Exequitur propositum. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi Necessè itaque est habere &c. Circa primum tria facit. Primo præmittit quoddam, ex quo ostenditur necessitas huiusmodi inquisitionis. Secundo mouet quæstiones, ibi Immediatorum autem &c. Tertio obiicit ad quæstionem, ibi Siquidem &c. Dicit ergo primo, quod dictum est quod non contingit aliquid scire per demonstrationem, nisi præcognoscantur prima principia singularium? Manifestum igitur est quod magis proxime vnicuique proxima est causa. Primum quidem sub vniuersali esse, hæc est causa, ut in D quod est C, ipsius B causa est. In D quidem igitur esse C, causa est ipsius A, in C autem A B, in hoc autem eadem est. De syllogismo & demonstratione, quid vnumquodque sit, & quomodo sit, manifestum est. Similiter autem & de scientia demonstratiua. Idem enim est.



E principii autem, quomodo sunt cognita principia, & quis est cognoscens habitus, hinc est manifestum, dubitantibus quidem primum.

LECTIO XX.



E principii autem, quo pacto nota nobis euadunt, & quis habitus ea cognoscit, hinc patebit, si antea dubitabimus.

Fieri itaque non posse, ut demonstrationem quiscquam scientiam consequatur, si non cognoscat prima principia uacantia medijs, prius est dictum, ac explicatum.

Dubitauerit autem quispiam, utrum cognitio eorum, quæ medijs uacant, sit eadem, an non eadem, & utrum scientia sit utriusque, an non sit, sed alterius quidem scientia, alterius autem aliquid aliud genus, & utrum habitus eorum non insint, sed fiant, ac acquirantur, an insint quidem, sed lateant.

Si igitur ipsos habemus, absurdum est sane. Fit enim ut lateat nos habentes certiores demonstratione cognitiones has habere.

Si vero non habentes, prius acquirimus, quo pacto cognoscamus atque discamus, ex non antecedenti cognitione? Id enim fieri dicebamus, ut de demonstratione etiam dicebamus.

Constat igitur fieri non posse, ut aut habeamus ipsos, non enim sane

uo cognoscere & addiscere, & hoc non ex aliqua præexistenti cognitione. Impossibile est enim aliquid addiscere nisi præexistenti cognitione, sicut etiam supra circa demonstrationem diximus. Immediata autem principia ideo ex præexistenti cognitione addiscere non possumus, quia præexistens cognitio est certior, cum sit causa certitudinis: his, quæ per eam innotescunt. Nulla autem cognitio certior est cognitione huiusmodi principiorum. Unde non videtur, quod possimus ea cognoscere, cum prius non cognouerimus. Tertio obiicitur. Concludit ex præmissis duabus rationibus, quod neque possibile est semper habere cognitionem horum principiorum, quæ

Lec. 4.

Lec. 4. c. Expo. 2.

Lib. 1. le. 1. tex. ex. 1. & le. 6. c. ex. 2.

quæ nos lateant, neque etiam possibile est quod in nobis generetur de nouo talis cognitio, omnino ignorantia præcedente, & non aliquo alio habitu. Deinde cum dicitur.

G ¶ Soluti præmissas quæstiones. Et primo soluit viciniam. Secundo soluit duas primas, ibi ¶ Quoniam autem eorum, quæ circa intellectum

est ignorantibus, & neq; nõ habentibus habitum fieri.

g Necessè itaq; est habere quãdam quidem potentiam, non huiusmodi autem habere, vt sit his honorabilior secundum certitudinem.

h Videtur autẽ hoc inesse omnibus animalibus. Habet enim naturalem potentiam iudicati uam, quam uocamus sensum.

i Cum autem insit sensus animalibus, in his quidem animalium māsio est sensibilis, in aliis autem non fit. In quibuscunq; igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ non fit, non est in his cognitio, vltra quam sentiunt. In quibuscunq; autem sentiẽtib; est habere vnum quoddã in anima.

k Multis igitur factis huiusmodi, iam differentia quãdam fit. Quare in his quandam est fieri rationem ex talium memoria, in aliis vero non.

l Ex sensu quidẽ igitur fit memoria sicut diximus, ex memoria autem multoties facta, experimentũ. Multa enim memoriæ numero, experimentũ est vnũ. Ex experimento autem, aut ex oĩ quiescente vniuersali in anima vno præter multa, qđ cum in omnibus vnum sit & idem, illud est artis principium, & sciẽtiæ. Si quidem circa generationem artis est, si vero circa esse sciẽtiæ. Neque igitur determinati habitus, neque ab aliis habitibus sũt notiorib; , sed a sensu, vt in uersione pugnae. Vno n. stante alter stetit, postea alter, quousque in principiu veniat. Anima autem cum huiusmodi fit, qualis possit pati hoc.

h ¶ Ostendit quid sit illud principium cognoscitiuũ præexistens. Et quãtum ad hoc ponit tres gradus in animalibus, quorum primus est hoc, quod videtur in esse cõmuniter omnibus animalibus, quæ omnia habent quandam connaturalem potentiam ad iudicandum de sensibilibus, quæ uocatur sensus, quæ non acquiritur de nouo, sed ipsam naturam consequitur. Secundum gradum ponit ibi ¶ Et dicit, quod cum sit sensus in omnibus animalibus, in quibusdam eorum remanet aliqua impressio sensibilis abeunte re sensibili, sicut contingit in omnibus animalibus perfectis. In quibusdam autem non contingit hoc, sicut in quibusdam animalibus imperfectis, sicut patet in his quæ non mouentur motu progressiuo. Et forte contingit quod circa aliqua animalia remanet aliqua impressio quantum ad aliqua sensibilia, quæ

sunt uehementiora, non autem quantum ad aliqua quæ sunt debiliora. In quibuscunq; igitur animalibus omnino nulla impressio remanet sensibilis, huiusmodi animalia nullam cognitionem habent, nisi dum sentiunt. Et similiter animalia, in quibus nata est remanere talis impressio, si circa aliqua sensibilia in eis non remanet, non possunt habere aliquam cognitionem nisi dum sentiunt. Sed animalia in quibus inest huiusmodi remanẽs impressio, contingit adhuc, habere quandam cognitionem in anima præter sensum, & ista sunt quæ habet memoriã. Tertiũ gradum ponit ibi.

ignoremus, aut ignari, nullumque habentes habitum consequamur.

Necessè est itaque, vim quidem nos aliquam, potentiamque habere, non tamen talem, vt his ipsis exactior sit, ac certitudine præstabilior.

l ¶ Videtur autem id ipsum animalibus cunctis inesse. Nam habent uim quãdam insitam discernendi, quam quidẽ vniuersi sensum appellant.

Insito autem animalibus sensu natura, in quibusdam fit formæ sensibilis mansio, in quibusdam non fit. In quibus igitur non fit, hinc, præter ipsum sentire, non est cognitio, aut omnino, aut eorum, circa quæ non fit formæ mansio. In quibus autem fit, vt cum sentiunt, unum quid in anima habeant.

In his, cum multa talia fiunt, differentia quãdam emergit: ut quibusdam ex talium mansione ratio fiat, quibusdam non fiat.

Ex sensu igitur fit memoria quemadmodum dicimus, ex memoria uero sepius eiusdem facta, experientia nascitur. Plures enim memoriæ numero una experientia est.

Experientia uero, aut ex omni uniuersali quietem iam in anima consecuto, quod est unum præter multa, quod que in omnibus illis unum inest, idem que principium artis atque sciẽtiæ, pullulat. Artis, si sit circa generationem, sciẽtiæ, si sit circa id, quod est. Neque igitur determinati habitus insunt, neque ab alijs ad cognoscendum magis aptis habitibus, sed a sensu fiunt (ut diximus) ueluti in prælio facta fuga, si stetit unus, stetit & alius, deinde alius, donec ad principium est peruentum. Anima autem est talis, ut possit id pati.

in experimento particularium, sed ex multis particularibus in quibus expertus est, accipit vnum commune quod firmatur in anima, & considerat illud absque cõsideratione alicuius singularium, & hoc accipit vt principium artis & sciẽtiæ. Pũta, diu medicus considerauit hanc herbam sanasse Sortem febrientem, & Platonem, & multos alios singulares homines, cum autem sua cõsideratio ad hoc ascendit, quod talis species herbæ sanat febrientem simpliciter, hoc accipitur vt quãdam regula artis medicinæ. Hoc est ergo qđ dicit, quod sicut ex memoria fit experimentum, ita etiam ex experimento, aut etiam vterius ex vniuersali quiescente in anima, quod scilicet accipi-

zur ac si in omnibus ita sit, sicut est experimentum in quibusdam. Quod quidem vniuersale dicitur esse quiescens in anima, in quantum scilicet consideratur præter singularia, in quibus est motus. Quod etiam dicit esse vnum præter multa, non quidem secundum esse, sed secundum cõsiderationem intellectus, qui cõsiderat naturam aliquam, puta hominis, non respiciendo ad Sortem, & Platonem. Quod & si secundum cõsiderationem intellectus sit vnum præter multa, tamen secundum esse est in omnibus singularibus vnum & idem, non quidem numero, quasi sit eadem humanitas numero omnium hominum, sed secundum rationem speciei. Sicut enim hoc album est simile illi albo in albedine, nõ quasi vna numero albedine existẽte in vitroque, ita etiam Sortes est similis Platoni in humanitate, non quasi vna humanitate numero in vitroque existente. Ex hoc igitur experimento & ex tali uniuersali per experimentum accepto est in anima id, quod est principium artis & sciẽtiæ. Et distinguit inter artem, & sciẽtiã, sicut etiam in sexto Ethicorum, vbi dicitur quod ars est reata ratio factibilis. Et ideo hic dicit, quod si ex experimento accipiatur ali-

Quod autem dictum est ante, sed non dilucide dictum est, id rursus dicemus. Nam cum steterit vnum, quæ non differunt, primum vniuersale tum in anima nascitur. Etenim sentit illud quidem singularare. Sensus autem est ipsius vniuersalis, vt hominis, sed non Calliæ hominis. Iterum in his statur, quousq; vtiq; impartibilia stent, & vniuersalia, vt huius animalis, quosque animal, & in hoc similiter. Manifestum est, quoniam nobis prima inductione cognoscere necessarium est. Et nanq; sic sensus vniuersale facit.

Quoniam autem eorum, qui circa intelligentiam habitum, quibus verum dicimus, alij quidem semper veri sunt, alij autem recipiunt falsitatem, vt opinio, & ratio: veri autem sunt semper scientia & intellectus, & nihil est scientia certius aliud genus, quã intellectus, principia demonstrationum sunt notiora, scientia autem omnis cum ratione est, principiorum quidem scientia non vtique erit. Quoniam autem nihil verius con-

quod vniuersale circa generationem, id est circa quæcunq; factibilia, puta circa sanationem, vel agriculturam, hoc pertinet ad artem. Scientia vero vt ibidem dicitur, est circa necessaria, & ideo si vniuersale cõsideretur circa ea, quæ semper eodem modo sunt, pertinet ad scientiam, puta circa numeros vel figuras. Et iste modus, qui dicitur esse competit in principijs omnium scientiarum & artium. Vnde concludit quod neque præexistunt in nobis habitus principiorum, quæ si determinati & completi, neque etiam sunt de nouo ab aliquibus notioribus habitibus præexistentibus, sicut generatur in nobis habitus sciẽtiæ ex præcognitione principiorum, sed habitus principiorum, sunt in nobis a sensu præexistente. Et ponit exemplum in pugnis quæ sunt per reuersionem exercitus deuicti & fugati. Cum enim vnus eorum perfererit statum, id est immobiliter ceperit stare & non fugere, alter stat adiungens se ei, & postea alter, quousque tot congregentur, quod faciunt principium pugnae, sic etiam ex sensu & memoria vnus particularis, & iterum alterius, & alterius quandoque peruenitur ad id, quod est principium artis & sciẽtiæ, vt dictum est. Posset autem aliquis credere quod solus sensus, vel memoria singularium sufficiat ad causandum intelligibilem cognitionem principiorum, sicut posuerunt quidam antiqui non discernentes inter sensum, & intellectum, & ideo ad hoc excludendum Philosophus subdit, quod cum sensu oportet presupponere talem naturam animæ, quæ posset pati hoc, id est sit susceptiua cognitionis vniuersalis, quod quidem fit per intellectum possibilem, & iterum quod posset agere hoc per intellectum agentem, qui facit intelligibilia in actu per abstractionem vniuersalium a singularibus. Deinde cum dicit.

¶ Manifestat quod dictum est in præcedenti solutione, quantum ad hoc, quod experimento singularium accipitur vniuersale, & dicit quod illud, quod supra dictum est, & non plane, quomodo scilicet experimento singularium fiat vniuersale in anima, iterum oportet dicere, vt planius manifestetur.

Si enim accipiatur multa singularia, quæ sunt indifferentia quantum ad aliquid vnũ in eis existens, illud vnum secundum quod nõ differunt, in anima acceptum, est primum vniuersale, quicquid sit illud, siue scilicet pertinet ad essentiam singularium, siue non. Quia enim inuenimus Sortem, & Platonem, & multos alios esse indifferentes, quantum ad albedinem, accipimus hoc vnum scilicet ab bũ quasi vniuersale quod est accidens. Et similiter quia inuenimus Sortem, & Platonem, & alios esse indifferentes quantum ad rationabilitatem, hoc vnum, in quo non differit scilicet rationale, accipimus quasi vniuersale, quod est differentia. Qualiter autem hoc vnum accipi possit, manifestat consequenter. Manifestũ est enim, quod singulare sentitur proprie & per se, sed tamen sensus est quoddammodo & ipsius vniuersalis. Cognoscit. n. Calliam, non solum in quantum est Callias, sed etiam in quantum est hic homo, & similiter Sortem in quantum est hic homo. Et inde est, quod tali acceptione sensu præexistente, anima intellectiua potest considerat hominem in vitroque. Si autem ita est, quod sensus apprehendet solũ id, quod est particularitatis, & nullo modo cum hoc apprehenderet vniuersale in particulari, non esset possibile, quod ex apprehensione sensus, causaretur in nobis cognitio vniuersalis. Et hoc idem manifestat consequenter in processu, qui est a speciebus ad genus, & subdit quod iterum in his, scilicet in homine, & equo, anima stat per cõsiderationem, quousque perueniatur ad aliquid impartibile in eis, quod est vniuersale. Vtputa consideramus tale, & tale animal, puta hominem & equum, quousque perueniatur ad commune animal quod est genus & hoc similiter facimus quousq; perueniamus ad aliquod genus superius. Quia igitur vniuersalium cognitionem accipimus ex singularibus concludit manifestum esse, quod necessè est prima vniuersalia principia cognoscere per inductionem. Sic enim scilicet per viam inductionis sensus facit vniuersale intus in anima, in quantum considerantur omnia singularia. Deinde cum dicit.

¶ Soluti primas duas quæstiones, vtrum scilicet primorum principiorum sit scientia vel aliquis alius habitus. Circa quod ex præmissis accipitur quod principiorum cognitio pertinet ad intellectum, cuius est cognoscere vniuersale. Nam vniuersale dicit esse principium sciẽtiæ. Circa intellectum autem sunt duo genera habituum, habentium se aequaliter ad verum. Quidam enim sunt semper veri, alij vero interdum recipiunt falsitatem, vt patet de opinione, & ratiocinatione, quæ potest esse veri & falsi. Sunt etiam & quidam habitus erronei se habentes ad falsum. Quia vero principia

Poster. Diui. Tho. sunt

Tex. cõ. 4.

POSTERIOR. ANALYTIC.

sunt maxime vera, manifestum est quod non pertinent ad habitus, qui semper sunt falsi, neque etiam ad habitus, qui interdum recipiunt falsitatem, sed solum ad habitus qui semper sunt veri. Huiusmodi autem sunt scientia, & intellectus. Additur autem in texto Ethicorum tertium scilicet sapientia. Sed quia scientia, ut ibidem dicitur comprehendit in se scientiam, & intellectum, est enim quaedam scientia, & caput scientiarum, hic eam prætermittit. Hac ergo prætermissa nullum aliud genus cognitionis, quam intellectus est certius scientia. Manifestum est autem quod principia demonstrationum sunt notiora conclusionibus demonstratis, ut in principio habitum est. Non autem potest esse scientia ipsorum principiorum, quia omnis scientia fit ex aliqua ratiocinatione, scilicet demonstrativa, cuius sunt principia illa, de quibus loquimur. Quia igitur nihil potest esse verius, quam scientia, & intellectus, nam sapientia in his intelligitur: consequens est ex

tingit esse scientiæ, quam intellectus, intellectus utique erit principiorum, ex his considerantibus. Et quod quidem demonstrationis principium non sit demonstratio, quare neque scientiæ scientia est. Si igitur nihil aliud secundum scientia genus habemus verum, intellectus utique erit scientiæ principium, & principium principij. Hoc autem omne similiter se habet ad omne genus rerum.

consideratione præmissorum quod principiorum proprie sit intellectus. Probat hoc etiam alia ratione, quia scilicet demonstratio non est ex necessitate demonstrationis principium, alioquin procederetur in demonstrationibus infinitum, quod in primo improbatum est. Cum igitur demonstratio scientiæ eauler, sequitur quod neque scientia possit esse principium scientiæ, ita scilicet quod principia scientiarum per scientiæ cognoscantur. Si igitur nullum aliud genus cognitionis præter scientiam habemus, quod semper sit verum, relinquatur quod intellectus erit principium scientiæ, quia scilicet per intellectum cognoscuntur principia scientiarum, ita scilicet quod hic intellectus, qui est principium scientiæ, est cognoscitivus principij ex quo procedit scientia. Hoc autem scilicet scientia est omne, id est totum, quod similiter se habet ad omnem rem, id est ad totam materiam, de qua est scientia, sicut scilicet intellectus ad principium scientiæ.

fecto principiorum habitus erit. Quod ex eo quoque perspicuum fuerit, quia demonstratio principium non est demonstratio. Quare neque scientia, si igitur præter scientiam nullum aliud genus verum habemus, quam intellectum, intellectus sane scientiæ principium erit, atque principium quidem est ipsius principij. Scientia autem ad rem omnem sese habet similiter.

monstratio scientiæ eauler, sequitur quod neque scientia possit esse principium scientiæ, ita scilicet quod principia scientiarum per scientiæ cognoscantur. Si igitur nullum aliud genus cognitionis præter scientiam habemus, quod semper sit verum, relinquatur quod intellectus erit principium scientiæ, quia scilicet per intellectum cognoscuntur principia scientiarum, ita scilicet quod

hic intellectus, qui est principium scientiæ, est cognoscitivus principij ex quo procedit scientia. Hoc autem scilicet scientia est omne, id est totum, quod similiter se habet ad omnem rem, id est ad totam materiam, de qua est scientia, sicut scilicet intellectus ad principium scientiæ.

COMMENTARIORVM D. THOMAE AQUINATIS
super Libros Perihermenias, & Posteriorum Analyticorum Finis.

SERIES CARTARVM

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt Quaterniones, Præter K qui est simplex.

R O M A E

Apud hæredes Antonij Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios

M D L X X

